30

UVA. BHSC. IyR_230_1

670

UVA. BHSC. IyR_230_1

230

UVA. BHSC. IyR_230_1

UVA. BHSC. IyR_230_1



...o: affixusqz cruci telo: portẽtũ mirifico.

℣. Signaſti dñe ſeruũ tuũ Frãciſcũ. ℟. Signis redẽptionis nrẽ.

Ad quẽ venit rex e celo: amictu ſeraphico: ſex alarũ recu...



# Compẽdium priuilegiorum fratrum minorum ⁊ aliorum medicantiũ cum multis addicionibus: preſertim ex priuilegijs non mendicantium: ab eodem auctore ſecundo editum.

UVA. BHSC. IyR 260 1

ien este libro ffescibire havedez...

# ¶Caſtigationes erroꝝ qui in ee

¶ folio pͥmo: facie ſecūda: linea.17. vaccent: ac vaccare: pro: vacent: ac vacare.
Eodē fo. et fa. li. vltima. geſſit: p: geſſit.
¶ fo.2. fa.2. li. vltima. §.11. p. §.13.
¶ fo.3. fa.2. li. penultima. §.6. pro. §.7.
¶ fo.8. fa.2. li.4. §.11. pro. §.12.
¶ fo.9. fa.1. li.16. abſolutto: p: abſolutio.
¶ fo.10. fa.2. li.15. §.11. p. §.19.
¶ fo.11. fa.1. li.37. deficit: dictione Abſolutio quo ad ſeculares.2.
¶ fo.12. fa.2. li.23. §.11. p. §.13.
Eodē fo. et fa. li.25. dolor: p: dolo.
¶ fo.15. fa.2. li. vltima: conſeientie: pro conſcientie.
¶ fo.16. fa.2. li.3. §.4. p. §.8.
Eodē fo. et fa. li.15. §.9. p. §.10.
¶ fo.17. fa.1. li.18. antta: pro: antea.
Eodē fo. fa.2. li.28. illes: p: illis.
¶ fo.18. fa.2. li.30. ve: pro: vel.
Eodē fo. et fa. li.33. q̄: p: que.
¶ fo.19. fa.1. li.13. cōuretant: p: cōuertant
¶ fo.21. fa.1. linea.29. predicatoꝝ. pro predicatorum.
¶ fo.24. fa.1. li.4. Aliā: pro: Alia.
¶ fo.26. fa.1. li.22. infidiles: p. infideles.
¶ fo.33. fa.2. li.44. tn: p. in.
¶ fo.36. fa.2. li.6. ffo. pro: ffo.
¶ fo.39. fa.2. li.20. expecifice. pſpecifice
¶ fo.41. fa.1. linea.38. Mdlinenſi: pro: Meclinenſi.
Eodē fo. fa.2. li.31. feſſum: p: feſtum.
¶ fo.42. fa.1. li.17. penitens: p: penitus.
¶ fo.46. fa.2. ſuperfluit pͥma linea.
¶ fo.51. fa.1. li.4. §.6. p. §.9.
¶ Eodē fo. fa.2. li.34. coogi: pro: cogi.
¶ fo.52. fa.1. li.39. §.14. p. §.13.
¶ fo.55. fa.1. li.32. §.11. p. §.13.
¶ fo.60. fa.1. li.24. aliquis: p: aliqui.
Eodē fo. et fa. li.27. eccl'arij: p: eccl'iarū
Eodē fo. fa.2. li.6. a: pro: ad.

¶ fo.70. fa.2
¶ fo.73. fa.1.
¶ fo.79. fa.2
indulgentijs.
¶ fo.91. fa.1. li.9.
¶ fo.96. fa.1. li.4.
¶ fo.97. fa.1. li.10. … ueniet.
¶ fo.103. fa.1. li.20. in… : p: iterius.
¶ fo.105. fa.2. li.6. Frācie: ſeu Flādrie: pro: Colonie: ſeu Alemanie inferioris.
¶ fo.110. fa.1. li.41. ſi: p: ſit.
¶ fo.111. fa.2. linea.30. genealiter: p: generaliter.
¶ fo.121. fa.2. in titulo Moniales: p Monaſteria.
Eodē fo. et fa. li.5. niſi: p: enim.
Eodē fo. et fa. li.8. a perte: p: a parte.
¶ fo.128. fa.1. linea.38. priuilegiarum pro: priuilegiatum.
¶ fo.129. fa.2. linea.37. cntinuari: pro continuari.
¶ fo.130. fa.1. li.1. ab: pro: ad.
¶ Eodē fo. fa.1. linea.10. proteratur: pro proferatur.
¶ fo.133. fa.2. li.15. ſuperfluit: vt.
¶ fo.138. fa.1. li.41. iuriſdittonibus: p iuriſdictionibus.
¶ fo.139. fa.1. linea.41. iaborare: pro: laborare.
¶ Eodem fo. fa.2. linea.37. conerat: p onerat.
¶ fo.146. fa.2. li.25. libri: pro: liberi.
¶ fo.152. fa.2. li.13. regis: p: regnis.
¶ fo. vltimo. fa.1. linea.12. iudicia: pro precordia.
Eodē fo. et fa. li.17. ſed: p: tamen.
Eodē fo. et fa. li.21. pluteo: p: calamo.
Ibidē li.13. quis: pro: quiſq̄.

¶ Finis caſtigationum.

## ¶ Collector.

¶ Adſint ſi ſane mentis precordia: nunquā
Calchographi pſtet diſpēdia neſci9 auctor.

UVA. BHSC. IyR_230_1

# Maria. Franciſcus.

## …audem ſeraphici Franciſci

…rum patriarche.
…s ſalue franciſce minorum:
…t filius aure nota.
…erito es celeberrimus orbe:
…n nomen ad aſtra ferunt.
Qui crebr… …nes poteras traducere noctes:
Et tenues lachrymis vrere ſepe genas.
Dum chriſti aſſidue repetebas mente labores:
Et crucis horrendum:ſed pietatis opus.
Spernere diuitias:et regia tecta ſolebas:
Ultima quo vere fata ſequantur opes.
Non tantum tibi dona dedit pro paupere vita
Chriſtus:habet meritis multa ſed ordo tuis.
Que qꝛ diuerſis fuerant diffuſa libellis:
Ut pariter coeant hoc opus multa facit.
Hic ſunt dicta alibi:que per diſpendia multa:
Per multas fuerant inuenienda moras.
Queꝗ prius fuerant impreſſa ſine ordine:recta
Nunc alphabeti compoſuit ſeries.
Si velles igitur librum percurrere ad vnguem:
Quomodo ſint numeri queꝗ legenda monent.
At tu pro noſtro pater o diuine labore:
Ante deum pro me ſepius ede preces.



## Diſtichum.

Accipe que potui:ſed non que poſſe volebam:
Pectora contuitus:ſuſtolle ad celſa polorum.

## Ad lectorem diſtichum.

Perlege cuncta pie:ſcio te me vera fateri
Dicturum:et grates habiturum proinde decentes.

## Item ad lectorem Tetraſtichum.

Qui cupis errores obſcuros pellere:librum:
Qui lucem cecis reddere nouit:eme.
Letari poteris:non intellecta fuere:
Que tibi ſub paruo codice aperta legis.

## Aliud Tetraſtichum.

Plurimus hinc pridem procul improbus exulat error:
Multorum errores pellere quid melius?
Paruum opus eſt video:nunꝗ hoc tibi iure negarim.
Parua ſed interdum ſcis precioſa magis.

✠ h

# Prologus

POſt editum libellum illũ: que
primi et ſecundi librorũ: ...
necnon et Supplemẽti littere oẽs ...
oim ordines perſtringerentur: atq; ...
rentur: copioſiſſima quedã apl'ice in...
municatio eorũ videlicet omniũ que re...
tibus quocunq; tẽpore fuere conceſſa. Unde cũ ex huiu...
dicantiũ illa extraxiſſemus q̃ nobis accomoda ſentiebamu...
ctis ex noſtris: q̃ poſt primã Cõpendij impreſſionẽ conceſſa ...
pouis habere nequiuimus: adiunctis inſuper ijs que in iure canon...
ſtatum reſpiciunt: tractatũ eũdem ſic locupletatum: iterato imprimendũ ...
mus. ¶ Porro liber ipſe ordine huiuſmodi diſtribuitur. Seruata eniz litterarũ al-
phabetica ſerie: ſummorũ pontificũ nomina ſubiunguntur: qui ordini noſtro ali-
qua conceſſerant: vel ad nos attinẽtia ſtatuerunt ſeu decreuerunt: ſm quod vnuſ-
quiſq; tẽpore preceſſit: ſucceſſitq; pontificatus officio: vſq; videlicet ad Clemen-
tem ſeptimũ. Oportebit tñ lectorem indultis ſiue ſtatutis prioribus nõ eſſe contẽ-
tum: ſiquidem vniuerſam poſt modũ materiam percurrẽti: longe aliud ſentiendũ
eſſe per ſepe continget. Geminatur autẽ interdum predictus pceſſus: dum enar-
ratis ijs que nobis fuere indulta: in ijs explicandis que ordinibus alijs fuerũt cõ-
ceſſa: in dictione eadem: ſummorum pontificum idẽ ordo repetitur. ¶ Igitur vbi
fo. per vnicũ. f. lector inuenerit: folio videlicet per appoſitum numerũ deſignato: in
prime impreſſionis libro: qui Monumenta ordinis appellatur: id de quo agitur
ſcriptum eſſe cognoſcet. Ubi vero ffo. geminato f. occurrerit: ſecũde impreſſionis
librũ eodem noĩe nuncupatũ intelliget. Ubi aũt fffo. per triplex. f. intuebitur: librũ
quem Supplementũ nominatum iam diximus: nouerit ſignificatuz. ¶ Circa ea
vero que vel ex noſtris addita ſunt: vel ex nõ mendicantium ordinibus: aut ex iure
canonico extracta fuere: nulla hmõi ſigna ponũtur: cũ in premiſſis libris ordinis
noſtri non cõtineantur. Qui eiuſmodi igitur nõ mendicantiũ exẽplaria plena fi-
de munita cernere voluerit: in eorũ monaſterijs paſſim reperiet. Que mihi cũ hoc
opus colligerẽ: ſufficienter atq; oculata fide conſtitere. ¶ Ceterũ cũ. B. magnum
lector cõpererit: bullã ſiue breue auctenticatũ cognoſcet. Cũ vero. b. paruũ: bullam
ſiue breue abſq; auctẽticatione. Eodẽq; modo. O. magnũ: oraculũ viue vocis: atq;
auctenticatuz ſignificat. o. vero paruũ: oraculũ non auctenticatum deſignabit.
¶ At vero vbi hec dictio Collector in margine poſita eſt: additũ aliquid: vel eluci-
datum in ijs q̃ vel obſcura erant vel difficilia videri poterãt demonſtratur: ab eo
vez qui hoc opus collegit: ac diu multũq; in eiuſmodi rebus verſatus eſt: collatio
nẽq; diligentiſſimã habuit cũ peritiſſimis in ordine patrib⁹: atq; in iure doctiſſi-
mis. ¶ In quo ope ita diſtincta ſunt oĩa: vt euitata predictoꝝ libroꝝ cõſuliõe: oĩa
⁊ ſingula q̃ q̃runtur: celerrime digito ipſo valeãt demõſtrari. Nec poſt hac alios
euoluere ſit neceſſe: niſi cũ caſus euenerit vt aliqd in iudiciali foro oſtẽdere ſit op⁹:
aut cũ alicuius nimia curioſitas hoc depopoſcerit. ¶ Gratulabitur ergo regula-
rium inſtitutionũ ſtudioſa iuuẽtus: id nouicios breui aſſequutos: cui⁹ nec exiguã
partẽ poſt diuturnos ſudores patres emeriti: vix tandẽ ſibi theſaurizare valebãt:
noſtreq; ſedulitatis et officioſi laboris nõ immemor: vt eiuſmodi labor in conſpe-
ctu altiſſimi ſit gratus deprecabitur.

¶ Explicitus prologus.

UVA. BHSC. IyR_230_1

# Alter prologus.

[N]ulli auſu temerario contēnūt lr̄as
preſertim q̄ in corpore iuris nō continētur: idcirco huic libel-
[lo] hm̄oi lr̄is aplicis inſeruntur) viſum eſt operepciū antepo-
[nere q̄ ſ]entiendū ſit: put in libro decretorū diſtinctione.19. tenore ſub

¶ Gratianus cōpilator libri decretorum.

[D]ecretalibus queritur: an vim auctoritatis obtineāt: cū in cor-
[pore ca]nō inueniātur? De his ita ſcribit Nicolaus papa archiepiſ
[copis et ep]opis per Galliam conſtitutis.

[S]I romanorū pontificum decreto: ceterorū opuſcula tractatorū
approbantur vel reprobātur: ita vt quod vere ſedis aplica p-
bauit hoc teneatur acceptum: ⁊ qđ illa repulit hactenus inefficax
habeatur: quāto poti⁹ ea q̄ ipa p catholica fide: p ſanis dogma-
tibus. p varijs et multifarijs ecclie neceſſitatibus: et fideliū mori
bus diuerſo tpe ſcripſit: omni honore debēt preferri: et ab oibus
prorſus in quibuſlibet neceſſitatibus vel opportunitatibus diſcretione vel diſpē-
ſatione magiſtra reuerēter aſſumi? q̄ꝑ quidā veſtrū ſcripſerint: haud illa decreta
lia priſcorū pontificū in toto canonū codicis corpore eſſe deſcripta: ⁊ ideo inter
canones nō aſſumēda: cū et ipi vbi ſue intētioni hec ſuffragari cōſpiciunt: in oib⁹
illis indifferēter vtantur: et ſolū nunc ad diminutionē ſedis aplice: et ad ſuorum
augmentū priuilegiorū minus accepta eſſe perhibeāt. ¶ Itē ſi ideo nō eſſe decre-
tales eplas priſcorū pontificū romanorū admittendas dicunt: q2 in codice cano-
num nō habētur aſcripte: ergo nec ſancti Gregorij: nec vllius alteri⁹ qui an̄ ipm
fuit vel poſt ipz eſt aliquod inſtitutū vel reſcriptū recipiendū: eo q in codice cano-
num nō habeatur aſcriptum. Ergo doctrinā eoꝝ et ſanctiones q̄ ab omni lingua
venerantur: q2 in codice canonū nō habētur aſcripte: de codicib⁹ ſuis abradāt.
Ut quid vel mēbranas occupant: poſtq̄ nō habētur accepte? Sed quare multuꝫ
immoremur: cū nec ipas diuinas ſcripturas veteris et noui teſtamenti iā recipie
mus: ſi iſtos direrimus eſſe audiendos? Et enim neutrū horū in codice canonuꝫ
eccliaſticorū habetur inſertū. ¶ Sꝫ reſpōſuri ſunt illi qui ad reſiſtēdum potius q̄
ad obediendū parati ſunt: dicentes q inter canones inueniatur caplm ſcti pape
Innocētij cuius auctoritate doceatur a nobis vtrūq̄ teſtamētum eſſe recipiēdū:
q̄ꝑ in ipis paternis canonibus nullū eoꝝ ex toto cōtineatur inſertū. ¶ Quibus
ad hec reſpondendū eſt: qm̄ ſi vetus nouūq̄ teſtamentū ſunt recipienda nō q co
dici canonū ex toto habeātur annexa: ſed q de his recipiēdis ſancti pape Inno-
centij plata videatur eſſe ſentētia: reſtat nimirū q decretales eple Romanorum
pontificū ſunt recipiēde ⁊ ſi nō ſunt codici canonum cōpaginate: qm̄ inter ipos
canones vnū beati Leonis pape caplm conſtat cōmixtum: quo ita oia conſtitu-
ta ſedis aplice cuſtodiri mandātur: vt ſi quis in illa cōmiſerit: nouerit ſibi veniam
denegari. Dicit em̄ caplo.10. ſuarū decretalium. Ne quid vero ſit q pretermiſſuꝫ
forte a nobis credatur: oia decretalia conſtituta: tā bone recordationis Innocētij
q̄ꝫ oim predeceſſorū noſtrorum q̄ de eccliaſticis ordinibus ⁊ canonum pmulga
ta ſunt diſciplinis: ita nr̄a declaratione cuſtodiri mādamus: vt ſi quis in illa cōmi
ſerit: veniā ſibi nouerit denegari deinceps. Dicēdo vero oia decretalia cōſtituta:
nullum de decretalibus cōſtitutis pretermiſit qđ non mādauerit eſſe cuſtodiēdū.
Et rurſus: aſſerendo oim predeceſſorū noſtrorū: nullū pontificū romanoꝝ qui an
ſeſe fuerūt excepit cuius ita nō pceperit decretalia cōſtituta ab oibus cuſtodiri: vt

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſi quis in illa cõmiſerit: veniã tibi deinceps noverit denegari. ¶ J
eſt vtrũ ſint oĩa: necne decretalia ſedis aplice cõſtituta inter canon
immixta: cũ oĩa in vno corpore cõpaginari non poſſunt: ⁊ illa ei
unitatem ĩis q̃ deſunt ⁊ vigorẽ ſuum aſſignãt: preſertim cũ ſynodal. 10
que ipſi canones ſtatuti ſunt: in codice canonũ non habeantur: ſed a nobis
cultu debito venerẽtur. ¶ Conſonat aũt huic beatiſſimo Leoni pape: etiã facũdiſ-
ſimus ſanctus in ſuis decretis papa Gelaſius ita inquiens. Decretales eplas
quas beatiſſimi pape diuerſis tẽporibus ab vrbe Romana ꝑ diuerſorũ patrũ
conſultationibus dederũt: venerabiliter ſuſcipiendas decernimus. In quo notã-
dum eſt: ꝙ nõ dixit decretales eplas q̃ inter canones habẽtur: vel quas moderni
pontifices ediderũt: ſ; quas beatiſſimi diuerſis tẽporibus ab vrbe romana dede-
runt. Dicẽs aũt diuerſis tẽporibus: etiã illa tẽpora vir ſanctus cõprehẽdit q̃ cre-
breſcentibus paganoꝝ perſecutionibus ad ſedẽ aplicam deferri cauſas epõrum
difficillime permittebant. ¶ His itaq; diuina fauente gratia prelibatis: oſtẽdimꝰ
nullam eſſe differẽtiam inter illa decreta q̃ in corpore canonũ habẽtur ſedis apli-
ce preſulũ: ⁊ ea q̃ pre multitudine vix per ſingula corporũ volumina reperiuntur:
cũ oĩa et oĩm predeceſſorũ ſuorũ decretalia cõſtituta: atq; decretales eplas quas
btiſſimi pape diuerſis tpibꝰ ab vrbe Romana ẽderũt: fore venerabiliter ſuſcipiẽ-
das et cuſtodiẽdas eximios pſules. ſ. Innocẽtiũ et Gelaſiũ mãdaſſe ꝓbauimꝰ.

¶ Item Agatho papa omnibus epiſcopis.

SIc omnes ſanctiones aplice ſedis accipiende ſunt: tanq̃ ipſius diuina vo-
ce petri firmate.

¶ Item Stephanus. 5. papa.

ENim vero q: in ſpeculũ ⁊ exẽplũ ſancta Romana eccla cui nos chriſtus
preeſſe voluit prepoſita eſt: ab oĩbus quicquid ſtatuit: quicqd ordinat: perpe-
tuo quidẽ et irrefragabiliter obſeruandum eſt.

¶ Item Auguſtinus de doctrina chriſtiana libro. 2.

IN canonicis ſcripturis eccleſiarũ catholicarũ: q; plurimũ diuinaꝝ ſcriptu-
rarum ſolertiſſimus indagator auctoritatẽ ſequatur: inter quas ſane ille ſint
quas aplica ſedes habere: et ab ea alij meruerunt accipere eplas.

## ¶ Ad lectorem diſtichum.

¶ Que fuerant varijs longe voluenda libellis:
Ocius hoc poteris ſtringere faſciculo.

## ¶ In laudem ſeraphici pr̃is Franciſci:
ſuiq; ordinis minorum.

¶ Franciſco fundente preces: vt tempore multo
Mos inoleuit ei: celeſtis nuncius ipſi
Exultare iubet: annũtio quattuor (inquit)
Dona ſuperna tibi. Stabit tuus ordo per euum.
Nullus ibi frater cui perverſa voluntas
Stare diu poterit. Vix ordinis hoſtibus annos
Viuere dimidios preſtabitur. Eius amici
Viuent: et vitam concludent fine beato.

UVA. BHSC. IyR_230_1

# Dictionarius index.


[illegible] folio.1.
[illegible]atiſſa. folio.1.
[illegible]rdinaria quo ad fr̃es. fo.2.
[illegible] extraordĩaria q̃ ad fra. fo.7.
Abſolutio q̃ ad ſeculares p̃rimo. fo.10.
Abſolutio q̃ ad ſeculares.2. fo.12.
Accedere ad mõaſteria monia. fo.16.
Alienatio bonorũ. folio.19.
Altare. folio.20. Appellare. fo.20.
Apoſtate. folio.20.
Baptizare. folio.23.
Benedicere eccleſiaſtica. fo.24.
Bona. folio.25.
Canonica portio. folio.26.
Capl'm gñale ꝛ ꝓuĩciale. fo.28.
Caſus reſeruati. folio.28.
Celebratio diuinorum. folio.28.
Cenſure eccleſiaſtice. folio.28.
Clauſura monialium. folio.28.
Cõmiſſarij fratrum. folio.32.
Cõmunicatio priuilegiorum. fo.35.
Cõmunicare. folio.40.
Commutare. folio.41.
Conceptio beate virginis. folio.41.
Cõciliũ. folio.42. Cõcordia. fo.43.
Confeſſiones ꝛ confeſſores. fol'.44.
Confirmatio prelatorum. folio.45.
Cõſecrare res eccleſiaſticas. fol'.45.
Conſeruatores ordinis. folio.45.
Conuenire in iudicio. folio.46.
Conuentiones. folio.46.
Conuentuales fratres. folio.46.
Correctio fratrum. folio.47.
Corporalia. folio.49.
Credo. fol'.49. Cruciata. fol'.49.
Cuſtodes fratrum. folio.50.
Dare. folio.50.
Decime. folio.50.
Declarare ꝛ determinare. folio.52.
Diſpenſatio. folio.52.
Eccleſie fratrum. folio.54.
Edificare. folio.56.
Egredi ex ordĩe vel mõaſterio. fo.57.
Eijcere ſeu expellere ab ordĩe. fo.57.
Electio. fol'.58. Eleemoſina. fol'.59.
Epiſcopi. fol'.61. Eucharistia. fol'.61.
Exactiones. folio.61.
Excõmunicatio. folio.61.
Exẽpti fratres particulares. fo.65.
Exemptio. folio.65.
Familiares fratrũ. folio.68.
Ferie. folio.69.
Feſtiuitas. folio.69.
Franciſcus pater ſeraphicus. fol'.70.
Generalis ordinis. folio.71.
Gloria in excelſis deo. folio.72.
Guardianus. folio.72.
Gradus ſcolaſtici. folio.72.
Habitus fratrum. folio.73.
Heredes ꝛ hereditas. folio.74.
Hereſis ꝛ hereticus. folio.75.
Ieiunium. folio.75.
Impetrare l'ras ap'l'icas. fo.76.
Imprimere libros. folio.76.
Incarcerare fratres. folio.76.
Incorregibiles fratres. folio.76.
Indulgẽtie plenarie q̃ ad fr̃es. fo.76.
Indulgẽtie nõ ple. q̃ ad fr̃es. fo.78.
Indulgentie ſtationum. fo.79.
Indulgentie quo ad ſeculares. fol'.82.
Infirmi fratres. folio.97.
Ingredi mõaſteria monialiũ. fo.98.
Inq̃ſitores heretice prauitat. fo.107.
Interdictum. folio.108.
Itinerantes fratres. folio.115.
Laici fratres. folio.115.
Legata. folio.117.
Licẽtiare fr̃es vel moniales. fo.117.
Loca fratrum. folio.117.
Magiſter. folio.117.
Mendicare. folio.118.
Miniſtri. folio.118. Miſſa. folio.119.
Monaſteria. folio.121.
Moniales. folio.122.
Mulieres nõ moniales. fo.125.
Nouitius. folio.125.
Obedientia. folio.128.
Oblati fratrum. folio.128.
Obligationes. folio.128.
Obſeruantes fratres. folio.128.
Octaue feſtiuitatum. folio.129.
Officia ordinis. folio.129.


UVA. BHSC. IyR_230_1

## Dictionarius index.


Officium diuinum folio.130
Oracula viue vocis. folio.132.
Ordines ſacri. folio.132.
Ornamenta eccleſiaſtica. fol.133.
Pacta. folio.133.
Paramēta eccleſiaſtica. fo.133.
Parentes fratrum. folio.133.
Parrochia. folio.134.
Paupertas. folio.134.
Portio canonica. folio.137.
Poſſeſſiones fratrum folio.137.
Predicatores verbi dei. folio.138.
Prelati. folio.140.
Prefatio miſſe. folio.140.
Preſentatio confeſſorum. folio.140.
Priuilegia fratrum. folio.141.
Probatio nouiciorum. folio.144.
Proceſſiones. folio.145.
Procuratores fratrum. folio.145.
Profeſſio fratrum. folio.146.
Promotio ad ordines. folio.147.
Protector ordinis. folio.147.
Prouincia. folio.147.
Prouinciales. folio.147.
Quarta portio. folio.147.
Queſtuare. folio.147.
Recipere.
Reformatio.
Renocatio.
Sacerdotium.
Sacramenta.
Scrupuloſi fratres.
Sepelitio: et ſepultu[ra]
Seruitores fratrum.
Simonia. [illegible]
Sorores tertij ordinis. folio.151.
Stationes vrbis. folio.151.
Statuta ordinis. folio.151.
Stigmata. folio.152.
Studentes fratres. folio.153.
Succedere. folio.153.
Superfluitates. folio.153.
Suſpenſiones folio.153.
Syndicus. folio.153.
Tertiarij ffes et ſorores fol.154.
Trāſire ad alios ordines. fo.158.
Vendere. folio.158.
Vicarius. folio.158.
Viſitatio: et viſitator. folio.159.
Vnctio extrema. folio.159.
Votum. folio.159.


## ¶ Sequuntur nomina ſummorū pontificū qui

ſucceſſiue prefuerūt eccl'ie Romane: a tpe quo fundati ſunt ordines ffm minorū et predicatorꝫ: quorꝫ pōtificū plures: immo fere oēs: multa: vel ſaltē aliqua cōceſſerunt ffibus minoribꝰ: et alijs mēdicātibus: prout in hoc Cōpēdio ligdo patet.

| | | |
|---|---|---|
| ¶ Innocentius. 3. | ¶ Nicolaus. 4. | ¶ Joannes. 23. |
| ¶ Honorius. 3. | ¶ Celeſtinus. 5. | ¶ Martinus. 5. |
| ¶ Gregorius. 9. | ¶ Bonifacius. 8. | ¶ Eugenius. 4. |
| ¶ Celeſtinus. 4. | ¶ Benedictus. 11. | ¶ Nicolaus. 5. |
| ¶ Innocentius. 4. | ¶ Clemens. 5. | ¶ Calixtus. 3. |
| ¶ Alexander. 4. | ¶ Joannes. 22. | ¶ Pius. 2. |
| ¶ Urbanus. 4. | ¶ Benedictus. 12. | ¶ Paulus. 2. |
| ¶ Clemens. 4. | ¶ Clemens. 6. | ¶ Sixtus. 4. |
| ¶ Gregorius. 10. | ¶ Innocentius. 6. | ¶ Innocentius. 8. |
| ¶ Innocentius. 5. | ¶ Urbanus. 5. | ¶ Alexander. 6. |
| ¶ Adrianus. 5. | ¶ Gregorius. 11. | ¶ Pius. 3. |
| ¶ Joannes. 21. | ¶ Urbanus. 6. | ¶ Julius. 2. |
| ¶ Nicolaus. 3. | ¶ Bonifacius. 9. | ¶ Leo. 10. |
| ¶ Martinus. 4. | ¶ Innocentius. 7. | ¶ Adrianus. 6. |
| ¶ Honorius. 4. | ¶ Alexander. 5. | ¶ Clemens. 7. |

UVA. BHSC. IyR_230_1

Compēdium priuilegiorum: a varijs ſummis pōtificibus: ⁊ apoſtolica ſede: fratrib' minorib': necnō ⁊ alijs fratribus mēdicantib': eorumqȝ ordinibus cōceſſorum: SECUNDO EDITUM CUM ADDITIS AD ditionib' tā ex priuilegijs prefatoꝝ fratrū denuo repertis ⁊ obtē tis: ꝙ̄ ex priuilegijs fratrū nō mēdicantiū: quibus fratres minores per nouā con ceſſionē Clemētis ſeptimi gaudere pñt: ac etiā ex cōtētis in iure canonico: q̄ ꝑſa tos tangunt fratres: alphabetico ordine: per quēdā fratrē minorē prouincie ſan cti Jacobi congeſtum: foeliciter incipit.

## Abbas.

Sciēdum ꝙ licet prelati fratrū minorum: aliorūqȝ mendicantiū abba- Collector.
tes minime appellētur: nihilominus in priuilegijs hmōi fra trum cōtinentur nōnulla: q̄ ad abbates pertinent. Iſta autem primo ſunt q̄dā m probibitiones receptionis fratrū minorum: aliorūqȝ mendicantium: ad ordines monachales tranſire volentiū. Hec vero vt in loco magis congruo ponuntur in dictione Recipere. ¶ Et q̄ nunc fratres mino. per nouā conceſſionē Clemen tis. 7. que habetur in dictione Cōicatio priuilegiorū. §. 19. gaudent priuilegijs or dinum nō mendicantiū: quorū aliqua concernunt abbates: prout habetur infra varijs dictionibus: preſertim. Abſolutio. Diſpenſatio. Officiū diuinū. Interdi- ctum: poterūt ꝑlati fratrū mi. vti oībus cōceſſis abbatibus ordinū monachaliū.

## Abbatiſſa.

¶ Diſtinctio conceſſionum ſubſcriptarum.

Ex infraſcriptis conceſſionibus attinentibus ad abbatiſſas: quedā Collector.
concernunt earū electionē ⁊ durationē. Et iſte habē tur in. §. vbi in margine ponitur iſta dictio Electio. ¶ Alie vero pertinent ad ea- rundem abbatiſſarū officiū ⁊ facultatem. Hec autē cōtinētur in. §. vbi in mar- gine ponitur hec dictio Clauſura vel Receptio.

Innocentius. 4. ⁊ poſtea. Bonifacius. 8. ordinauerūt ⁊ pre 1 Electio.
ceperūt: vt electio abbatiſſe monialiū ſancte Clare libere pertineat ad conuentum. h. fo. 32. Et ffo. 33. conce. 35.

Urban9. 4. idem ſtatuit quod Innocētius ſupraſcriptus: ac multa alia
concernētia officiū abbatiſſe: prout late habetur in regula quā 2 Electio.
ipſe ordinauit pro monialibus ſancte Clare: rubrica. 22. vide ibi. fo. 289. tractatu 3. Et. ffo. 298. tractatu. 2.

Bonifaci9. 8. ſtatuit vt cū abbatiſſe fuerit electio faciēda: nulla monia
lis: niſi duodecimū annū peregerit: ⁊ ꝓfeſſa fuerit tacite vel 3 Ex iure cōi.
expreſſe: ad eligendū cū alijs admittatur. Nec in abbatiſſam aut prioriſſam: vbi Electio.
per prioriſſam monaſteriū gubernatur: de cetero eligatur aliqua niſi triceſimū annū compleuerit: et expreſſe profeſſa fuerit ordinē regularē. Habetur in iure cō muni. c. Indēnitatibus libro. 6. vbi multa alia ponuntur attinentia ad hmōi ele- ctionem: que longum foret hic ponere. Uide ibi.

Eugeni9. 4. ordinauit ꝙ ſicut abbatiſſe ⁊ alie ſorores et earū prouiſo-
re ad hoc deputate: tenent claues quibus ab intra porte mo 4 Clauſura.



UVA. BHSC. IyR_230_1

naſteriorum claudūtur: ſic per confeſſores: aut alias honeſtas perſonas (per mi
niſtros generales: aut prouinciales deputandas) ex parte exteriori, habeantur
claues et conſeruentur. b. fo. 42. Et ffo. 39. conce. 44.

5 ¶ IDEM Eugenius ſtatuit: ꝙ in electione ⁊ creatione abbatiſſarum ſeu mini
Electio. ſtrarum: vel matrum ordinis ſancte Clare: ⁊ tertij ordinis: ille tantum ex mo
Pro monia libꝰ. s. clare ⁊ tertij ordi. nialibus vel ſororibus vocem habeant: que per annos tres vel circa: in earum-
dem monaſterijs: vel collegijs fuerint: in qua electione maior pars votorum ad
minus medietatē ſuperans: debeat cōuenire. b. fo. 46. Et ffo. 42. cōce. 47.

6 Nicolaus. 5. Statuit ⁊ ordinauit: ꝙ electiones abbatiſſarū: ſeu matrū
Electio. monialiū: q̄ a maiori parte earū numero dūtaxat facte fue
rint: ſint et cenſeantur canonice. Ac ꝙ ad ipſorum monaſteriorum: ſeu domorū
moniales: aut ſorores ordinē ipſum ꝓfeſſas: etiā q̄ ꝑ trienniū vel circa in p̄dictꝭ
monaſterijs morā traxerint: ſpectēt ⁊ pertineāt. b. fo. 48. Et ffo. 43. cōce. 48.

7 ¶ IDEM Nicolaus ſtatuit ꝙ predictarum abbatiſſarum ſeu matrū monia-
Electio. lium dignitates vel officia: per annū tantū durent in partibus ciſmontanis. ſ. ita
lie ⁊ alijs ei annexis. temporeq̄ illo decurſo (etiā ſi iuſtas renunciationes nō fe-
Excōicatio. cerint) vaccent: ac vaccare cenſeātur. Et ꝙ in fine huiuſmodi anni: a die electio
nis earū cōputandi: teneantur ſub excōmunicationis pena (ipſo facto quo con-
Renūciatio. tra fecerint) incurrenda: renunciare regimini ⁊ adminiſtrationi monaſteriorum
ſeu domorum earū: ac ſigillum ⁊ claues monaſteriorum ⁊ officinarum reſtitue
re in manibus prouincialium fratrum minorum illarum prouinciarū in quibus
monaſteria ⁊ loca ipſa conſiſtunt: vel ſaltem in manibus viſitatorum monaſte-
riorum: ſeu domorū hmōi: per eoſdē prouinciales in congregatione fratrum de
putandorum: ⁊ ad id ab eiſdem prouincialibus poteſtatem habentium. Et hoc
voluit fieri in preſentia ſororum ſeu monialium ad id ſpecialiter vocatarum. b.
fo. 48. et ffo. 43. conce. 48. Et ffo. 40. cōce. 128.

8 ¶ IDEM Nicolaus ſtatuit: ꝙ predicte abbatiſſe: nec ſimul omnes moniales
Receptio ad habitū vel ꝓfeſſionem. poſſint aliquā ad religionem: vel profeſſionem recipere: niſi de prouincialis: aut
viſitatoris expreſſa licentia. Nec ſimiliter recipere preſumant: aut valeant aliquē
in capellanum: vel receptum retinere: niſi a prouinciali: vel viſitatore pro idoneo
reputatus fuerit. b. fo. 48. Et ffo. 43. conce. 48.

9 Leo. 10. (vt monaſteria monialium debite regant̄ ⁊ gubernētur: ac illoꝝ
abbatiſſe circa officiū ſibi cōmiſſum: ſumma cum diligētia omniq̄
Electio. ſanctimonia: ſi nō diuino amore: amotionis ſaltē metu ſemper intente exiſtāt:)
ſtatuit et mandauit: vt dum annis ſingulis a prouincialibus: ſeu earum viſitato
ribus viſitantur: abbatiſſe miniſterij ſeu officij abſolutionem a dictis viſitatori-
bus (iuxta deſup Urbani. 4. editam conſtitutionem) petere teneantur. Nedum
id verbo: ſed etiam facto realiter ⁊ cum effectu faciendo. Ac etiā ſtatuit: ꝙ ſi eiſ-
dem viſitatoribus videbitur: et ipſa neceſſitas: ac monaſterij exegerit reforma-
tio: acceptare cum effectu debeant. Et ꝙ huiuſmodi abbatiſſe: officiū in ipſius
viſitatoris manibus dimittere teneantur. Ita ꝙ mera ⁊ libera eidē viſitatori re-
maneat facultas: eiſdem ſororibus: ſeu monialibus ſub excōmunicationis ſen-
tencia ⁊ alijs ſibi viſis ſententijs: cenſuris ⁊ penis precipiendi: vt circa alicuius
abbatiſſe electionem intendere debeant: aut alias iuxta ipſius predicte cōſtitutio
nis verba et tenorem procedendi. Et monialē que abbatiſſe miniſteriū hmōi geſ
ſit: iuxta exceſſus exigentiā corrigendi et caſtigandi: ac cenſuras ⁊ penas hmōi

UVA. BHSC. IyR_230_1

iteratis vicibus aggrauandi: ꝛ alia in premiſſis neceſſaria: ſeu quomodolibet oportuna faciendi ꝛ exequendi. B.ffo.40.conce.128.

¶ Aduertendum eſt ꝙ quia circa predicta cotidie fiunt noue impetrationes ſeu prouiſiones et innouationes: ideo in his nullus decipiatur credens omnia huiuſmodi eſſe neceſſario ſeruanda: preſertim quia aliqua ex eis forte nunquam fuerunt moribus vtentium admiſſa: precipue quo ad durationem officiorum ꝛ etatem eligentium ꝛc. Collector.

# Abſolutio.

¶ Diſtinctio generalis materie abſolutionis inferius annotate.

Quoniã multa valde ac nimis diuerſa pertinentia ad materiam abſolutionum reperiũtur in priuilegijs fratrum: que ſi in ſimul ponerentur: non modicam cauſarent prolixitatem ꝛ confuſionẽ: ideo operepreciũ viſum eſt: huiuſmodi materiam ſic diuidere: ꝙ primo ponãtur per ſe ea que attinent ad abſolutiones fratrum inter ſeipſos: ac deinde alia que perſonas ſeculares concernunt. Collector.

# Abſolutio quoad fratres.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

Inter cõceſſiones ptinentes ad abſolutiones fratrũ inter ſeipſos: quedã cõcernunt abſolutionem ordinariam: q̃ cotidie poteſt exerceri: cum opus fuerit. Et huiuſmodi conceſſiones ponuntur primo per ſe procedẽdo per ordinem prout fuerunt ſucceſſiue conceſſe. ¶ Alie vero conceſſiones pertinent ad abſolutionem extraordinariam: qua ſcʒ ſolum certis diebus poſſunt fratres vti. Et iſte ſunt abſolutiones plenarie: licet non equales: vt infra patebit. Iſte autem ponuntur ordinate ſecundo loco. In omnibus autem infraſcriptis conceſſionibus abſolutionum ſic proceditur: ꝙ primo ponuntur conceſſiones attinẽtes directe ad fratres mino. Ac deinde adduntur alie conceſſiones: que alijs fratribus mendicantibus facte reperiuntur. Collector.

# Abſolutio ordinaria quoad fratres.

Innocentius. 4. conceſſit generali et ꝓuincialibus miniſtris: vt eos ex fratribus ſuis qui pro iniectione manuum in ſeipſos incurrerint excommunicationis vinculũ: ant in id ante ſuſceptũ habitũ inciderint: vel alias ſunt excõicati: valeãt abſoluere: niſi adeo graues ꝛ enormes ſint exceſſus: ꝙ merito ſint ad ſedẽ apoſtolicã deſtinãdi. B.ffo.104.conce.219. 1 Excõicatio.

Alexãder. 4. cõceſſit: fratres minores poſſe abſolui a ſuis miniſtris ꝛ cuſtodibus: quando incurrũt excommunicationem maiorem participando cum excommunicatis: quando aggrauata eſt ſentẽtia. b. fo. 61. Et ffo.64.conce.74. 2 Excõicatio.

Clemẽs. 4. conceſſit ꝙ cuſtodes ꝛ guardiani fratrum mino. qui ſcḋm ſtatuta dicti ordinis aliter ꝙ̃ per electionem inſtituuntur: poſt inſtitutionem ſeu prouiſionem de ipſis factam: curam animarum fratrum ſibi ſubditorum habeant: ipſoſq; ligare: ac ſoluere poſſint: iuxta ipſius ordinis inſtituta. B.fo.56. Et ffo.139.conce.309. 3 De cuſtodibus ꝛ guardianis.



UVA. BHSC. IyR_230_1

# Abſolutio ordinaria quoad fratres.

Collector. ¶ In mari magno fratrum carmelitarũ extenditur predicta conceſſio ad prio-
res prouinciales ⁊ locales: ſeu conuentuales ⁊ alios officiales: qui ſm eiuſdẽ
ordinis inſtituta aliter q̃ per electionẽ: a generali dicti ordinis inſtituuntur. Et
ſic ratione communicationis priuilegiorum idem iudicium erit de prouincia
libus et alijs officialibus ordinis mi.

4 ¶ IDEM Clemens. 4. cõceſſit generali ⁊ prouincialibus miniſtris eorũq; vi
Pro noui- ces gerentibus ⁊ cuſtodibus: vt ſuo volentes aggregari cõſortio. ſ. volẽtes in
tijs. Excõicatio. gredi ordinẽ: qui ſuſpenſionis: vel interdicti: vel excõmunicationis ſentẽcijs: a
iure: vel a iudice promulgatis generaliter ſint ligati: abſolutionis beneficiũ ob-
ſeruata forma canonica impartiri: ipſoſq; in fratres recipere valeant. Ac eos q
Pro pfeſſis poſt aſſumptũ habitũ: vel profeſſionem emiſſam: recoluerint ſe talibus in ſecu
lo fuiſſe ſentencijs inodatos: ſm formã predictã valeant prefati prelati ac illoꝝ
vices gerentes abſoluere: et cũ irregularibus diſpenſare: ſi forſan talibus inoda
Diſpẽſatio. ti ſentencijs: vel in locis interdicto ſuppoſitis diuina preſumpſerint officia cele-
brare: vel ordines recipere. Ita tamẽ q ſi aliqui ex talibus eiſdem ſẽtencijs p-
pter debitũ ſint aſtricti: ſatiſſaciant vt tenentur. Voluit tñ q niſi prefati mox or
dinem intrauerint: (etiã ſi ſuper hoc eis inducie a prelatis eiuſdẽ ordinis con-
cedantur) eoipſo in priſtinas ſentencias a quibus eos abſolui contigerit: rela-
bantur. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 320

¶ Idem ad lrãm hẽtur in mari magno predicatorum. B. ffo. 236. conce. 550.

5 ¶ IDEM Clemens in mari magno inhibuit vniuerſis fratribus ordinis mi
Prohibitio norum: ne aliquis eorũ (niſi neceſſitatis vrgẽte articulo) alijs q̃ p̃latis ſuis pec
cata ſua cõfiteri preſumant: vel alijs eiuſdẽ ordinis ſacerdotibus: niſi ſm regu-
lam ⁊ ipſius ordinis inſtituta. B. fo. 58. Et ffo. 142. cõce. 337.

¶ Idem habetur quo ad carmelitas. B. ffo, 186, conce. 475. Et quo ad fratres
predica. B. ffo. 238. conce. 563.

6 ¶ IDEM Clemẽs vniuerſis eccleſiarũ p̃latis et alijs inhibuit ne cõfeſſiones
fratrũ mi. inuitis eorundẽ fratrũ prelatis audire preſumãt. B. ffo. 142. cõce. 338.

7 ¶ IDEM Clemens cõceſſit: vt generalis ⁊ ſinguli prouinciales miniſtri ⁊ eo
rum vicarij: ac etiã cuſtodes in prouincijs ⁊ cuſtodijs ſibi commiſſis: predictis
fratribus ibidẽ conſtitutis: necnon fratribus alijs eiuſdẽ ordinis: interdum ad
eos declinantibus vndecunq;: abſolutione ⁊ diſpenſatione indigentibus: ſiue
priuſq̃ intrauerint ordinẽ ſiue poſt in caſibus excefferint: pro quibus excõmu-
Excõicatio. nicationis vel interdicti aut ſuſpenſionis incurrerint ſentencias: a iure: vel a iu-
dice generaliter pmulgatas: et huiuſmodi ſentencijs innodati: aut in locis ſup-
poſitis interdicto: diuina officia celebrantes vel ſuſcipientes ordines ſic ligati:
notã irregularitatis incurrerint: abſolutionis ⁊ diſpenſationis beneficium va-
Diſpẽſatio. leãt impartiri: niſi adeo fuerit grauis ⁊ enormis exceſſus q ſint ad ſedẽ apoſto-
licã merito deſtinãdi. Ac ſiſr cõceſſit q ffes quos generalis ⁊ prouinciales mini
Pro p̃latis. ſtri et eorũ vicarij ac etiã cuſtodes: in proprios habuerint cõfeſſores: poſſint eis
abſolutiõis ⁊ diſpẽſatiõis bñficiũ ĩpartiri. B. fo. 57. Et ffo. 140. cõce. 318. Et. 319.

¶ Similem conceſſionem habent fratres predicatores: niſi q ſua extendĩtur ad
priores conuentuales. B. ffo. 236. conce. 548. Idem habetur quo ad Carmeli-
tas. B. ffo. 180. conce. 432.

¶ Caſus pro quibus fratres ad apoſtolicã ſedem ſunt merito deſtinandi: ſpeci-
Collector. ficantur a Sixto. 4. prout ponuntur infra. §. ii.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ ADVERTENDVM eſt circa duas cõceſſiones ſuprapoſitas immediate: ꝙ auctoritas et facultas q̃ ſuperius cõtinetur: extẽditur in mari magno fratrũ ordinis predicatoꝝ ad priores cõuentuales et vices eoꝝ gerentes in cõuentibus ac locis eis cõmiſſis: ſic ꝙ prior cõuentualis et eius vicarius tantã poteſtatẽ hꝫ circa abſolutiones cenſurarũ et diſpenſationes irregularitatũ quo ad ſuos ſubditos: q̃tum ꝓuincialis quo ad totã ꝓuinciã. B.ffo.236.conce.548. Ex hoc vero ſequitur ꝙ ſimilẽ auctoritatẽ habebunt guardiani ac eoꝝ vicarij reſpectu ſuorũ ſubditorum ⁊ alioꝝ fratrũ ad eos declinantiũ: niſi per ſuperiores prelatos limitetur ſeu reſtringatur hmõi auctoritas: ꝓut in ordine fieri cõſueuit. ¶ Notandũ eſt etiam: ꝙ per bullã aureã fuit reſtricta prefata auctoritas ad generales ⁊ eoꝝ vicarios: ⁊ ad illos quibus ipſi ducerẽt cõmittendũ dũtaxat. Sed poſtea per quodã breue fuit cõceſſum predictis fratribus predicatorib⁹ ꝙ poſſint abſoluere ac diſpenſare iuxta conceſſionẽ quã habebãt ante dictã reſtrictionẽ: vt pꝫ infra.§.34. ¶ Oportet inſuper aduertere: ꝙ vicarij de quib⁹ ſupra fit mẽtio: quo ad fratres predicatores (iuxta cõſuetudinẽ eoꝝ) intelligũtur illi qui ꝓpter mortẽ vel defectũ prioris habẽt regimẽ conuentuũ. Et quo ad fr̃es minores ſimili modo intelligendum eſt de illis fratrib⁹ qui cõiter dicũtur preſidẽtes: ⁊ nõ de cõmunib⁹ vicarijs. ¶ Volo clarius loquẽdo dicere: ꝙ fr̃es ordinis predicatoꝝ habuerunt poſt dictã reſtrictionẽ quodã breue ꝓ toto ſuo ordine per quod ipſis fuit cõceſſum ꝙ gñalis et ꝓuincialis et ſui vices gerẽtes abſoluerẽt et diſpenſarẽt ſicut ante reſtrictioneꝫ. Priores vero cõuentuales ſolũ poſſent abſoluere in ijs in quib⁹ ſedes apl̃ica nõ eſſet merito cõſulenda: et diſpenſare in irregularitatib⁹ cõtractis ex cenſuris: ꝓut antiquitus ante Sixtũ ipſis ⁊ nr̃is guardianis erat cõceſſum. Et ſic vicarij manſerunt excluſi omnino. Poſtea fratres p̃fati ordinis p̃dicatoꝝ regnorũ Caſtelle et Legionis habuerũt copioſiorẽ conceſſionẽ per quã poſſunt quicquid poterãt ante reſtrictionẽ ſupradictã. Verũtñ dicunt ipſi: ꝙ quo ad iſtas abſolutiões ⁊ diſpẽſationes: nũq̃ vicarius vel ſubprior ſe intromittit: niſi a ſuo ſuperiori ſpecialiter ſibi cõmittatur. Et ſic videtur ꝙ nũq̃ prefata facultas ꝓ vicarijs fuit ab ipſis admiſſa. Et ita erit ac ſi nunq̃ fuiſſet cõceſſa. Sed q̃ñ cõuẽtus caret priore ſeu vacat: tunc ſolũmodo p̃ſidẽs vtitur illa. Et ſic ſoluitur q̃ſtio de nr̃is vicarijs ſuperi⁹ tacta. Et cũ per ſupradictũ breue poſſint priores cõuentuales abſoluere ſicut ante reſtrictionẽ: ⁊ de facto ſic vtãtur: idẽ poterũt guardiani p̃fatoꝝ regnoꝝ: niſi quo ad legitimationẽ baſtardoꝝ: q̃ ſolũ fit per ꝓuincialem vel capitulum. Collector. Nota pro guardianis et vicarijs.

**Bonifacius.** 8. ſtatuit: ꝙ religioſo q manꝰ violẽtas in clericũ ſecularẽ iniecit: ne hoc p̃textu hẽat materiã euagandi: poſſit ab ep̃o eo caſu abſolutiõis bñficiũ exiberi: q̃ ſcl̃ari clerico poſſet ſi aliũ clericũ ꝑcuſſiſſet: vꝫ q̃ñ leuit ꝑcuſſit: hꝫ glo.ibi. In eo caſu. Ħ̃ b i.c. Religioſo: de ſñia excõis.lib.6. 8 Ex iure cõi.

¶ IDEM Bonifacius ſtatuit: ꝙ ſi ep̃us ſeu prelatus ſuo ſubdito conceſſerit vt poſſit ſibi eligere cõfeſſorẽ idoneũ: ille quẽ is elegerit in caſibus q eidẽ ep̃o ſeu prelato ſpecialiter reſeruãtur: nullã habeat penit⁹ poteſtatẽ: cũ in generali cõceſſione illã nõ veniant que non eſſet quis veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Et ſimiliter ſtatuit: ꝙ nulla poſſit cõſuetudine introduci ꝙ aliquis preter ſui ſuperioris licẽtiã: confeſſorem ſibi eligere valeat qui eum poſſit abſoluere vel ligare. Habetur in.c. Si epiſcopus: de penitentijs et remiſſionibus.libro.6. 9 Nota.

**Eugenius.** 4. cõceſſit fr̃ibus minoribus obſeruãtibus ꝓuinciaꝝ regni Caſtelle: quatenus ſinguli p̃lati dicti ordinis quocũq; noĩe 10 Particula-



UVA. BHSC. IyR_230_1

ris ꝑ regnis cenſeantur: ⁊ cõfeſſores per hm̃oi ꝓlatos deputati: ſingulorum cõuentuũ. locorum ⁊ ere
Caſtelle. mitoriorũ: poſſint oẽs ⁊ ſingulos fratres ꝓfeſſos. cõuerſos: atq; nouitios haben
Pro ꝓfeſſis tes animũ ꝓfitẽdi: necnõ perpetuo donatos ſeu oblatos preſentes ⁊ futuros: ⁊
et Nouicijs. quoſcunq; ꝓ tẽpore familiares. ſeruitores. officiales: ⁊ cõtinue cõmenſales do
Pro oblatiſ morum. cõuentuũ. locorum ſiue eremitoriorum ſupradictorum: ab oĩbus ⁊ ſingulis pec
catis. criminibus. exceſſibus ⁊ delictis: preterq̃ ſedi aplice deſtinatis caſibus: ⁊
ab oĩbus ⁊ ſingulis hm̃oi cẽſuris ſupradictis quas ex ignorãtia vel inaduerten
Sacramẽta. tia incurrerint abſoluere: eiſq; eucariſtie ſacramentum: ac extreme vnctionis: ⁊
alia eccliaſtica ſacramẽta miniſtrare toties quoties neceſſariũ fuerit vel oportu
Pro ꝓlatis. num. Ipſiq; ꝓlati: oĩa ⁊ ſingula ſupradicta alijs ipſius ordinis preſbyteris com
mittere: ac in premiſſis oĩbus ⁊ ſingulis cũ facultate premiſſa: cõfeſſores ſibi eli
gere ⁊ electos mutare: auctoritate predicta valeãt: conſtitutionib⁹ apſicis: ac ip
ſius ordinis inſtitutis ⁊ ordinationibus: ceteriſq; in cõtrariũ faciẽtibus nõ obſtã
tibus quibuſcũq;. Et ꝙ gratia hec ſit perpetua. o. fo. 61. Et ffo. 64. cõce. 85.
Collector. ¶ Sciendũ: ꝙ prefata cõceſſio fuit poſtea per Piũ. 2. extenſa ad totã noſtrã fa
miliam ciſmontanã. ¶ Sed ad hoc ꝙ ꝓlati habeãt ꝓdictã gratiã: tenentur dicere
ꝑ vnũ annũ ſingulis ſeptimanis: ſemel. pſ. pniales: ꝑut infra ponit lati⁹ in dictiõe
Abſolutio extraordinaria quo ad fr̃es poſt. §. 3. Et ſic faciẽdo: ꝓderit eis hm̃oi
Nota. gr̃a ꝓ duobus. Primo ꝓ abſolutione a cẽſuris ignorãter vel inaduertenter in
curſis. Secũdo ꝓ abſolutione a caſibus reſeruatis epis. Et hoc quo ad ſeruito
res fratrũ. Nã quo ad ceteros alios hic nominatos: ſine iſto onere per alia pri
uilegia eſt cõceſſum. ¶ Eſt etiã aduertendũ: ꝙ iam ceſſat altercatio illorum q dicebãt
ꝙ per iſtã cõceſſionẽ poterãt fr̃es abſolui a caſib⁹ reſeruatis miniſtris: cũ aucto
ritate aplica ſit cõtrariũ declaratũ: ꝓſertim in caplo gñali Burdegalẽti: ſicut po
nitur infra in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres poſt. §. 10.

Nicolaus. 5. cõceſſit: ꝙ cõfeſſores monialiũ. s. Clare: ſeu ali⁹ frater eiuſ
Pro monia dem ordinis ad hoc per ꝓuincialẽ ꝓ tẽpore deputat⁹: in om
lib⁹. s. Clare nibus ⁊ per oĩa: iuxta formã ⁊ tenorẽ priuilegiorum ⁊ conceſſionũ eiſdẽ monialib⁹
quo ad ipſarum perſonas a ſede aplica ſeu alias quomodolibet cõceſſorũ: in om
nibus preterq; dicte ſedi caſibus reſeruatis quoties fuerit oportunũ eas abſolue
Pro ſeruitri re poſſint. Necnõ ipſarum ſeruitrices (ſi id petierint humiliter) a quibuſcũq; ex
cibus monia cõmunicationis. ſuſpenſionis ⁊ interdicti: alijſq; ſentẽtijs. cẽſuris ⁊ penis eccliã
lium. ſticis quibus pro tempore innodate fuerint: iniungendo q̃ iniungenda fuerint ab
Sacramẽta ſoluere: eiſq; eucariſtie ⁊ extreme vnctionis ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare
libere ⁊ licite valeant: dioceſanorum locorum et cuiuſcunq; alterius licentia mini
me requiſita. b. fo. 49. Et ffo. 43. conce. 48.

Sixtus. 4. cõceſſit: ꝙ moniales ſancte Clare prime regule: collectanee nũ
cupate poſſint abſolui a miniſtris: ſeu viſitatoribus: ⁊ confeſſori
bus earũ ab omnibus criminibus. penis: ⁊ cenſuris: etiam ſedi apoſtolice re
ſeruatis: quoties opus fuerit. o. ffo. 261. conceſſione. 678.
Collector. ¶ Prefata cõceſſione pñt gaudere moniales. s. Clare ſecũde regule ſub obſa fra
trũ mi. degẽtes: virtute cõicationis priuilegiorum q̃ hr̃ in dictiõe Cõicatio priuilegiorũ
§. 5. Sz tã q̃ ad pmas q̃ quo ad ſecũdas: eſt limitata reſpectu caſuũ reſeruatorũ
miniſtris: ꝑut habetur i dictiõe Abſolutio extraordinaria quo ad fr̃es: poſt. §. 10.

Sixtus. 4. circa lr̃as Clementis. 4. ſuprapoſitas in. §. 6. quib⁹ cõceſſerat
Declaratio miniſtris. vicarijs ⁊ cuſtodib⁹ fratrũ minorum facultatẽ abſoluẽdi

UVA. BHSC. IyR_230_1

et diſpenſandi fr̄es eiuſdē ordinis:niſi talia ꝑpetraſſent ꝓpter q̄ eſſent merito ad caſuū reſer-
ſedē apl̄icā deſtinādi:declarauit:dūtaxat eſſe ad ſedē apl̄icā merito deſtinādos: uatoꝝ pape
hereticos.relapſos.ſciſmaticos:ꝛ qui lr̄as apl̄icas falſificaſſent: aut ad infide-
les ꝓhibita detuliſſent. Sꝫ in reliquis oībus:etiā ſimonie prauitate irretitis:poſ-
ſe per illos quibus inibi conceditur: abſolutionis ꝛ diſpenſationis beneficium:
iuxta caſuum exigentiā impartiri. B.fo.59. Et ffo.143.conce.145.

¶ Aduerte ac bene nota:ꝙ iſta conceſſio vr̄ expiraſſe per mortē cōcedētis. Et idē Collectoꝝ
de oībus cōceſſionibus tangentibꝰ predictū ꝓceſſum bulle cene dn̄i: cū quolibet
anno ille ꝓceſſus cēſurarū de nouo ꝓmulgetur cū noua reſeruatione p̄dictorum
caſuum: ꝛ cū maximis cēſuris cōtra abſoluētes:ponēdo ibi expreſſe. Nō obſtā-
tibus priuilegijs ꝛ c̄.etiā ordinibus mēdicātibus cōceſſis: ꝛ alijs ſufficientibꝰ de
rogatorijs. Unde tp̄e p̄mi capl̄i gn̄aliſſimi:cōſultꝰ ſuper hoc reuerēdiſſimꝰ dn̄s Nota.
cardinalis Alexādrinꝰ: qui et Prepoſitus appellatur:reſpōdit reuerēdo pr̄i bo-
ne memorie fratri Martiali Boulier:q fuit gn̄alis vicarius frm̄ mi. ciſmōtanoꝝ
dicēs:ꝙ p̄lati noſtri nō poterāt abſoluere fr̄es ſuos:nō ſolū ab illis quattuor caſi
bus cōtentis ſeu exceptis in mari magno:ſꝫ nec ab aliquo alio in bulla cene con
tento. Et ꝙ illa cōceſſio vel declaratio Sixti in dicto mari magno:potuit valere in
vita ſua:qꝛ lꝫ faceret ꝓceſſum quolibet anno:ſemꝑ intēdebat excipere fratres ꝓut
ip̄e conceſſerat:niſi in dictis quattuor caſibus. Propterea reuerēdiſſimus pater
generalis ꝓuideat:vel faciēdo ip̄e cū alijs gn̄alibus alioꝝ ordinū ꝙ ponat̄ ſemꝑ
in bulla cene dn̄i exceptio religioſoꝝ quo ad fratres ſuos : vel precipiat vt quoli-
bet anno ꝓcurator ordinis ſeu cōmiſſariꝰ curie:tranſacta die iouis ſancti poſt ꝓ
mulgationē cenſurarū obtineat facultatē abſoluendi ab illis caſibus oēs fratres
et alias perſonas ſuper quas prelati noſtri habēt auctoritatem.ſ.moniales.tertia
rios vtriuſqꝫ ſexus.oblatos.famulos et domeſticos.

¶ IDEM Sixtus cōceſſit ꝓuincialibꝰ:vt poſſint abſoluere oēs fr̄es ſuos a cē 14
ſuris ꝛ ſentētijs eccl̄iaſticis:ac etiā cū eis diſpēſare ſm̄ tenorē conceſſionis Cle- Diſpēſatio.
mentis.4.ſ.ſuperius poſite.§.7.non obſtāte limitatiōe ſeu reſtrictione ꝑ eundem
Sixtū poſt modū facta:qua idē ſolū ad miniſtrū gn̄alē et eius vicarios limitaue-
rat et reſtrinxerat:ſcꝫ in bulla aurea.b.fo.54. Et ffo.50.cōce.55.

¶ Aduertēdū eſt circa hm̄ōi cōceſſionē:ꝙ predicta auctoritate carēt cuſtodes:niſi Collectoꝝ
eis ſpecialiter cōmittatur a miniſtris:qꝛ nō ſunt nominati in cōceſſione. Uerūtn̄
per cōicationē priuilegioꝝ fratrū predicatoꝝ:vbi cōtinetur ꝙ p̄lati qui ſunt me-
dij inter gn̄alē ꝛ guardianos poſſint quicquid ꝓuinciales priores poterūt:ſicut
antea poterāt noſtri cuſtodes. Et cuſtodes Hiſpanie poſſunt idem per aliā cōica
tionem.ſ.cōgregationis Hiſpanie ꝛ Lōbardie:ꝓut habet̄ infra in dictione Cōi
catio priuilegiorum.§.13. Et idē de guardianis:ſicut ſupradictū eſt poſt.§.7.

¶ IDEM Sixtꝰ ordinauit:ꝙ fr̄es minores obſer.nō poſſint abſolui de caſibꝰ 15
reſeruatis miniſtris:niſi de licētia gn̄alis aut eorūdē miniſtroꝝ ſeu vicarioꝝ ꝓ- Prohibitio
uincialium:nō obſtantibus lr̄is eiuſdē Sixti ſub quacunqꝫ verboꝝ forma eiſdē Caſus reſer
fratribus cōceſſis:ceteriſqꝫ cōtrarijs quibuſcūqꝫ.b.fo.54. Et ffo.50.conce.55. uati.

Innocentius. 8.declarauit:fratres mino. nō poſſe nec debere eligere 16
confeſſores:nec a caſibꝰ reſeruatis abſolui vigore bul Prohibitio
le cruciate quā ip̄e dederat in Hiſpania:niſi de conſenſu et beneplacito ſuorum Cruciata.
prelatorum ꝓuincialium ſeu generalium: ꝛ ꝙ quecūqꝫ alia abſolutio quo ad fra-
tres:irrita ſunt et inania.b.fo.56.et ffo.52.conceſſione.59.



UVA. BHSC. IyR_230_1

Collector. ¶Sciendũ eſt: ꝙ conſimilẽ reuocationẽ ſeu declarationẽ fecere alij põtifices qui
alias dederunt bullas cruciate: ſed iſte reuocationes nõ ſunt perpetue: qꝛ nõ ſe ex
tendunt ad bullas cruciate futuras. Et ideo quãcunqꝫ venerit noua cruciata: opor-
tet hſc nouã reuocationẽ ſeu declarationẽ illiꝰ ad h vt fr̃es nequeãt illa vti: ſi talis
bulla expſſe extẽdat̃ ad fr̃es mi. ꝛ hẽat ſufficiẽtes nõ obſtãtias ſeu derogatiões.

17 Prelati. **Alexander.** 6. declarauit ꝛ decreuit: ꝙ gñalis et ꝓuinciales ac guardia-
ni poſſint reſeruare caſus de occultis inter religioſos. Et ꝙ
Reſeruatio caſuum. abſoluẽtes a talibꝰ poſt hmõi reſeruationẽ: nullã faciũt abſolutionẽ: ꝛ incidũt in
penam abſoluentiũ a caſibus nõ cõceſſis. b. ffo. 56. conce. 66. Et ffo. 3. cõce. 2.

Collector. ¶Prefata declaratio ſeu decretum: quo ad guardianos non permanet in ſuo vi
gore: quia in capitulo generali Aſſiſij celebrato anno domini. 1526. ſequens ſtatu-
tum auctoritate apoſtolica factum eſt.

Statutũ generale. ¶Ordinatur ꝛ mãdatur auctoritate ap̃lica: ꝛ totiꝰ cap̃li gñalis: ꝙ nullꝰ guardia
nus poſſit ſibi reſeruare caſum aliquem: ſed ſolus miniſter ꝓuincialis id poterit.

18 Prelati. ¶IDEM Alexãder conceſſit generali ꝛ ꝓuincialibus ꝛ cuſtodibꝰ ordinis mi.
obſer. vltra mõtanis: plenarie facultatẽ ꝛ auctoritatẽ: vt quoſcũqꝫ ſubditos ſuos
Hereſis. (fratres vcꝫ ꝛ moniales ſancte Clare: ac vtriuſqꝫ ſexus tertiarios de penitẽtia nũ
cupatos) inuenerint in aliquo hereſis vel apoſtaſie crimine lapſos: etiã ſi ſint re-
Caſus reſeruati. lapſi: poſſint eos abſoluere: ꝛ cũ eis diſpenſare: necnõ prefatoꝝ relapſoꝝ penas a
iure inſtitutas cõmutare: pẽſatis qualitate ꝛ quãtitate: alijſqꝫ debitis circunſtan-
tijs: augẽdo, aggrauãdo: vel diminuẽdo toties quoties opꝰ fuerit: ꝛ ꝓut ſm deũ
viderint expedire: dũmõ taliũ relapſoꝝ crimina publica ꝛ notoria apud ſeculares
nõ ſint: vt ex h ſcãdalũ oriri poſſit. o. fo. 65. Et ffo. 70. cõce. 164. et ffo. 100. cõ. 379.

Collector. ¶Aduerte: ꝙ qꝛ iſti caſus ſunt de cõtentis i bulla cene dñi: q̃ bulla quolibet anno
renouatur: videtur ꝙ predicta conceſſio ſit reuocata. Et idẽ de ſimilibus conceſ-
ſionibus. Rationem huius vide ſupra in hac dictione poſt. §. 13.

19 ¶IDEM Alexander conceſſit: vt generalis ꝛ ꝓuinciales poſſint abſoluere fra-
Caſus reſeruati. tres qui exiſtentes in ſeculo incurriſſent cenſurã eccleſiaſticã ꝓpter delationem li-
gaminum ſeu ferramentoꝝ ad partes infideliũ. o. ffo. 99. conce. 358.

Collector. ¶Aduerte: ꝙ cum iſte caſus ſit de ꝓceſſu cene dñi: predicta conceſſio videtur ex-
piraſſe mortuo cõcedente. Vide ſupra in hac dictione poſt. §. 13.

20 ¶IDEM Alexander. 6. cõceſſit ꝙ prelati fratrũ minoꝝ obſer. poſſint percutere
Correctio. per ſe et per aliũ cauſa correctionis: et ꝙ nõ cogantur hoc facere cũ ꝓpria perſo-
Excõicatio. na etiam ſi neceſſitas nõ vrgeat. Nõ obſtante capitulo Vniuerſitatis: de ſentẽtia
excommunicationis. o. ffo. 70. conce. 175. Et ffo. 99. conce. 359.

Collector. ¶Hec conceſſio licet videatur impertinens huic materie: tñ ponitur hic qꝛ non-
nulli arbitrantur ꝙ in abſolutionibus publicis apoſtatarũ: requiratur ꝙ prelatus
percutiat manu ꝓpria. De quo habetur melior conceſſio infra. §. 27.

21 Cruciata. **Leo.** 10. prohibuit et declarauit: ꝙ nullus fratrũ minoꝝ regul̃. obſer. poſſit
accipere bullas cruciate ſeu alias indulgentias generales conceſſas:
aut concedẽdas: vt poſſit vti gratijs ibi cõtentis (vt pote cõtra regularia ordinis
Caſus reſeruati. inſtituta cõfiteri quibuſcũqꝫ ſacerdotibus: et abſolui a caſibꝰ reſeruatis: ꝛ in die-
bus ieiunioꝝ manducare lacticinia: ꝛ facere alia q̃ nõ decent religioſos tã alte ꝛ
Nota. ſtricte ꝓfeſſionis) niſi ſolũ ob aliquã neceſſitatẽ particularẽ: ꝓ qua predicte obſer
uantie auctoritas nõ eſſet cõceſſa. Et tunc examinata hmõi neceſſitate a gñali vel
prouincialibus aut cuſtodibus: ac de eoꝝ expreſſa licentia: ꝛ in ſcriptis habita.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Non obſtātibus bullis: etiā ſi in eis expreſſe inhibeatur p̄latis ſub cēſuris: ne ſub
ditos ſuos a taliū bullarū acceptiōe ꝓhibeāt: ꝛ ſubditis libera facultas eas acci
piēdi tribuatur: ceteriſq; in cōtrariū faciētibus quibuſcūq;. O.ffo.60.conce.178.
¶ Idem Leo poſtea ꝓhibuit ſub excōicationis late ſentētie pena: ne fr̄es pre- 22
dicti: aut moniales.s. Clare: ſeu tertie regule vtātur vllo modo gratijs. indulgē- Excōicatio.
tijs. libertatib⁹. immunitatib⁹ bullarū cruciate: ſeu aliarū cōſimiliū: quis q̄ſito colore Cruciata.
cōtra obediētiā ordinis: ꝛ abſq; ſpeciali licētia ſuorū ſuperiorū. G.ffo.48.cō.144.
¶ Idem Leo cōceſſit: ꝙ fratres predicatores ꝛ alij fratres quādo ſunt extra 23
conuentū: ꝛ nō poſſunt habere copiā ſacerdotis: q2 non habēt ſociū cōfeſſorem: Pro frībus
poſſint cōfiteri peccata ſua alteri religioſo alterius ordinis: vel preſbytero ſecu- itinerātibus.
lari. Et hoc dūmodo fiat ſine fraude ꝛ dicāt prelato ſuo. o.ffo.94.cōce.301.
¶ Idem Leo in cōcilio Lateranēſi ſtatuit: ꝙ excōicati ꝓfiteri volētes aliquē 24
ordinem fratrum mendicantiū: vbi de intereſſe tertij agetur: abſolui non poſſint Profeſſio.
niſi preuia ſatiſfactione. G.ffo.26.conceſſione.84. Excōicatio.
¶ Idem Leo cōceſſit gn̄alibus ſingulorū ordinū mēdicantiū ꝛ eorū vicarijs: 25
ac etiā illis quibus ipſi gn̄ales duxerint ſpecial'r cōmittendū: vt poſſint abſoluere Pro oibus
ſubditos ſuos reſpectiue: ab oībus ꝛ ſingulis caſibus ꝛ cenſuris ſcḋm conceſſio- mēdicātib⁹.
nes ꝛ declarationes Sixti.4.et Julij.2.et aliorū Romanorū pontificū: nō obſtā-
tibus reuocationibus. reſtrictionibus. reſeruationibus. cōſtitutionibus: ꝛ ordina
tionibus apoſtolicis nuper in Lateranē. concilio vel alias quomodolibet factis:
vel ſi in poſterū fierent. G.ffo.27.conceſſione.89.
¶ Idem Leo conceſſit oībus fratribus minorib⁹ obſer. vtriuſq; familie: ꝙ pre 26
lati ordinis cū aliquē fratrē ꝓpter apoſtaſiā vel aliā cauſam excōicant in capitu Excōicatio.
lo fratrū vel in cōitate: nō teneātur ꝓferre ſententiā in ſcriptis: ꝑut iure ſub pena
ſuſpenſionis precipitur ꝓferentibus. o.ffo.93.conce.291.
¶ Idem Leo conceſſit: ꝙ qn̄ aliquem fratrē cauſa correctionis vel abſolutio- 27
ſit ꝓcurator vel ſyndicus auctoritate ſedis apoſtolice deputatus res ipſas ⁊ rerum predictarū precium noīe ipſius eccl'ie recipere: ⁊ in fratrum ipſorū vtilitates (ꝓut eis licet ex regula vel declaratione regule) cōuertere: ſicut ⁊ quando a generali vel prouinciali in ꝓuincia ſua extiterint requiſiti. Ac ſimiliter ꝙ ijdem ſyndici vel ꝓcuratores poſſint petere. exigere. recipere ⁊ alienare predicta. Circa que ⁊ alia plura: plenam ⁊ liberam conceſſit facultatem. B. ffo.129. conce.290.

¶ Virtute verbi alienare in prefata conceſſione poſiti: videtur ꝙ ſyndicus vel ꝓ Collecto.
curator ſedis apoſtolice fratribus minoribus deputatus poteſt vendere illa que aliquo tempore fuerunt in vſu ordinis ſeu fratrū et poſtea vſu ſuperflua vel min⁹ vtilia ꝗ̄ alia quibus fratres huiuſmodi indigent: accedente tñ licentia miniſtrorū generalis ſeu ꝓuincialium. ¶ Ac ſimiliter videtur ꝙ poſſit idem ſyndicus vel ꝓcurator res prefatas impignorare pro aliquo mutuo habēdo ad neceſſitates fratrum ſubleuandas. ¶ Fratres tñ predicti ſicut nequeunt alienare: nec vendere: qꝛ ſunt actus ꝓprietatis: ſic etiā non poſſunt impignorare res ſuo vſui conceſſas: preſertim qꝛ Nicolaus.3. in declaratiōe regule q̄ incipit. Exijt qui ſeminat. §. Ceterum: dicit ſic. Dicimus imprimis: ꝙ fratres ipa mutuis contrahendis abſtineant: cū eis mutuum contrahere: ipſorum ſtatu cōſiderato: non liceat. Et infra §. Quia vero. ait idem. Quia vero dominiū librorum ⁊ aliorū mobilium quib⁹ tam ordo ꝗ̄ fratres vtuntur (que tamen non ſint dominij aliorū) ad eccleſiā romanam ſpecialiter ſpectare dignoſcitur: que libros ⁊ mobilia interdū contigit ſeu expedit vendi: vel etiā cōmutari: fratrū vtilitatibus ⁊ eorū conſcientijs ꝓuidere volentes: eadē auctoritate concedimus: vt cōmutatio talium rerum: et ad eas res quarum vſum fratribus liceat habere: de generalis ⁊ prouincialiū miniſtrorum in ſuis adminiſtrationibus coniunctim vel diuiſim auctoritate procedat. Quibus etiam de diſpoſitione vſus talium rerum concedimus ordinare. Si vero res huiuſmodi eſtimato precio vendi contingat: cū fratribus ipſis per ſe vel per alium recipere pecuniam (regula prohibente) non liceat: ordinamus ⁊ volumus ꝙ talis pecunia ſeu precium recipiatur ⁊ expendatur in rem licitam cuius vſum fratribus licet habere per procuratorem a prefata ſede deputandum: iuxta



UVA. BHSC. IyR_230_1

modum in superioribus necessitatibus preteritis ꝛ ingruentibus ordinatum. Hec Nicolai.3.

3 Ex iure cõi. **Clemens.** 5.monasteriorum ꝛ aliarum administrationum regulariũ dispẽdijs occurrere volẽs: ꝑpetuo prohibuit edicto ne quis religiosus monasterio. prioratui: ecclesie seu administrationis cuiuis presidẽs: iura: redditus: aut possessiones eiusdem: alicui ad vitam eius: seu aliud certũ tempus: pecunia etiam inde recepta: quouis modo concedat: nisi necessitas aut vtilitas monasterij. prioratus: ecclesie: aut administrationis huiusmodi hoc exposcat conuentus sui: aut si conuentum non habeat: prelati ꝓprij assensu ad hoc nihilominus accedente. Si quis autem contrafecerit: penam suspensionis ab officio eo ipso incurrat: nec ex concessione ipsius recipiẽti ius aliquod acquiratur. Uerum premissa ad locationes: vel etiam redditũ aut fructuum venditiones ad tẽpus modicum faciendas declarauit non extendi. Habetur in Clementina Monasteriorum: de rebus ecclesie non alienandis.

4 Ex iure cõi. **Paulus.** 2.protulit excõmunicationis sententiã in eos qui bona ecclesiastica quecunqꝫ alienant: vel pactũ per quod ipsorũ dominiũ transfertur faciunt concessionem: hypothecam: locationem ꝛ conductionẽ vltra triennium: necnon in feudationem vel contractum emphiteoticũ (preterꝙ in casibus a iure ꝑmissis) aut de rebus et bonis in emphiteosin ab antiquo cõcedi solitis: et tunc ecclesiarum euidenti vtilitate: ac de fructibus et bonis que seruãdo seruari non possunt pro instantis tẽporis exigentia. Et similem sententiã ꝓtulit in eos qui bona sic alienata recipiunt. Alienationemqꝫ ipsam nullius voluit esse momẽti. Habetur in extrauagãti. Ambiciose.

5 Pro monialibus.s.Clare **Leo** 10.concessit licentiã ꝛ facultatem abbatissis ꝛ monialibus sancte Clare vltra montanis sub obia fratrum minorum regularis obseruantie existentibus: vt de consensu ministrorum prouincialium: ac maioris partis conuentuum: possint bona suorum monasteriorũ (cuiuscunqꝫ annui valoris ꝛ qualitatis fuerint) pro alijs immobilibus ꝛ stabilibus bonis et annis redditibus ꝛ vassallis: in euidentem vtilitatem eorũdem monasteriorum permutare: seu illa vẽdere: vt ex precio illorum alia bona eisdem monasterijs vtiliora emantur: nõ obstantibus quibuscunqꝫ in contrarium facientibus. B.ffo.43.conce.138.

6 Pro monialibus.s.Clare et tertiarijs. ¶ Idem Leo concessit abbatissis ꝛ monialibus sancte Clare ac tertiarijs: vt pro emergentibus necessitatibus et euidentibus vtilitatibus conuentuũ et monasteriorum suorum: possint vendi et alienari: ac permutari ꝗlibet bona immobilia dictorum monasteriorum: de licentia tamẽ et consensu generalis aut prouincialium ministrorum et duarum partium conuentuum: domorum et monasteriorum quorum dicta bona fuerint. Ac similiter ꝙ de consensu maioris partis earũdem etiam vltra triennium locare (vltimis testatorum voluntatibus non obstãtibus) dummodo id in conuentuum locorum et monasteriorum ipsorum euidentem vtilitatem (habita diligenti informatione a duobus vel tribus viris locorum in quibus bona talia consistunt) cedere dignoscatur. Super quo conscientias prelatorum ꝛ predictorum bonorum virorum onerat. B.ffo.53.conce.152.

7 ¶ IDEM Leo fecit aliam concessionem circa materiam Alienationis: que habetur in dictione Bona.§.vltimo.

8 **Clemens.** 7.extendit ad ordinem nostrum regularis obseruantie suprapositam Leonis concessionem.§.5. dummodo recipiende

UVA. BHSC. IyR_230_1

pecunie in domorum noſtrarum reparationem: ⁊ earumdem neceſſitates conuertantur: prout patet per breue eiuſdem Clementis datum die ſeptimo Martij.1524.

## Altare.

Honorius.3.conceſſit fratribus minoribus vt poſſint ſuper altari portatili miſſas celebrare abſq; vlterior licentia prelatorum eccleſie: ſeu ordinariorum.b.ffo.83.conceſſione.242.et conce.243. 1

Honorius.4.conceſſit: vt ſi dioceſani requiſiti a fratribus minoribus debita humilitate: noluerint in eccleſijs eorum primarium lapidem ponere: ac eccleſias vel oratoria ⁊ altaria ſua conſecrare: vel id facere vltra quattuor menſes diſtulerint: poſſint predicti fratres per quoſcunq; voluerint epiſcopos (gratiam ⁊ communionem apoſtolice ſedis habentes) premiſſa recipere.B.fo.17.Et ffo.101.conce.112. 2 Edificare. Conſecrare.

Clemens.4.conceſſit q in locis vbi fratres degunt: poſſint habere oratoria: in quibus cum altari portatili poſſint miſſarum ſolennia: ⁊ alia diuina officia celebrare: ac etiam eccleſiaſtica recipere ſacramenta.B fo.56.Et ffo.140.conce.313. 3 Celebrare diuina.

Aduerte q ſupradicta conceſſio impetrata eſt quando fratres non habebant eccleſiam in aliquo loco. Collector.

Sixtus.4.conceſſit eiſdem fratribus: vt non ſolum in oratorijs ⁊ locis quibus degunt: ſed etiam in quouis alio loco congruenti ⁊ honeſto: poſſint ſuper altari portatili: miſſas libere ⁊ licite celebrare.B.fo.59.Et ffo.143.conce.344. 4 Miſſa.

IDEM Sixtus conceſſit quedam alia pertinentia ad altaria. Et hec habentur infra in dictione Benedicere m.§.5.⁊.6. 5

Alexander.6.fecit quandam conceſſionem circa hanc materiaʒ que habetur in dictione Miſſa.1.§.7. 6 Celebrare.

IDEM Alexander conceſſit vt fratres mino.poſſint ſine aliquo ſcrupulo alicuius cenſure: mittere reliquias extra vrbem Romam pro cōſecratione altariū: ⁊ lapides cuiuſcunq; generis: ſiue conſecratos ſiue non.o.ffo.70.conceſſione.174.Et ffo.99.conce.337. 7 Reliquias. Conſecrare.

Vltra omnia predicta: vide nonnulla alia pertinentia ad altaria: infra in dictione Benedicere.§.12.⁊.13. Collector.

## Appellare.

Bonifacius.8.ſtatuit vt ad correctiones et punitiones fratrum ordinis minorum delinquentium infligendas: prelati ordinis eiuſdem: ſtrepitu et a picibus iuris poſtpoſitis: libere procedere valeant: ſecundum conſuetudines aprobatas: et generalia facta et fienda ipſius ordinis inſtituta. Et q predictis fratribus non liceat ab eiſdem correctionibus aliquatenus appellare: preuia tamen in hoc deliberatione et maturitate debita obſeruatis.B.fo.125.⁊ ffo.202.conce.499. 1 Correctio.



UVA. BHSC. IyR_230_1

2 **Pius.** 2. prohibuit ne aliqua perſona cuiuſcunq̃ ſtatus gradus, ordinis vel conditionis cõmunis excelſe aut ſublimis: eccleſiaſtice ſecularisue fue-
Excõicatio. rit dignitatis: audeat quouis queſito colore ab ordinationibus: ſententiis ſiue mã datis apl'icis appellationem interponere: ſub excõmunicationis pena ipſo facto incurrenda: a qua niſi per romanum pontificẽ: & in mortis articulo abſolui nõ poſſit. b. ſſfo.138. conce.581.

Collector. ¶ Circa materiam appellationis aduerte: q Sixtus. 4. cõceſſit q generalis fratrum Carmelitarum: ac etiam Auguſtineñ. poſſit exercere ſuum officium reiecta quauis ſuorum ſubditorum appellatiõe: prout habetur late infra in dictione Generalis. §. 11. & 12.

3 **Iulius.** 2. phibuit ſub excõmunicationis pena fratribus et ſororibus ordinis predicatorũ ne a mandatis et ordinationibus prelatorum di-
Excõicatio. cti ordinis appellare valeant. Iudicibus vero quarũcunq̃ curiarum ſub prefata pena diſtricte inhibuit: ne appellatiões hmõi recipere: aut illas cognoſcere quoq̃ modo preſumant: decernens irritum et inane quidquid ſecus attentari contigerit. b. ſſfo.121. conce.553.

## ¶ Apoſtate ab ordine.

¶ Diſtinctio materie apoſtatarum ab ordine.

Collector. **Sciendum** eſt q circa fratres apoſtatãtes ab ordine ſeu a religione: ſunt multa & varia ſtatuta & ordinata per plures ſummos pontifices. ¶ Et iſtorum aliqua pertinent ad excõmunicationẽ et alias penas quas huiuſmodi fratres incurrunt: ſeu q̃ contra eos poſſunt per prelatos inferri. Hec autem cõtinentur infra in oibus. §. vbi in margine eſt poſita hec dictio Excõmunicatio. ¶ Alia pertinent ad eorũdẽ apoſtatarũ reductionem & correctionem. Et hec habentur infra vbicunq̃ in margine ponitur hec dictio. Correctio. ¶ Nõnul-
2 la vero ſpectant ad formã et modũ licentiãdi aut eiiciendi tales fratres: vel alios conſimiles ab ordine. Iſta autẽ habentur etiam infra in omnibus. §. qui in margine habent ſequentes dictiones. ſ. Eiecti ab ordine: vel Licentiare fratres.

1 **Gregorius.** 9. ſtatuit q poſt factã pfeſſionẽ: null⁹ fratrũ ordinis minorum audeat relinq̃re predictũ ordinẽ:
Excõicatio. nec relinquẽtẽ ſit licitũ alicui retinere: ſub excõicationis pena per p̃latos in tales fratres infligẽda. G. ſſfo.201. cõce.493.

2
Eiecti ab ordine. **Innocentius.** 4. phibuit diſtricte: ne egreſſi ab ordine noſtro pprio ſuo motu: aut expulſi pro
Predicatio ſuis culpis & demeritis: preſumant predicare: aut docere: vel cõfeſſiones audire
Confeſſio. (niſi de licentia pape aut prelatorum noſtrorum) ad aliũ tranſierint ordinẽ. Et
Excõicatio. voluit q ſi forte contra hmõi prohibitionẽ aliquid attentauerint: poſſint generalis & prouinciales ordinis: in illos excõicationis ſententiam promulgare. G. fo. 36. Et ſſfo.120. conce.271. De hoc vide infra. §. 11.

4 ¶ IDEM Innocentius p̃cepit oibus eccleſiarum prelatis: vt omnino euitent
Excõicatio. fratres minores diſcedẽtes ab ordine poſt pfeſſionẽ: preſertim ſi ſint excõicatione notati. Ac q illos (cũ requiſiti fuerint a miniſtris & cuſtodibus) denũtiari faciant fore excõicatos: vt cũ demũ ſe cognouerint inter hoies humano carere ſolatio: ad ordinẽ ſuum & ad reddendũ deo votum quod in eius ſuſceptione deuouerant: reuertantur. G. fo.37. Et ſſfo.121. conce.263.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶IDEM Innocentius decreuit: ꝙ retinentes fratres minores ſine licentia re 5
cedentes: ſint ipſo facto excõmunicati.b.ffo.260.conce.651. Excõicatio.
¶IDEM Innocentius cõceſſit: ꝙ generalis ⁊ prouinciales miniſtri ac cuſto- 6 Excõicatio.
des ⁊ ceteri fratres ordinis minorum poſſint apoſtatas ⁊ inſolentes dicti ordi- Correctio.
nis excõicare: ligare: capere: ⁊ carceri mancipare: ſi videbitur expedire.B.fo.37.
Et ffo.121.conce.264.

**Alexander.** 4.precepit in virtute ſancte obedientie: ac diſtricte inhibuit 7
quibuſcunq; prelatis ſuperioribus fratrũ mino.ne aliquibꝰ Prohibitio
fratribus dicti ordinis aſſerentibus ſe non poſſe ipſius ordinis obſeruantias ſu
ſtinere: concedant licentiã tranſeundi ad ordinem ſancti Benedicti vel cartuſien Licentiare fratres.
ſium: niſi ſub ea conditione: ꝙ in ordine ad quez licentiant debeant permanere.
Quod ſi contra fecerint ſcz tranſeundo ad minorem ſeu minus ſtrictũ ordinez:
vel (quod abſit) ad ſeculum reuertantur: voluit dictus pontifex ꝙ prefati prelati
poſſint circa tales rigorem ordinis exercere. Ac inſuper decreuit vt quidquid cir
ca conceſſionem huiuſmodi licentie ſecus factum fuerit: irritum ſit ⁊ inane.b.fo.
26.Et ffo.28.conce.22.

**Clemens.** 4.inhibuit ne quis poſt profeſſionem in ordine noſtro factã: 8
ſine generalis vel prouincialis ſui licentia diſcedat ab ipſo or Prohibitio
dine: ac ꝙ diſcedentem abſq; cautione litterarum: id eſt licentia in ſcriptis: alteriꝰ
huiuſmodi prelatorũ: pretextu alicuius priuilegij apoſtolice ſedis: nullus audeat Licentiare
retinere. Quodq; ſi forte retinere preſumpſerit. poſſint generalis ⁊ prouinciales fratres.
miniſtri dũtaxat contra ipſos fratres diſcedentes ſententiam excõicationis pro Excõicatio.
mulgare.B.fo.57.Et ffo.141.conce.327.Et fffo.83.conce.244.
¶Notandum: ꝙ in mari magno fratrũ predicatorꝝ conceditur ſupradicta facul Collector.
tas: non ſolum generali ⁊ prouincialibus: ſed etiam ſingulis prioribus conuen- Pro guar-
tuũ ⁊ eorꝝ vicarijs. Et ideo rõne cõicationis priuilegiorũ: poterũt gaudere hmõi dianis ⁊ vica
facultate reſpectu frm mi.guardiani: ac etiã eorꝝ vicarij: qñdo.ſ.ſunt pſidẽtes do rijs eorum.
morũ frm: mortuo vel ãmoto guardiano. Et ſilr intelligẽdũ eſt qñcũq; ſit mẽtio
de vicarijs. Additur etiã in prefato mari magno predicatorum: ꝙ detinentes fra- Excõicatio.
tres diſcedentes: ſecum vel in monaſterijs aut eccleſijs ſuis: niſi eos eiecerint
poſtq; eis denunciatum fuerit: ſint excõmunicati.B.ffo.237.conce.554. Collector.
¶Attende inſuper circa prefata: ꝙ in mari magno fratrum Carmelitarum ad-
ditur quedam magna clauſula.ſ.ꝙ poſſint prelati ordinis promulgare ſententiã Nota.
in retinentes fratres diſcedentes ſeu apoſtatas: ſiue tales retinentes ſint laici vel
clerici. Et hec eſt valde magna auctoritas conceſſa prelatis ordinis. Et credo ꝙ
alibi non inueniatur ſimilis.B.ffo.183.conce.452.
¶IDEM Clemens ſtatuit: ꝙ ſi aliqui de fratribus predicti ordinis: poſt obtẽ 9
tam licentiam a ſede apoſtolica ſeu a prelatis eiuſdem ordinis: ad religionem
aliam tranſeundi: infra duos vel tres menſes ſe ad aliam religionem ſue ſaluti
congruam non contulerint: et ipſius non ſuſceperint habitũ regularem: licitum Excõicatio.
ſit generali et prouincialibus miniſtris ac vices eorum gerentibus: contra ipos
tanq; contra alios predicti ordinis apoſtatas procedere ſm quod honeſtati ip-
ſius ordinis viderint expedire.B.fo.57.Et ffo.142.conce.328.
¶Quo ad ſupradictam conceſſionem eſt notandũ: ꝙ in mari magno fratrum Collector.
predicatorum conceditur: ꝙ non ſolum generalis et prouinciales ac eorũ vices

UVA. BHSC. IyR_230_1

Pro guar- gerentes poſſint procedere contra fratres ſupradictos: verumetiam ſinguli prio
dia. ⁊ vica. res et eorum vices gerentes. Ac per conſequens virtute cōmunicationis pri-
uilegiorum: poterunt ſimiliter facere guardiani fratrum minorum ⁊ qui ipſorū
vices habuerint. B. fo. 238. conce. 555.

10 ¶IDEM Clemens conceſſit generali ⁊ prouincialibus miniſtris: vt poſſint apo
Correctio. ſtatas dicti ordinis excōmunicare; capere: ligare: incarcerare: ⁊ alias ſubdere ri-
Excōicatio. gori diſcipline: tam per ſeipſos q̄ etiam per alios. Et hoc in quocūq; habitu eos
contigerit reperiri: inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. B.
fo. 58. Et ffo. 141. conce. 329.

Collector. ¶In mari magno fratrum Carmelitarum in. §. Apoſtatas quoq; veſtri ordinis
Nota. ⁊c. additur: ꝙ prefati fratres apoſtate poſſint capi ⁊ incarcerari ⁊c. in quocunq;
loco: etiam ſi in curia romana inueniri eos contigerit: in qua ſicut extra poſſint
prelati ordinis ſuper ſuos ſubditos: ratione ꝓfeſſionis tā tacite q̄ expreſſe emiſ-
ſe: tanq̄ ordinarij procedere. Et hec conceſſio credo ꝙ non reperiatur alibi. B.
ffo. 186. conce. 470.

11 ¶IDEM Clemens inhibuit: ne fratres quos ab ordine pro ſuis culpis per ge
Electi ab or- neralem vel prouinciales miniſtros aut cuſtodes expelli contigerit: vel qui egreſ-
dine. Predicatio ſi fuerint proprio ſuo motu: predicare: confeſſiones audire ſeu docere preſumāt:
niſi ad alium ordinem in quo licite exercentur huiuſmodi officia: tranſierint cum
Confeſſio. prefata licentia. Et ꝙ ſi forte contra huiuſmodi inhibitionem aliquid ſuper pre-
miſſis temere attentare preſumpſerint: miniſtri et cuſtodes: ac eorum vicarij: in
Excōicatio. illos quos infra fines ſuarum prouinciarum et cuſtodiarū (iuxta conſuetudinem
dicti ordinis) diſtractos inuenerint: talia preſumentes: monitione premiſſa: au-
ctoritate apoſtolica: excōmunicationis ſententiam valeāt promulgare. B. fo. 58.
Et ffo. 141. conce. 330.

Collector. ¶Attende ꝙ in mari magno fratrum Carmelitarum: auctoritas in conceſſione
immediate ſuprapoſita contenta: extenditur etiam ad priores locales et eorum vi
carios. B. ffo. 186. conce. 471. Ac ſimiliter in mari magno fratrum predicatorū
conceditur prefata auctoritas ſingulis prioribus conuentualibus et eorum vica-
Pro guar- rijs. Ita ꝙ ſemper pariſicantur quo ad iſta priores conuentuales et eorum vica
dia. et vica. rij: niſi vbi expreſſe diſtinguit priores conuentuales a prouincialibus: quod tamē
nunq̄ repertiur factum de guardianis ⁊ vicarijs fratrum mino. B. ffo. 238. con
ceſſione. 557.

¶De vicarijs Carmelitarum oporteret inquirere quomodo ſe habeant in vſu:
ſicut iam ſcimus de vicarijs predicatorum.

12 ¶IDEM Clemens ſtatuit: vt eiectos a predicto ordine vel egreſſos: qui a rece
Eiecti ab or- ptione in eodē ordine (ſuis culpis exigentibus) ſe reddiderint indignos: ⁊ alij
dine. fratres eiuſdē ordinis: q ex rationabili cauſa ad quoſcūq; ordines approbatos
Licentiare (ꝓterq̄ ad beati Auguſtini: tēplariorū ⁊ hoſpitalariorū: ac aliorū religioſorum
fratres. arma portantium) ad vitandam occaſionem euagandi tranſire voluerint: ge-
neralis ⁊ prouinciales miniſtri cū ſuis teſtimonialibus litteris: auctoritate apo
ſtolica: liberam habeant licentiandi facultatem. Et diſtricte inhibet ne tales ad
alium ordinem aliter tranſire vel aliqui eos recipere ſeu retinere preſumant abſq;
licentia ſpeciali ſedis apoſtolice faciente de hoc plenam mentionem. B. fo. 58.
Et ffo. 141. conce. 330. et. 331.

UVA. BHSC. IyR_230_1

**Nicolaus.** 4.ſtatuit ⁊ ordinauit: vt fratres ordinis minorum qui poſt 13
profeſſionem ab eis in ipſo ordine factam:ad quoſcūq; ordi-
nes petita vel non petita:obtenta vel non obtenta a ſuis ſuperioribus licētia: im Promotio ad dignitates
mediate ſeu per alium vel alios ordines mediate tranſierint: vel etiā extra illos
ad nullam omnino adminiſtrationem vel officiū curam animarum habentem:
nec etiam ad aliquam dignitatem:vel prelaturam:ſeu perſonatum: quoquomo-
do poſſint aſſumi:abſq; apoſtolice ſedis ſpeciali licentia:per ipſius ſedis paten-
tes litteras conceſſa:facientes plenam certā ⁊ determinatam de ſtatuto: ⁊ ordi-
natione huiuſmodi mentionem:decernēs irritum ⁊ inane quidquid ſecus fuerit
attemptatum. B.fo.28. Et ffo.iii.conce.239. 14

**Bonifacius.** 8.conceſſit prelatis ordinis mino. vt apoſtatas ⁊ inſolen Correctio.
tes dicti ordinis niſi huiuſmodi prelatorum ſalubribus
monitis acquieſcant excommunicare:capere:ligare: ⁊ carceri tradere (ſi videbi- Excōicatio.
tur expedire) poſſint ⁊ valeant vt habet̄ in cōſtitutionibus: ſeu ſtatutis ordinis
generalibus in.c.de correctione delinquentium. 15

**Martinus.** 5.ſtatuit:vt nullus religioſus ex quibuſcunq; ordinibus mē Pro oibus fribus men-
dicantium:cuiuſcunq; ſtatus:conditionis vel religionis exi-
ſtat:quomodocunq; vel qualitercunq; poſſit vel debeat virtute cuiuſcunq; licen- dicantibus.
tie aut indulti apoſtolici in genere vel in ſpecie: ab ordinibus huiuſmodi mendi Recipere.
cantium ad monaſticos ordines tranſferri nec admitti aut recipi (ordine Cartu
ſienſium duntaxat excepto) ſub pena excommunicationis: in quam tam reci- Excōicatio.
pientes q̄ recepti:ipſo facto incurrant: ⁊ a qua a nemine niſi a romano pontifi-
ce duntaxat (preterq̄ in mortis articulo) excommunicati huiuſmodi abſolu-
tionis beneficiū poſſint quomodolibet obtinere. B.fo.88.Et ffo.171.con.400. 16

**Eugenius.** 4.et Pius.2.ſtatuerunt ꝙ ſi quis prelatorum vel fratrum Pro fribus
minorum tam conuentualium q̄ de obſeruantia nuncupa- obſeruātib⁹ ⁊ cōuentual
torum aliquem fratrem fugitiuum ſeu apoſtatam receperit: ab officio cui preeſt
ſuſpenſus ⁊ ad actus legitimos exercēdos inhabilis fiat eoipſo. Et ꝙ huiuſmo bus.
di frater fugitiuus:a ſuo prelato vbicunq; repeti:ac ꝓ crimine ⁊ leuitate aut alia
ſue fuge cauſa:corrigi ⁊ puniri poſſit. Ac ꝙ ſi poſtq̄ punitus ⁊ correctus fuerit
recedere voluerit:petere debeat licentiam:prout alias ordinatum eſt. Nec de cete Correctio.
ro a quouis fratrum de obſeruātia repeti poſſit:niſi forte conſtiterit eū ad frugē Licentiare fratres.
melioris vite redire voluiſſe. Et decreuerūt inſuper: ꝙ ſi quis prelatorū vel fratrū
predictorum:ſuper reſtitutione fugitiuorum huiuſmodi requiſitus:nullā facere no-
luerit:in ſuſpenſionis ⁊ inhabilitatis predicte ſententiam incidat eo ipſo. B.fo.
6.Et ffo.90.conce.197.

¶ Circa hoc videatur infra.§.ſequēti. Et oporteret examinare ⁊ verificare vtrum Collector.
per bullam vnionis ⁊ concordie a Leone.10.factam ſint ſublate iſte pene.

**Pius.** 2.ſtatuit ꝙ pretextu cuiuſuis licentie aut conceſſionis etiā per ipſum 12
⁊ ſedem apoſtolicam generaliter vel ſpecialiter cuicunq;: ſub qua
cunq; forma vel expreſſione verborum date: etiam ſi talis fuerit ꝙ de eius teno-
re et nomine ⁊c.ſpecialis:ſpecifica ⁊ expreſſa mentio habēda fuerit: nullus pre- Licentiare
latus aut conuentus vel ſingularis perſona: tam eccleſiaſtica q̄ mundana reci fratres.
piat aut recipere faciat:audeat vel preſumat aliquem de fratribus mino. obſeruā Recipere.
tie recedentē ab aliquo conuentu ſiue loco:niſi ipſe frater de licentia ſui ſuperioris
prelati in ſcriptis conceſſa ⁊ facta:receſſerit. In qua de loco vnde receſſerit: ea

UVA. BHSC. IyR_230_1

de perſona ſiue loco ad quē accedere voluerit: ſpecialis ⁊ expreſſa mentio fiat: decernens irritum ⁊ inane quicquid ſecus factum vel attētatum fuerit. B.fo.27. Et ffo.ui.conce.238.

18 ¶ IDEM Pius fecit quandam copioſam prouiſionem contra omnes principes ⁊ duces ac alios magnates fauentes apoſtatis ⁊ alijs fratribus inobediētibus ordinis Carmelitarū: mandans procedere contra ipſos per cēſuras eccleſiaſticas ⁊ inuocationem brachij ſecularis. B.fo.91. Et ffo.172.conce.404.

Ex priuile. fratrū carmelitarum.

19 ¶ IDEM Pius conceſſit generali ⁊ alijs prelatis inferioribus ordinis Carmelitarum predicti: vt omnes ⁊ ſingulos apoſtatas: criminoſos: incorrigibiles aut delinquentes fratres eiuſdem ordinis: quos iuxta ordinis inſtituta ⁊ conſuetudines: cōmode punire nequiuerint: non ſolum penis in ſtatutis ordinis contētis: ſed etiam (ſi eorum demerita ⁊ exceſſus id exegerint) arctioribus penis poſſint illos: tam per ſe ꝙ per locorum ordinarios ⁊ eorum officiales ſeu alios miniſtros capere: ⁊ carcerali cuſtodie mancipare: ac torquere ⁊ torqueri facere ⁊ punire. Ita tamen ꝙ ſi eorundem fratrum exceſſus a deo graues ⁊ enormes fuerint: ꝙ illorum occaſione queſtionibus ſubdi debeant vel tormentis (citra tamē vltimi ſupplicij: mutilationiſꝗ membrorum penas) q̄ſtionibus huiuſmodi ſubijci nequeant vel torqueri: niſi cum duorum ex fratribus antiquioribus dicti ordinis: ad hoc per ſuperiores deputatorꝫ preſentia ⁊ aſſenſu. B.fo.92. Et ffo.175. conceſſione.409.

Correctio. Nota.

20 **Paulus.** 2. ſtatuit ꝙ fratres mi. conuentuales nequeant recipere aliquos fratres de obſer. transfugas ſeu ad eos fugientes: niſi oſtēderint litteras licentie a prelato ſuo per eos obtentas: in quibus contineatur nomē conuentus a quo receſſerint: ⁊ illius ad quē remiſſi ſunt: etiā ſub pretextu cuiuſcunꝗ licentie ſuper hoc ipſis fratribus cōuentualibus eorūꝗ prelatis ab apoſtolica ſede cōceſſe: quā quo ad hoc penitus reuocauit: ſed illos ad prelatos ſuos remittere teneantur. Et vice verſa ꝓhibuit ne fratres de obſer. recipiant ſcandaloſos ⁊ criminoſos fratres conuentuales diſciplinā ordinis ſubter fugientes: ſed illos ſimiliter ad prelatos ſuos remittere debeāt: ſeruata tamē forma per Eugeniū.4. et Pium.2. tradita. ſ. ſupra in conceſſione.16.et.17. Et voluit ꝙ contrafacientes ⁊ eis dantes conſilium: auxilium vel fauorem: publice vel occulte: directe vel indirecte: cuiuſcūꝗ ſtatus: gradus vel dignitatis fuerint in ordine: excōmunicationis ſententiam incurrant: a qua non poſſint niſi a romano pontifice (preterꝗ in articulo mortis) abſolutionis beneficiū obtinere. B.fo.9. Et ffo.94.cōce.202.

Recipere. Pro frībus obſeruātib⁹ ⁊ cōuentualibus. Licentiare fratres. Excōicatio

¶ Conſiderandum eſt vtrum predicte prouiſiones facte reſpectu fratrum obſeruantium et conuentualium antiquitus: habeant nunc locum: quia in bulla cōcordie per Leonem.10. facta in eadem materia. ſ. receptionis conuentuum: aliter ordinatum eſt. Nam licet quoad receptionem fratrum. q. idem ſit nunc ⁊ tunc: tamen non imponuntur pene antique: nec fit relatio ad ipſas. Idcirco op⁹ eſſet circa hoc habere declarationem apoſtolicam vel iuriſperitorum.

Collector.

21 **Sixtus.** 4. prohibuit vt nulli fratrum Carmelitanorum poſt factam in domibus ſuis profeſſionem fas ſit ſine prelati ſui licentia de eiſdē domibus diſcedere. Diſcedentem vero abſꝗ litterarum prelatorū dicti ordinis cautione: nullus audeat retinere. Et ſi quis forſan retinere auſus fuerit: licitꝫ ſit prelatis eiuſdem ordinis in ipſos fratres: ⁊ eos qui dictos fratres retinent clericos vel laicos regularem ſententiam promulgare. B.ffo.183.conce.452.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ Aduerte circa predicta: ⁊ nota maximã auctoritatem cõceſſam prelatis fratrũ Collector.
tam contra fratres ꝙ̃ quo ad alias perſonas.

**Innocentius.** 8. cõfirmauit litteras Sixti. 4. inſerendo illas de verbo 22
ad verbũ: in quibus ſtatuit: ꝙ quicunq̃ frater minor re
gularis obſeruantie: abſq̃ licentia generalis vel ꝓuincialis ſui preſumpſerit re-
cedere ab eorũ obedientia ſeu apoſtatare: ipſo facto excõicationis ſententia liga- Excõicatio.
tus ſit. Quã ſententiã voluit vt ſimiliter incurrant recipientes hmõi fratres: non Recipere.
obſtantibus quibuſcũq̃ priuilegijs ⁊ litteris apoſtolicis in genere vel in ſpecie:
quibuſlibet locis vel perſonis per ſedem apoſtolicam conceſſis: ⁊ impoſterũ cõ
cedendis. B. fo. 37. Et ffo. 121. conce. 265.

**Alexander.** 6. edidit quandã bullã magnã in qua copioſiſſime ⁊ ſuffi- 23
cientiſſime prouidit cõtra fratres apoſtatas aut exemptos
vel ad alios ordines tranſlatos abſq̃ licentia prelatorũ ordinis ⁊ obſeruãtie no
ſtre. Et quia longũ foret explicare oẽs clauſulas in ea contentas: ideo ſufficiet re-
mittere ad illam. B. fo. 14. Et ffo. 98. conce. 209.

**Iulius.** 2. confirmauit litteras Alexandri. 6. immediate ſuprapoſitas: ꝓ 24
hibẽtes fratres poſſe cõmorari extra domos ſui ordinis: nec ſe de
vna prouincia vel cuſtodia ad aliam transferre: etiam pretextu litterarum apoſto
licarum. B. ffo. 210. conce. 513.

¶ IDEM Iulius dũ eſſet cardinalis ⁊ protector ordinis minorũ: fecit aucto 25
ritate apoſtolica quendã proceſſum contra fratres dicti ordinis de obſer. tranſfe
rentes ſe ad conuentuales: vel alias quomodocũq̃ recedentes ab obedientia ob
ſeruantie. Et quia hmõi proceſſus multũ valet in hac materia: ideo oportet illum
videre ad longũ. B. fo. 72. Et ffo. 155. conce. 374.

¶ IDEM Iulius ꝓmulgauit ſententiã excõicationis cõtra fratres ordinis pre 26
dicatorũ diſcedẽtes ab ordine ſuo ſine licentia ſuorũ prelatorũ: non obſtãte quo- Pro fribꝰ pre
cunq̃ priuilegio apoſtolico. In quã excõicationẽ ſimiliter incurrunt: detinentes dicatorum.
huiuſmodi fratres ſecũ: in ſuis monaſterijs vel eccleſijs: niſi eos eiecerint poſtq̃ Excõicatio.
eis denũciatum fuerit. B. ffo. 237. conce. 554.

¶ IDEM Iulius precepit generali fratrũ Auguſtinenſiũ in virtute ſancte obe
dientie: vt fratres ſui ordinis: cuiuſcũq̃ cõditionis fuerint: qui ab obediẽtia exie 27 Pro fribus
rint aut habitũ reliquerint: quacunq̃ auctoritate id fecerint: niſi ad arctiorẽ regu- Auguſtinen
lam vbi actu obſeruanter viuant tranſierint: vigore quarũcũq̃ litterarũ apoſtoli- ſium.
carum: etiã ſi protector ordinis illas viderit: ⁊ etiã ſi cõcedendas aſſeruerit: eos
ad ordinẽ ⁊ ad ordinis loca reuocet: ⁊ bullas auferat: ⁊ habitũ ſacrilege relictũ
reſumere cogat: inuocato ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Decreuit inſu-
per motu proprio ⁊ ex certa ſciẽtia: vt fratres qui ab ordine receſſerint: aut habi-
tum reliquerint tunc vel impoſterũ: niſi poſt mandatũ dicti generalis: infra dies
octo mãdato ꝓximos: ad obedientiã redierint: habitũq̃ perpetuo geſtandum re
ſumpſerint: excõmunicationis late ſententie penam incurrant: a qua abſolui niſi Excõicatio.
aut per ſummũ pontificẽ: aut morte interueniente non poſſint. Voluit etiã ⁊ de
creuit: eandẽ penã ſubire oẽs qui illis auxiliũ: conſilium aut fauorem preſtiterint.
Ac decreuit irritũ ⁊ inane quidquid ſuper his a quocũq̃ quauis cauſa ſiue ſciẽ
ter vel ignorãter cõtigerit attẽtari. B. ffo. 267. cõce. 695. Et ffo. 76. cõce. 226.

¶ IDEM Iulius confirmauit decretum Martini. 5. vt nemo de ordine predi 28 Pro Augu
ctorum ad aliquem aliorum ordinum (occaſione arctioris regule) tranſire poſſit. ſtinẽſibus.

UVA. BHSC. IyR_230_1

# Apoſtate ab ordine.

Voluitq; vt quiſquis in dicta religione ſiue profeſſus ſiue ad ſacros ordines p
Ordĩes ſacri motus fuerit( quã promotionem profeſſionis loco ⁊ eſſe ⁊ haberi ſtatuit)habi-
Profeſſio, tum dicti ordinis relinquere aut mutare nulla auctoritate poſſi t: niſi miſſionē:
litteraſq; a generali ordinis obtinuerit.B.ffo.266.conce.694.

¶IDEM Julius diſtricte precepit vniuerſis fratribus ordinis minimorũ ſub
29 Excõicatio, excõmunicationis late ſententie pena:ne aliquem fratrem ordinis minorum de
obſeruantia aliquo modo vel cauſa:recipere vel retinere preſumãt: ſine expreſſa
Recipere. ⁊ ſpeciali licentia ſedis apoſtolice:a volente tranſire ad illos ſpecialiter obtenta.
Non obſtantibus quibuſcunq; in fauorem dictorum fratrum minimorum con
ceſſis.B.ffo.12.conce.48.

30 Leo. 10.dedit fratribus minorib⁹ ſuper hmõi materia: duas magnas pro-
uiſiones in duobus breuib⁹ que prius diuerſis tẽporibus conceſſerat.
Ac poſtea inſimul de nouo cõceſſit cũ aliquib⁹ additionib⁹. In quibus breuib⁹
Excõicatio. puidet pleniſſime cõtra fratres apoſtatãtes:aut ab obedientia ordinis qualiter-
cunq; recedentes abſq; licentia prelatorũ:inſerẽdo fere oĩa que oẽs ſui anteceſſo-
res circa hoc diſpoſuerũt. Ita q in hac materia nõ reperitur tam grandis ꝓui-
ſio facta.B.ffo.50.conce.146.vſq; ad.151.conceſſionem.

31 Correctio. ¶IDEM Leo cõceſſit:vt prelati ordinis mi.obſeruãtie: ⁊ alij fratres quibus
ipſi cõmiſerint:capere poſſint p ſe vel manu aliquorũ ſeculariũ: quoſcũq; fratres
extra obedientiã obſeruãtie vagãtes:ſiue portẽt habitum ſiue nõ: ⁊ eos detinere
quouſq; oſtendant ſe eſſe alterius obedientie.B.ffo.62.conce.202.

Collector. ¶Epilog⁹ pfator eſt:q apoſtatas fr̃es.i.ab ordine abſq; licẽtia diſcedẽtes: etiã
Reſolutio. in curia romana exiſtẽtes:pñt plati ordĩs excõicare. Ac etiã oẽs alij fr̃es capere.
ligare. ⁊ incarcerare:inuocato ad hoc( ſi opus fuerit)auxilio brachij ſecularis.
Et qui detinẽt hmõi fratres:etiã pretextu alicuius priuilegij aplĩci niſi eos eiece-
rint:ſunt ipſo facto excõicati:ſine aliqua preuia monitione.

# ¶Baptizare.

1 Pro terris infidelium. GRegorius. 9.cõceſſit fratribus minoribus in terris ſar-
racenorũ ⁊ paganorũ proficiſcentib⁹: pro ze-
lo fidei chriſtiane:vt poſſint illarum partiu hoĩes per miniſteriũ
exhortationis ſue ad vnitatem fidei chriſtiane conuerti cupiẽtes:
recipere ⁊ baptizare.b.fo.20.Et ffo.22.conce.4.

2 ¶IDEM Gregorius cõceſſit iterũ hoc idẽ latius:cũ multis alijs attinentibus
ad conuerſionem infidelium.b.ffo.257.conce.641.

Collector. ¶Aduerte q prefate cõceſſiones vñr expiraſſe: ⁊ fuiſſe temporales.

¶Notandũ eſt etiã q in capitulo generali Mechlinẽſi facta eſt ſequẽs declaratio.

Capitulum generale. ¶Item fuit declaratum q frater ſacerdos:in extrema neceſſitate poſſit paruulo
dare ſacramentũ baptiſmatis: dummodo non adſit alius ſacerdos : etiã in pre-
ſentia virorũ ſeculariũ laicorũ. Et quod in regula ꝓhibetur ne fratres fiant cõpa-
tres ⁊c.intelligendũ eſt quo ad eleuationem de fonte baptiſmatis : non quo ad
baptizationem predictam. Quia vt dictũ eſt in caſu neceſſitatis:abſente ſacerdo
te ſeculari vel alterius ꝓfeſſionis:bene poſſunt fratres noſtri ſacerdotes baptiza-
re.fo.228.tracta.3.Et ffo.247.tracta.2.

# Benedicere eccleſiaſtica.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶Diſtinctio materie infraſcripte.

Quo ad benedictionē rerū eccl'iaſticarū: cōtinentur multa et varia in priui- Collector.
legijs fratrū. ¶Et iſtorū aliqua pertinent ſolū ad epōs. Hec autē continen
tur infra. §.2. cū remiſſione ibi addita: et in. §.3. et.5. et.6. et.15. ꝛ.16.
¶Aliā ſpectant ād prelatos fratrū. Iſta vero habentur infra. §.7. et.8. ꝛ.ii. ac.12.
et.13.14. ¶Reliqua concernunt omnes fratres ſacerdotes. Et iſta reperiuntur in-
fra. §.1. et.4. et.14. prope medium. 1

Gregorius. 9. conceſſit: ꝙ fratres mino. preſbiteri in terris Pro terris
in fidelium exiſtentes: poſſint veſtes ſacerdota infidelium.
les: altaris pallia ꝛ corporalia (cū neceſſe eis fuerit) benedicere:
vbi catholicorum epiſcoporum copia non habetur. B. ffo.257.
conce.641.

Honorius. 4. fecit quādam cōceſſionē q̄ aliqualiter pertinet ad hāc ma 2
teriam: q̄ conceſſio poſita eſt ſupra in dictiōe Altare. §.1. Vi-
de illam q2 ſequens cōceſſio que hic ponitur facit mentionem de ipſa.

Ioannes. 22. cōceſſit fratribus Carmelitis idē quod ſupra nobis fue 3
rat conceſſum et aliquantulū latius: dicēs ꝙ ſi locorum ordi Ex priuile.
narij a fratrib⁹ humiliter requiſiti: noluerint ſeu recuſauerint indebite cemiteria carmelitarū
eorum benedicere ſeu etiam conſecrare: poſſint huiuſmodi cemiteria per aliquē Epiſcopi.
antiſtitem: gratiā ꝛ communionē ſedis apoſtolice habentem: quoties opus fue Conſecrare.
rit facere benedici: ac etiā conſecrari. B. fo.89. Et ffo.172. conce.402.

Sixtus. 4. conceſſit fratrib⁹ mino. obſer. ſacerdotibus vt poſſint benedi 4
cere paramenta altaris ꝛ miſſalia: ac indumenta: exceptis corpo Ornamenta
ralibus dūtaxat. o. fo.63. Et ffo.67. cōce.107. Et ſffo.96. conce.322. altaris.

¶IDEM Sixtus conceſſit fratribus Carmelitis: vt pro conſecrationibus al 5
tarium vel eccleſiarum: ꝛ pro oleo ſancto: ac quolibet eccleſiaſtico ſacramento: Ex priuile.
nullus ſub obtentu cuiuſlibet conſuetudinis vel alio modo: quicquā audeat ex- carmelitarū
torquere: ſed hec omnia eis gratis epiſcopi dioceſani (vt tenentur) libere ꝛ gra. Epiſcopi.
tioſe impendant. Alioquin liceat predictis fratribus quoſcunq; maluerint catho Cōſecrare.
licos adire antiſtites: gratiam et communionem apoſtolice ſedis habentes: qui
apoſtolica freti auctoritate eiſdem fratribus que poſtulauerint impendant. Et ꝙ
ſi ſedes dioceſanorum epiſcoporum forte vacauerit: interim omnia eccleſiaſtica
ſacramenta: a vicinis epiſcopis libere et abſq; contradictione ſuſcipere poſſint.
Ita tamen ꝙ ex hoc in poſterum proprijs epiſcopis nullum preiudicium gene-
retur. B. fo.100. Et ffo 183. conce.454.

¶IDEM Sixtus cōceſſit prefatis fratribus: vt quādo ꝓpriorum epoꝝ copiā 6
non habuerint: et aliqui epi habentes gratiam et cōmunionem ſedis apoſtolice: Vaſa eccle-
de quibus plenā noticiam habeant: per eos trāſire contigerit: ab eis benedictio ſiaſtica.
nem vaſorum et veſtium: et conſecrationem altarium: auctoritate ſedis apoſtoli Cōſecrare.
ce recipere valeant. B. fo.100. Et ffo.183. conce.455.

Innocentius. 8. conceſſit ꝙ generalis et ꝓuinciales fratrū mino. ob 7
ſer. poſſint benedicere corporalia. o. fo.65. Et ffo.67. Corporalia.
conceſſione.157.

¶IDEM Innocentius cōceſſit fratrib⁹ Auguſtinēſib⁹ quarūdā cōgregatio- 8
num obſer. ꝙ vicarius generalis illarū et viſitatores: poſſint benedicere ornamē Pro augu-
ta eccleſiaſtica: et etiam corporalia. b. ſffo.101. conce.399. ſtinenſibus.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Collector. ¶Aduerte ꝙ Julius.2.cōmunicauit toti ordini ſimiles cōceſſiones factas particularibus congregationibus eorum.b.ffo.265.ꝓut late habetur infra in dictione Cōmunicatio priuilegiorum.§.23.

9 Ex priuile. Auguſtinē Eugenius.4.cōceſſit fratribus Auguſtineſibus:vt ꝓ cōſecrationibus eccłiarum ſeu altariū:ac ꝓ oleo ſancto: ⁊ quolibet eccleſiaſtico ſacramento:nullus ab eis:ſub obtentu cōſuetudinis vel alio modo:quicꝗ̄ audeat extorquere:ſed hec omnia gratis eis epī dioceſani impēdant. Alioquin liceat predictis fratribus quoſcunqꝫ maluerint adire antiſtites:gratiā ⁊ cōmunionem apoſtolice ſedis habentes:qui freti auctoritate pape dictis fratribus prefata impendant.G.ffo.247.conce.605.

10 ¶Idem Eugenius conceſſit fratribus Auguſtineñ.vt quando ꝓpriorū epoꝝ copiam nō habuerint: ſi quos epos romane ſedis gratiā ⁊ cōmunionē habentes:de quibus plenā habeant noticiam:per loca dictorum fratrū tranſire cōtigerit:ab eis benedictionem vaſoꝝ ⁊ veſtiū:et conſecrationeꝫ altarium: auctoritate apłice. ſedis ꝑcipere valeant.B.ffo.247.conce.607.

11 Pro oib⁹ ornamē. eccłie. Julius.2.conceſſit ordini minimorū vt generalis illius: necnon ⁊ prouinciales ⁊ eorum vicarij:poſſint ⁊ valeant benedicere corporalia ⁊ alia ornamenta eccleſiaſtica ſuorum locorum ⁊ domorum:preter calices et patenas.B.fffo.8.conce.26.

12 Pro eccłijs ⁊ cemiterijs. ¶Idem Julius cōceſſit prefatis fratribus minimis ꝙ generalis et viſitatores:quos ipſi vigiles appellant:ac prouinciales ⁊ eorum vices gerentes:poſſint omnes ⁊ ſingulas eiuſdem ordinis eccleſias:cemiteria:capitula ⁊ oratoria: ſolenni benedictione benedicere.B.fffo.8.conce.29.

13 Recōciliatio eccleſiarum ¶Idem Julius conceſſit prefatis prelatis ordinis minimorum:vt poſſint reconciliare ſuas eccłias:ſanguinis ſiue ſeminis effuſione:ſiue alias quomodocūꝗ̄ pollutas: quoties opus fuerit: aqua tñ prius per aliquem catholicum antiſtitem (vt moris eſt) benedicta.B.fffo.8.conce.30.

Collector. ¶Circa ꝓdicta vide ſequentē conceſſioneꝫ:q̄ valde latior eſt: preſertim in fine.

14 Nota. Pro eccłijs ⁊ cemiterijs ⁊ oib⁹ ornamētis eccłie. Leo 10.conceſſit generalibus ⁊ prouincialibus:ac cuſtodibus: necnon ⁊ guardianis fratrum mino.obſer.pro tempore exiſtentibus:vt oīa ⁊ ſingula eiuſdem ordinis et obſeruantie eccleſias: cemiteria:capitula ⁊ oratoria vbicūqꝫ exiſtentia:tam recepta ꝗ̄ recipienda:ac paramenta ⁊ ornamenta ⁊ alia quecūqꝫ ad diuinum cultum ⁊ vſum fratrum neceſſaria:in quibus chriſma non interuenit:pro eorūdem fratrum vſu tantum:ſolēni benedictione valeant benedicere. Et voluit ꝙ hoc idem poſſint alij fratres eiuſdeꝫ ordinis qui ad hoc in capitulis generalibus deputati fuerint. Ac ꝙ ſimiliter poſſint reconciliare eccleſias. Recōciliatio eccleſiarum. ⁊c.que quomodolibet ſanguinis vel ſeminis effuſione pollute fuerint. Sꝫ hoc cū aqua per predictos prelatos benedicta:preſertim in locis remotis:vbi epiſcopuꝫ aquam benedicentem per duas dietas adire non potuerint. B.fffo.16.cōce.35. ¶Uide infra in fine.

15 Epiſcopi. Conſecrare. ¶Idem Leo conceſſit fratribus mi.vt quilibet catholicus epus poſſit conſecrare eccleſias eorū ⁊ altaria:⁊ cemiteria:calices ⁊ ornamenta:⁊ oēs alios act⁹ epales exercere:ī locis ⁊ ꝑſonis fratrū ꝓdictorū obſeruātie:dioceſani loci vel cuiuſuis alterius licētia minime requiſita.O.fffo.60.conce.179.

16 Epiſcopi. ¶Idem Leo poſtea in concilio Lateraneñ ſtatuit:ꝙ fratres nequeāt ab alieno epo cōſecrationem eccleſie: vel altaris:aut cemiterij benedictioneꝫ petere:ſeu

UVA. BHSC. IyR_230_1

in eccleſijs per eos pro tẽpore edificandis:primũ lapidem per alienum epm po Epiſcopi.
ni facere poſſint:niſi vbi ordinarius bis aut ter (cum debitis reuerentia ⁊ inſtan Cõſecrare.
tia) requiſitus:ſine legitima cauſa id recuſauerit.b.ffo.26.conce.79. Edificare.

¶Sciendum eſt:ꝙ in foro conſcientie poſſunt fratres (non obſtante hmõi prohi Collector.
bitione ⁊ reſtrictione concilij Lateraneñ.) vti conceſſionibus ſupradictis: qꝛ idẽ
Leo poſtea conceſſit oraculo viue vocis:ꝙ fratres mino.obſeruan. poſſint libere
vti omnibus eis conceſſis ante prefatum concilium: vt ponitur infra in dictione
Concilium.§.6.⁊.7.

¶Ultra ſupradicta eſt ſciendum:ꝙ circa huiuſmodi materiã benedictionis re- Collector.
rum eccleſiaſticarum:reperitur quodã ſtatutum generale factũ in capitulo Me-
diolanenſi:ſub forma ſequenti.

¶Generale capitulum determinauit ⁊ precepit:ꝙ ſoli prouinciales habeant be- Capitulum
nedicere corporalia. Et ijdem prouinciales:cuſtodes: ⁊ guardiani alia ornamẽ generale.
ta: ⁊ non alij: ⁊ ſolum pro fratribus:monialibus ⁊ tertiarijs: ⁊ nullo modo pro
alijs extra ordinem. Sic enim fuit conceſſum per ſummum pontificem. fo.227.
tractatu.3. Et ffo.246.tractatu.2.

¶Circa ſuprascriptum ſtatutum generale oportet aduertere: ꝙ hmõi ſtatuto nõ Collector.
obſtante videtur ꝙ poterunt guardiani benedicere corporalia: virtute conceſſio
nis none Leonis decimi:q̃ poſita eſt ſupra.§.14. Aliquibus tamen videtur oppo
ſitum.ſ.ꝙ non poſſint ſine cõmiſſione in capitulis facta. Et hoc ꝑpter aliqua ver
ba poſita in concluſione ſupradicti breuis. Et iſtud eſt tutius.

¶Concluſio ſeu epilogatio conceſſionum preinſertarum eſt: ꝙ omnes prelati or Collector.
dinis:pro eorum ſubditis dũtaxat:poſſunt benedicere eccleſias: ⁊ cemiteria: oĩa Reſolutio.
ꝗ paramenta et ornamenta in quibus chriſma non interuenit. Ac eccleſias pol
lutas reconciliare:aqua per ipſos benedicta:ſi preſentia epi qui illã benedicat di-
ſtet vltra duas dietas.

## ¶Bona.

¶Diſtinctio materie bonorum attinentium ad fratres vel moniales.

Reſpectu bonorum temporalium: reperiuntur nonnulla in priuilegijs fratrũ Collector.
mino. ⁊ aliorum mendicantium:quorũ aliqua tangũt bona quorũ poſſeſſio
nem vel vſum obtinent ijdem fratres. Et hec habentur infra.§.1.⁊.5.⁊.7.⁊.8. Et
infra in dictione Uẽdere: ⁊ in dictione Cõmutare. ¶Alia vero concernunt bona
acquirenda per viam eleemoſine. Et de hoc continentur multa:infra in dictione
Eleemoſinas: ac nõnulla in dictione Canonica portio: ⁊ in hac dictiõe Bona.
§.2.⁊.4.⁊.12.⁊.13. ¶Reliqua autem ſpectant ad bona monialium. Et hec ha-
bentur etiam infra.§.7.⁊.8.⁊.11. Necnon ſupra in dictione Alienatio.§.4.⁊.5.
¶Et tã quo ad fratres ꝙ̃ quo ad moniales: vide infra in dictionib⁹ Decime.
Exẽptio. Hereditas. Legata.

Alexander.4.ſtatuit ⁊ ꝑcepit: vt quãdocũꝗ aliqui fratres
ordinis mino. fuerint promoti ad epiſcopalem Epiſcopi.
vel alias ſuperiores vel inferiores dignitates:teneantur huiuſmo-
di fratres ſic promoti:libros ⁊ alia que ipſos (ꝓmotiõis ſue tem
pore) habuiſſe ſeu habere conſtiterit:reſignare generali ſeu prouin Exempti.
cialibus miniſtris:ſemota qualibet dilatione.b.fo.24. Et ffo.24.
conceſſione.12.



UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ IDEM Alexander conceſſit: ꝙ de male acquiſitis ⁊ incertis relictis t poſſint
2 Elecmoſinas. fratres mino. recipere: quecūqꝫ eis data fuerint. Ac ꝙ de illis que eorūdē fratrum
diſpoſitioni relinquuntur: libere valeāt ordinare ⁊ diſponere. b. ffo. 26. conce. 16.
¶ IDEM Alexander conceſſit vniuerſis exequutoribus teſtamētorū: vt de ma
3 Reſtitutio. le ablatis ⁊ illicite acquiſitis: q̄ teſtatores neſcientes quibus talium reſtitutio fie-
ri debeat: necnon de ijs que ijdem teſtatores indiſtincte nō expreſſis perſonis vel
Eleemoſinas. locis: eorūdem teſtamentorū exequutoribus arbitrio: in pios vſus erogāda com
miſerunt: poſſint indigētijs fratrū mi. ꝓuidere: nō obſtāte contradictione prelato
rum eccleſiaſticorū ⁊ aliquorū aliorum. b. fo. 25. Et ffo. 28. conce. 21.
4 Monitū. Clemens. 4. conceſſit vt qū aliqui aſſumentiū habitum fratrū mi. fue-
rint obligati ad reſtitutionē aliquorū bonorū diuerſis perſo
Reſtitutio. nis: que ſciri ⁊ inueniri non poſſunt: miniſtri ⁊ cuſtodes ⁊ eorū vicarij: eorūqꝫ
ſinguli in locis ſibi cōmiſſis poſſint bona hmōi in pios vſus conuertere: prout
ſcđm deum viderint expedire. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 334.
¶ IDEM Clemens conceſſit fratribus mino. vt cum de prioribus locis ſuis
5 Edificare. ad alia loca ſe transferunt: poſſint tam omnē edificiorum materiam locorū que
Ecclie ⁊ monaſteria. dimittunt (dedicatis eccleſijs dūtaxat exceptis) ꝗ̄ libros: calices ⁊ paramenta:
ſecū ad alia loca transferre: ac edificia ipa cum ſolo ⁊ alijs ad eadem loca perti-
nentijs (preter eccleſias) per perſonas ad hoc a ſede apoſtolica deputatas ven-
Vendere. dere: ipſorumqꝫ preciū in aliorum locorum ad que dicti fratres ſe transferunt edi-
ficationem: ſeu alias in eorum vtilitatem conuertere: ſecūdū quod eis melius vi-
debitur expedire. B. fo. 58. ffo. 142. conce. 340.
6 COncilīū Cōſtātiēſe ſtatuit q̄liter gnālis fratrū mi. ſe debeat hre erga bōa cō
uētuū quos reformare cōtigerit: ꝓut ponit in dictiōe gnālis miniſter. §. 3.
Sixtus. 4. ſtatuit vt cū contigerit monaſteria monialiū ſancte Clare: mo
7 Eccleſie ac monaſteria monialium. nialibus deſtitui: adeo vt de illorū reformatione ſpes nulla ſuper
ſit: illa q̄ ſic deſtituta exiſtunt ⁊ deſtitui contigerit in futurum: cū eorū bonis om
nibus: perpetuis vſibus fratrū domus dicti ordinis (eiſdē deſtitutis monaſte-
rijs ꝓpinquioribus ſub quorū cura erant) applicentur. Ita vt fratres ipſi poſ
ſint de illis ⁊ eorūdem monaſteriorū ſtructuris ⁊ edificijs pro eorū vtilitate diſ-
ponere: prouiſo tn̄ ꝙ illorum eccleſie ⁊ oratoria ad profanos vſus non redigan-
tur: ſʒ in illis quōqꝫ diuina celebrētur officia. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce. 349.
Collector. ¶ Hoc idem habetur quaſi ad litterā in mari magno Carmelitarum. ffo. 182. cō
ce. 443. Et in mari magno predicatorum. ffo. 241. conce. 582. Et in mari magno
Auguſtinenſium. ffo. 250. conce. 633.
Alexander. 6. fecit quādam cōceſſionē circa applicationē bonorū cō
8 Pro monaſterijs. s. cla. uentuum clauſtraliū monaſterijs ſancte Clare: cōmittēs
illam archiepō Toletano. Sed qr illa conceſſio fuit ſpecialis pro regnis Hiſpa-
niarum: ⁊ expirauit per mortem illius archiepiſcopi quo ad futura: non ſpecifi-
catur hic amplius: habetur tamen. ffo. 258. conce. 643.
9 ¶ IDEM Alexander cōfirmauit litteras predeceſſorum ſuorū qui proprietatē
Pauptas. bonorum collatorū fratribus minoribus vel eorū ordini: in ius ⁊ ꝓprietatē Ro-
mane eccleſie receperunt. B. ffo. 75. conce. 225.
¶ Hec conceſſio non nihil videtur conferre pro confirmatione decretalis Exijt
Collector. qui ſeminat: ⁊ contra extrauagantes Joannis. 22. aduerſantis vere paupertati
fratrum minorum ⁊ apoſtolorum ⁊ chriſti.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ Sciendū eſt circa predicta: ꝙ in actis capituli generalis Mechlinenſis reperitur ſequens clauſula. Collector.

¶ Capitulū gñale declarauit ꝙ papa Joãnes.22.reuocauit ante mortē ſuā quicquid dixerat ſeu fecerat cōtrariū eccl'ie ⁊ determinationi romanorū pōtificum. Quare cōſtitutiones quas fecerat cōtra noſtras declaratiões.ſ. Nicolai.3.⁊ Clementis.5.nulli⁹ ſunt roboris vel momēti.fo.227.tracta.3.Et ffo.246.tracta.2. Capitulum generale.

¶ IDEM Julius precepit omnibus chriſtifidelibus vt nemo ipſorum: bona ordinis ſancti Auguſtini occupare vel dānificare audeat. Quod tā de attinentibus ad perſonas fratrū ꝗ̄ de pertinentibus ad loca ſeu conuentus et poſſeſſiones eorūdem intelligi voluit. Et ꝙ ſi contrarium faciētes admoniti a fratribus predicti ordinis nō reſtituerint oia integre: aut vexare deſtiterint infra tridui ſpacium: excōmunicationis ſententiam incurrant: a qua non niſi per ſummum pōtificem abſolui poſſint.B.ffo.76.conce.227. 10 Pro auguſtinenſibus. Excōicatio.

Leo 10.fecit duas cōceſſiones: circa modū quo alienari poſſunt bona monaſteriorum ſancte Clare aut tertij ordinis: prout habetur ſupra in dictione Alienatio rerum eccl'ie.§.4.⁊.5. 11 Pro monialibus.

¶ IDEM Leo ſtatuit ꝙ bona immobilia cōuentuum fratrū cōuentualiū per generalem ⁊ ꝓuinciales miniſtros reformandorū: in euentum ꝙ hmōi conuentuales non obſeruauerint bullā concordie in capitulo generaliſſimo nuper factā: ꝓ vna quarta eccl'ie cathedrali ſeu dioceſi in qua dicti cōuent⁹ ſiti fuerint: ꝓ duabus vero in expeditionē cruciate contra infideles: ꝓ reliqua aūt quarta partib⁹ in reparationem dictorū conuentuum: ipo facto ꝙ ad obedientiā dictorum miniſtrorum reducti fuerint per eos applicentur.B.ffo.39.conce.127. 12

¶ IDEM Leo conceſſit vt qñcunqꝫ acciderit ꝙ fratres ordinis mi. extra obedientiā euagātes obſeruātie: fuerint capti: aut ſpōte redierint ad ordinem: qui aliqua bona habuerint q̄ tēpore apoſtatie diuerſis vijs acquiſierint: poſſint prelati ordinis ⁊ alij fratres quibus ipi cōmiſerint: accipere talia bona: ⁊ ea exigere a quibuſcūqꝫ perſonis ea detinentibus: ⁊ illis vti ſi talia ſint quorum vſum liceat fratribus habere: vel ſi hmōi nō ſint quibus in ꝓpria ſpecie fratribus vti liceat: vt ſunt pecunie: veſtes ſeculares ⁊ ſimilia: ꝙ fiat de talibus rebus ſicut fieri mandatur in declarationibus ſue regule de ſimilibus qñ ſibi ab aliquibus dātur: vel in teſtamentis legantur. Et cōceſſit ꝙ ſi oportuerit hmōi bona in iudicio petere: poſſit hoc facere procurator vel ſindicus ordini deputatus auctoritate ſedis apoſtolice: vel alius amicus ſpiritualis fratrū: qui ab aliquo prelato ordinis ad hoc fuerit nominatus.B.ffo.62.conce.203. 13 Pro bonis apoſtatarū.

¶ Aduertendū ꝙ ſuper bona aliorū fratrū minoꝝ qui nūqꝫ fuerūt de obſeruātia: nō habetur aliqua cōceſſio virtute cui⁹ poſſint recipi pecunie vel alia bona q̄ tales fratres habēt ⁊ defferūt qñ volūt reformari inter obſeruātes. Et ideo talia nequeunt recipi: niſi habeatur licētia ap'lica vel ꝑlatorū quorū erāt ſubditi antea. Collector.

## Canonica portio.

Innocentius.4.cōceſſit ꝙ de his q̄ in ornamētis aut ꝓ eis vel ꝓ fabricis ſeu luminarib⁹ vel anniuerſarijs.7.20.30.alijſqꝫ ad ꝑpetuū diuinū cultū frib⁹ mi. in teſtamentis legātur: nullā canonicā portionem ſoluere teneātur: dūmodo in fraudē epoꝝ et preſbiterorum parrochialium non fiat.b.fo.22. 14 Legata.



UVA. BHSC. IyR_230_1

2 **Alexander.** 4.conceſſit idem quod Innocẽtius.4.prefatus conceſſerat:
addens ꝙ nec etiam de pictantijs ad ſuſtentationez fratrũ:
Legata. aut de indumentis eiſdem legatis: teneantur dare aliquam portionem. Et decre-
uit irritas eſſe ⁊ inanes quaſcunqꝫ cenſuras contra fratres: ſeu contra benefacto
Collectoꝛ. ¶ Huiuſmodi conceſſio fuit modificata per Leonem.10. prout habetur infra.§.10. Vide ibi cum ſua declaratione.

7 Indulgẽtia plenaria. **Innocentius.** 8.ac etiam Leo.10.conceſſerunt fratribus mino.ac monialibus eoꝝ cure ſubiectis: cõmunicantibus in multis feſtiuitatibus ꝛ diebus dñicis indulgentiã plenariã: ꝑut habetur infra in dictione Indulgentie plenarie quo ad fratres.§.6.et.7.et.11.et.18.

8 Particulare pro regnis Caſtelle. Interdictũ. **Iulius.** 2.conceſſit q; abſq; aliquo cõſcientie ſcrupulo: poſſint fratres mi. obſer. prouinciarũ regnoꝝ Caſtelle ꝛ legionis: ſacramentum eucharistie tempoꝛe interdicti: corã quibuſuis perſonis ſecularibus vel regularibus (facultatem audiendi diuina officia habẽtibus) recipere. Quodq; perſone predicte facultatem audiendi diuina officia huiuſmodi habentes: dicto tempoꝛe interdicti: ſacramentum huiuſmodi recipere poſſint ꝛ valeant: licẽtiam conceſſit: Ita tñ q; hec cõicatio ſecularium: intelligatur iuxta facultates conceſſas illis ſecularibus de intereſſendo diuinis. O.ffo.71.conce.179. Et ffo.101.cõce.391.

9 Pro oibus fribus ſacerdotibus. **Leo.** 10.conceſſit de nouo idẽ quod Nicolaus.5.ꝛ Sixtus.4. conceſſerãt: vt patet ſupra.§.4.ꝛ.5. Ac declarauit q; licet audire confeſſiones ſecularium non poſſint niſi in ſupꝛadictis breuibus nominati: miniſtrare tamen ſacramentum eucharistie tempoꝛe conceſſo: poſſit quilibet ſacerdos religionis. Et in eo qđ dicitur (vbi ſupra) de die reſurrectionis: declarauit q; non poſſint miniſtrare ſacramentum eucharistie in die quo celebratur feſtum reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chꝛiſti duntaxat: ſine rectoꝛis parrochialis: aut dioceſani licẽtia. O.ffo.58.conceſſione.160.

Euchariſtia

10 Concilium. Sacramẽta ¶ IDEM Leo poſtea in concilio Lateranenſi ſtatuit: q; eucharistie: extreme vnctionis: aliaq; eccleſiaſtica ſacramenta: nequeant dare fratres illis quoꝛum (etiã infirmoꝝ) confeſſiones audierint: dicentibus ꝓpꝛium ſacerdotem illa ſibi dare denegaſſe: niſi denegatio ſine legitima cauſa facta: vicinoꝝ teſtimonio ꝓbata: aut requiſitio coꝛam notario publico facta doceretur. B.ffo.25.conce.73.

Collectoꝛ. ¶ Non obſtãte hoc ſtatuto immediate antepoſito: poſſunt fratres vti in foꝛo cõſcientie. omnibus conceſſionibus ſuperius poſitis: q2 idẽ Leo viue vocis oraculo reualidauit ꝛ de nouo cõceſſit: oĩa q̃ per hmõi conciliũ fuerãt de noſtris priuilegijs reuocata ſeu reſtricta: vt ponitur infra in dictione Conciliũ.§.7.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶IDEM Leo diſpenſauit cũ monialibus ſancte Clare: ⁊ conceptionis beate 11
Marie: atq₃ tertij ordinis: vt precepto regule de percipiẽdo ſanctiſſimum ſacra Pro monia
mentum: ſatiſfaciant: per aliquos dies anteponendo vel poſtponendo: dũ tamẽ libus.
illud in fraudem non faciant. O. ffo. 61. conce. 191. Diſpenſatio

¶IDEM Leo conceſſit plures indulgentias fratribus et monialibus commu 12
nionẽ corporis Chriſti ſumentibus: prout habetur infra in dictione Indulgen- Indul. ple.
tia plenaria quo ad fratres. §. 5. et. 6. et. 12. ac. 18.

¶Ex priuilegijs fratrum minimorum.

**Iulius.** 2. conceſſit fratribus ordinis minimoꝝ: vt in eccleſijs ſuis quo 13
ties opus fuerit: poſſint miniſtrare et miniſtrari facere ſacramen Pro foreſti-
tum Euchariſtie: curialibus: mercatoribus; peregrinis ⁊ tranſeuntibus: ac alijs bꝰ: ⁊ et alijs
quibuſcunq₃ perſonis. B. ffo. 11. conce. 43.

¶Aduerte circa hmõi conceſſionem ꝓ foro exteriori qualiter modificata eſt per Collector.
Leonem decimum in concilio Lateranẽ. prout habetur ſupra. §. 10.

## Commutare.

**Sixtus.** 4. conceſſit: ꝙ prelati ordinis minorum poſſint com 1
mutare legata facta locis noſtris ad vnum viuũ: in Prelati.
alium: ſine ſcandalo tamen illorum ad quos ſolutio taliũ lega Legata.
torũ pertinet. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 95. Et ffo. 95. conce. 317.

**Leo.** 10. ampliando dictam gratiam Sixti: conceſſit: ꝙ ſi
mili modo poſſint dicti prelati facere in rebus do- 2 Prelati.
natis per viuentes: ſi tamen (vt dictum eſt) non ſequatur ſcandalum. o. ffo. Elemoſine
93. conceſſione. 293.

¶IDEM Leo conceſſit: ꝙ fratres mino. poſſint recipere triticum: ac alias res
ſuperabundantes (ſc₃ quibus in ꝓpria ſpecie fratres nõ habent neceſſe vti: aut 3
non in tanta quãtitate) vt ꝓ vino: carnibus: ac alijs rebus victui neceſſarijs: per
ſindicum Romane eccleſie eiſdem fratribus datũ: commutentur et permutentur: Vendere.
ſeu vt triticũ ⁊ alia hmõi vendantur: et ex pecunia inde prouemente: vinũ et car-
nes: ac alie res neceſſarie emantur. B. ffo. 23. conce. 66.

¶Cauẽdũ eſt oĩno ab iſta cõceſſione: q̄r eſt expreſſe cõtra declarationẽ Nicolai. 3. Collector.
et ſic relaxatiua ⁊ deſtructiua noſtre ſtricte paupertatis quam in regula promiſi
mus: cum talia ſic recepta ſint manifeſte pecunia: cuius receptio ꝙ prohibita ſit
in regula noſtra: notorium eſt. Nec ſufficit dicere: ꝙ papa diſpenſat in hoc: nam
per ſimiles diſpenſationes vel potius diſſipationes: diſſiparetur religio noſtra in
altiſſima paupertate fundata: vt patet euidenter in noſtris conuentualibus.

¶Aduertendum eſt etiam circa predicta: ꝙ in capitulo generali Melinenſi: vbi
tertio fuit electus Reuerẽdus pater clare memorie Oliuerius mallardi: facta eſt
ſequens ordinatio.

¶Capitulum generale declarauit: ꝙ ſi aliqui conuentus aliquarum prouinciarũ
habeant copiam alicuius rei (vt pote vini vel olei) ⁊ deficiunt carnibus vel piſci- Statutum
bus: prouincialis talium prouinciarum: vel cuſtos talis cuſtodie: poteſt prouide- generale.
re: ⁊ cõmutationem in talibus facere mandando: ꝙ vnus alteri det de ijs in qui
bus abundat: ⁊ econuerſo. fo. 227. tracta. 3. Et ffo. 246. tracta. 2.

## ¶Conceptio virginis.



UVA. BHSC. IyR_230_1

1 SAcroſancta. generalis Baſilieñſis ſinodus in ſpū ſancto legitime cōgregata: vniuerſalē eccleſiā repreſentans: diligēter inſpectis auctoritatibus ⁊ rationibus q̃ a diuerſis partibus coram eadē ſancta ſinodo fuerūt allegate: aliiſq; etiā plurimis ſuper eadē materia viſis: ⁊ matura cōſideratione penſatis: determinauit: doctrinā illā diſerentē: glorioſā dei genitricē mariā (preueniēte ⁊ cooperāte diuini muneris gratia ſingulari) nunq̃ actualiter ſubiacuiſſe peccato originali: ſed immunē ſemper fuiſſe ab omni originali ⁊ actuali culpa: ſanctāq; ⁊ immaculatā: tanq̃ piā ⁊ cōſonā cultui eccleſiaſtico: fidei catholice: recte rationi: ⁊ ſacre ſcripture: ab omnibus catholicis approbandā: fore tenendā ⁊ amplectandam diffiniuit ⁊ declarauit. Ac decreuit nulli de cetero licitum eſſe in contrarium predicare ſeu docere. b. fo. 42. Et ffo. 40. conce. 45.

Determinatio veritatis conceptionis virginis ma.

Predicare.

2 EADEM ſacroſancta ſinod⁹ ſtatuit qñ et q̃liter ſit hmōi feſtiuitas celebrāda: put hr̃ infra in dictione feſtiuitas. §. 6. Atñ mō debem⁹ ſeq ordinatū p Sixtuz.

3 EADEM ſancta ſinodus cōceſſit nōnullas indulgētias: intereſſentibus diuinis in prefata feſtiuitate conceptionis: ſicut ponitur infra in dictione Indulgētie quo ad ſeculares. 7. in. §. 1.

Indulgētie.

4 Nicolaus. 5. fecit copioſiſſimā confirmationē ordinatorū in p̄dicto cōcilio Baſilienſi. Ac per cōſequens cōfirmauit determinationem ibidem factam in fauorem immaculate conceptionis virginis dei pare. b. ffo. 44. conceſſione. 49.

Cōfirmationes concilij.

5 Sixtus. 4. ſtatuit: ꝙ fiat octaua ſolēnis de feſto cōceptionis virginis Marie: ⁊ ꝙ de feſtiuitatibus que venerint infra octauā: nihil tunc agatur: ſed poſt octauā celebrentur. Quodq; ſi feſtū conceptionis in dominica venerit: fiat de feſto: q2 ſpecialis effectus dei fuit in illa die: et ideo dñica transferatur in ſequentē diē. Et voluit: ꝙ tunc in ſecunda feria dicātur ps. nocturnorū de dñica cū nonē lectionib⁹ ⁊ reſpōſorijs: ſine precibus: ⁊ miſſa ſine Gloria in excelſis deo: q2 Te deū laudamus nō dr̃. Sed in predicto caſu in octaua fiet de dñica: ⁊ feſtū octaue transferetur ad diē ſequentē. Si vero venerit infra octauā: fiet de dñica cū commemoratione feſti. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 133.

Officiū diuinum.

Aduerte ꝙ poſtea conceſſum eſt: ꝙ fiat feſtum ſancte Lucie infra octauam.

Collector.

6 EIDEM Sixtus motu proprio: auctoritate apoſtolica reprobauit ⁊ dānauit aſſertiones predicatorū ⁊ aliorum quorūlibet qui affirmare preſumerent: ſanctā Romanā eccleſiam de ſpirituali dūtaxat conceptione et ſanctificatione virginis glorioſe feſtum celebrare: ac illorum qui crederent et tenerent: ꝙ aſſerentes eandē genitricem dei ab originalis peccati macula in ſua conceptione preſeruatā fuiſſe: propterea alicuius hereſis labe pollutos fore. Iſtas nāq; aſſertiones: vt pote falſas ⁊ erroneas: ac a veritate alienas: editoſq; libros id cōtinentes: ſimiliter reprobauit ⁊ dānauit. Ac motu ⁊ auctoritate predictis ſtatuit ⁊ ordinauit: ꝙ predicatores verbi dei: ⁊ quicunq; alij: cuiuſcunq; gradus: ordinis ⁊ conditionis fuerint: qui de cetero auſu temerario preſumpſerint in eorum predicationibus ad populum: ſeu al's quomodolibet affirmare huiuſmodi ſic reprobatas ⁊ dānatas aſſertiones: ⁊ opiniones veras eſſe: aut dictos libros pro veris legere: tenere vel habere: poſtq̃ de preſentibus litteris ſcientiam habuerint: excommunicationis ſententiam: ⁊ eterne maledictionis penam eoipſo incurrant: a qua: ab alio q̃ a Romano pontifice ⁊ illius proprio ore expreſſa cauſa huiuſmodi propter quam cenſu-

Reprobatio errorum.

Prohibitio

Excōicatio

ras predictas incurrerint (niſi in articulo mortis conſtituti) nequeant abſolutio-
nis beneficium obtinere: non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium facienti-
bus. Item pari dānationi τ cenſure ſubiecit illos qui predicare: docere: aut alias
verbo vel ſcriptura affirmare preſumerent hereticum fore credere eandem virgi-
nem glorioſam a peccati originalis macula preſeruatam non fuiſſe. B. fo. 34. Et
ffo. 117. conceſſione. 257.

¶ IDEM Sixtus conceſſit: vt omnes qui officium conceptionis beate Ma- 7
rie virginis cōpilatum et ordinatum per fratrem Bernardinum de Buſto: pro Officium di-
ſua deuotione dicere τ recitare voluerint: libere τ licite hoc poſſint τ valeāt. B. uinum.
fo. 40. Et ffo. 124. conceſſione. 272.

¶ IDEM Sixtus motu proprio et ex certa ſcientia reprobauit τ damnauit aſ-
ſertiones fratrum predicatorum: et quorūlibet aliorum qui affirmare preſume- 8
rent eos qui crederent aut tenerent dei genitricē ab originalis peccati macula in Reprobatio
ſua conceptione preſeruatam fuiſſe: ppterea alicuius hereſis labe pollutos fore:
vel mortaliter peccare: aut hmōi officium conceptionis celebrantes: ſeu ſermo-
nes audientes: alicuius peccati reatum incurrere: vt pote falſas τ erroneas: τ a
veritate penitens alienas. Editoſq; deſuper libros id continentes: ſimiliter repro Prohibitio
bauit τ dānauit. ¶ Statuit etiam τ ordinauit: ne predicatores verbi dei: et quicū
q; alij cuiuſcunq; ſtatus: gradus: aut ordinis τ cōditionis fuerint: qui auſu teme-
rario preſumpſerint in ſermonibus ad populū: ſeu alias quomodolibet appro-
bare ſuperius improbatas τ dānatas aſſertiones: aſſerendo veras eſſe: aut di-
ctos libros pro veros legendo: tenendo vel habendo: poſtq̄ de preſentibus noti-
ciam habuerint: excōmunicationis ſententiam: τ eterne maledictionis penam: Excōicatio.
eo ipſo incurrant: aqua ab alio q̄ a romano pontifice: τ illius proprio ore: expreſ-
ſa cauſa huiuſmodi propter quam cenſuras predictas incurrerint (niſi in mor-
tis articulo conſtituti) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. ¶ Item mo-
tu. ſcientia. τ auctoritate ſimilib⁹: ſimili pene ac cenſure ſubiecit eos qui auſi fue-
rint aſſerere contrariam opinionem tenentes: videlicet glorioſam virginem Ma-
riam cū originali peccato fuiſſe conceptam: hereſis crimen: vel peccatum incur-
rere mortale: cū nondum ſit a Romana eccleſia vel apoſtolica ſede deciſum. Nō
obſtantibus in contrarium faciētibus quibuſcūq;. B. fo. 74. Et ffo. 158. cō. 376.

**Alexander.** 6. confirmauit bullam ſupradictā Sixti. in. §. 8. inferen-
do illam de verbo ad verbū: ac dando deſuper indices: 9
cum magnis clauſulis τ nō obſtātijs. B. fo. 74. Et ffo. 158. conce. 376.

**Iulius.** ſecundus conceſſit plures indulgentias in fauorē conceptionis 10
beate virginis: prout habentur in dictione Indulgentie quo ad Indulgētie.
ſeculares. 7. §. 3.

¶ IDEM Julius edidit regulā monialium cōceptionis beate virginis: put la- 11
te in fine libri huius ponitur: q2 nullibi reperi eam impreſſam.

**Leo.** 10. conceſſit: q tempore interdicti quauis auctoritate: τ ex quibuſuis 12
cauſis p tēpore appoſiti: in quibuſuis Hiſpanie eccleſijs ac locis: a Particularis
primis veſperis diei feſti cōceptionis vſq; ad illius totalē octauam incluſiue: miſ- P. hiſpania.
ſas τ alia diuina officia: apertis ianuis τ pulſatis cāpanis: atq; alta voce (excōi-
catis dūtaxat τ noiatiꝫ interdictis expulſis) celebrari poſſint. Et q ſinguli Chri- Interdictū.
ſti fideles nō excōicati: nec noiatim interdicti: ad miſſas τ alia diuina officia au-
dienda prefato tempore admitti libere τ licite poſſint. B. ffo. 24. conce. 67.



UVA. BHSC. IyR_230_1

12 Indulgētia. ¶ IDEM Leo conceſſit multas ⁊ magnas indulgentias intuitu immaculate
conceptionis beate virginiis Marie: tā fratribus ꝙ̄ ſecularibus: quas reperies
vna cum multis alijs indulgentijs infra in dictione Indulgentie plenarie quo ad
fratres. §. 18. ⁊. 19. Et in dictione Indulgentie quo ad ſeculares. 7. in oībus. §.

# ¶ Concilium.

1 Obſeruātia. Concilij Conſtantieñ. decretum circa obſeruantiam fratrū
mino. quo tempore ⁊ quomodo emanauit: cōſul-
te ſalubriterꝙ̄ ſeparans fratres obſeruantes a cōuentualibus: ha
betur ſub autentico. B. fo. 25. Et ffo. 109. conce. 236.

2 Martinus. 5. approbauit decretum predicti concilij Cō-
ſtantienſis: quo ad ſeparationem fratrū mi
norum obſeruantie. B. fo. 36. Et ffo. 120. conce. 260.

3 Sacroſancta. generalis ſinodus Baſilienſis confirmauit decretum
concilij Conſtantienſis ſuper obſeruantia fratrum mi
norꝫ. B. fo. 39. Et ffo. 123. conce. 270.

4 Conceptio virginis. ¶ Predicta ſinodus ſeu concilium Baſilieñ. determinauit veritatem immacu-
late conceptionis beate virginis: vt habetur ſupra in dictione Conceptio. §. 1. Et
ffo. 40. conceſſione. 45.

5 Nicolaus. 5. fecit confirmationem copioſiſſimam concilij Baſiliēſis:
vt habetur latiſſime. b. ffo 44. conceſſione. 49.

6 Leo 10. in concilio Lateranenſi: edidit quandā bullam magnam ſuper mo
derationem priuilegiorum per ſedem apoſtolicā fratribus mendican
Collector. tibus ⁊ alijs religioſis conceſſorū. ¶ Sed quia huiuſmodi modificationes: ſeu
reſtrictiones: aut reuocationes: ponuntur ſparſim in hoc compendio ſub diuer
ſis dictionibus: iuxta diuerſitatem materiarum quas prefate modificationes
tangunt: ideo non ponuntur hic inſimul. Attamen qui voluerit dictam bullam
ad longum videre: reperiet eam in ſupplemento. ffo. 25.

7 Priuilegia. ¶ IDEM Leo poſtea reualidauit ⁊ in priſtinum ſtatum reſtituit: omnia priuile
gia fratrum mino. obſer. quo ad forum conſcientie tantum: ⁊ hoc ſolum oraculo
Collector. viue vocis. ¶ Sed qꝛ hmōi oraculum non potuit haberi tēpore impreſſionis ſup
plementi priuilegiorum: ideo hic ad litteraꝫ ponetur: prout continetur in regiſtro
ordinis facto tēpore reuerendiſſimi patris fratris frāciſci Lencheti miniſtri gene
ralis: ex cuius perſona: ſic ibidem habetur. ¶ Anno domini. 1519. in vigilia viſi-
tationis beate Marie virginis: dū eſſem in preſentia ⁊ conſpectu ſanctiſſimi do-
mini noſtri: dñi Leonis pape decimi: ipſe pōtifex liberaliter confirmauit omnia
priuilegia ordinis in foro conſcientie tantum: ita ꝙ in foro conſcientie eiſdem vti
poſſimus: ſicut ante conciliū Lateranenſe vltimate celebratū. Non obſtantibus
quibuſcunꝙ̄ in dicto concilio ordinatis vel determinatis aliter: vel in contrariuꝫ
diſponentibus. Hec in regiſtro ordinis habentur in actis prefati reuerendiſſimi
patris fratris franciſci Lencheti generalis miniſtri: ad litteram.

Collector. ¶ Ad ampliorem etiam certitudinem prefate reualidationis priuilegioꝝ noſtroꝝ:
facit ꝙ predictus reuerendiſſimus pater generalis miniſter teſtatus eſt alias ſuis
litteris autenticis: ſe impetraſſe a predicto ſanctiſſimo dño Leone. 10. viue vocis
oraculo: ꝙ fratres vtantur omnibus priuilegijs (etiā viue vocis oraculo) ordini
conceſſis: in foro cōſcientie dūtaxat: etiā non obſtante vndecima ſeſſione concilij

UVA. BHSC. IyR_230_1

vltimi Lateranenſis. Et in fine litterarum teſtimonialium vbi cõtinebatur predicta conceſſio: erat poſitũ. Datis in loco Araceli. 20. Julij. 1519. frater franciſcus Leuchetus de Brixia generalis miniſter totius ordinis ſancti franciſci manu ꝓpria ſubſcripſi: ⁊ ſigillo maiori officij mei corroboraui.

¶ Notandum eſt etiam ꝙ adhuc pro foro exteriori: videntur reualidata noſtra priuilegia: prout determinauit quidã iuris doctor inſignis ſuper hoc conſultus ⁊ plene informatus. Et hoc virtute cuiuſdam breuis per eundem Leonem decimũ conceſſi fratribus ordinis predicatorum: poſt prefatu; cõcilium: vbi fecit eis ampliſſimam cõmunicationem omnium priuilegiorum conceſſorum et concedendorũ alijs fratribus mendicantibus: et motu proprio illa de nouo conceſſit cum magnis non obſtantijs: prout ſequuntur. Non obſtãtibus quibuſcũq; apoſtolicis ſuſpenſionibus: reuocationibus: ⁊ reſtrictionibus: ſiue cõſtitutionibus: ordinationibus: necnon in prouincialibus: ⁊ ſinodalibus concilijs editis: ſpecialibꝫ vel generalibus ⁊ c. B. ffo. 69. conce. 219. ¶ Circa quas derogationes eſt aduertendum ⁊ notandum: ꝙ cũ ſecundũ iura: verba poſita in litteris apoſtolicis debeant aliquid operari: ſequitur: ꝙ per prefata verba eſt derogatũ concilio Lateranenſi quo ad ea que tangunt reuocationem priuilegiorũ dictorũ fratrum. Aliter enim nihil penitus operarẽtur dicta verba. Vide etiã ad idẽ in principio ſummarij bulle Auree. ffo. 135. Ad hoc etiã facit: qđ infra ponitur in dictione Interdictũ in fine. Et in dictione Priuilegia: in queſtionibus ꝓpe finem poſitis. *Collector.*

¶ Inſuper ad ampliorẽ certitudinẽ premiſſe reualidationis: cõfert cõfirmatio ⁊ noua cõceſſio priuilegiorũ per Clementẽ. 7. nuper facta cũ derogatione quorũcũq; reuocationum aut caſſationũ in quibuſuis litteris apoſtolicis contentarũ: vt in dictione Cõmunicatio priuilegiorũ. §. 19. poſitum eſt.

## ¶ Concordia.

Bonifacius. 8. ſtatuit: ꝙ pactu; cum rectore parrochialis eccleſie ſic factum a monachis ſeu fratribus ne aliquos vel certos ipſius eccl'ie parrochianos recipiant ad eccleſiaſticã ſepulturã: omnino ſeruare debeant: q̃uis ſepultura libera in monaſterijs hmõi ab apoſtolica ſede indulta ſit: ⁊ illi apud monachos ſeu fratres elegerit ſepeliri: cũ per dictum pactum indulto hmõi derogetur. Habetur in iure communi. c. pactũ. lib. 6. *Ex iure cõi. Sepultura.*

¶ IDEM Bonifacius ſtatuit: compoſitiões ⁊ pacta cum prelatis. capitulis. rectoribus: ⁊ perſonis eccleſiarum. ciuitatum. caſtrorum vel villarum ⁊ locorũ in quibus domus ſeu habitationes eorum exiſtunt: ſuper iuribus parrochialibꝫ vel alijs quibuſcunq; articulis a prioribus conuentualibus ſeu guardianis fratrum predicatorum ⁊ minorum: aliorumq; mendicantium facta vel approbata: de ſuorũ cõuentuũ cõſilio ⁊ aſſenſu: (dũ tñ alias ſint licita ⁊ honeſta) debere ab ipſis ffribus in locis ĩ quibꝫ fuerint facta: inuiolabiliter obſeruari: nõ obſtante: ꝙ magiſtri vel miniſtri aut prioris gñaliũ ſeu ꝓuincialiũ p̃dictorũ nõ interuenerit in eiſdẽ aſſenſus. Nec ab ipſorũ gñalibus vel ꝓuincialibꝫ capl'is extiterint approbata: ſeu ꝙ ſedes aplica in his q̃ p p̃dictos fratres facta fuerint: auctatẽ ſuam non preſtiterit vel aſſenſum. Hẽtur hoc in. c. Or ex eo. de pactis lib. 6.

Leo. 10. fecit concordiam nouiſſimam inter fratres minores obſeruantes ⁊ conuentuales eiuſdem ordinis: in capitulo generaliſſimo in vrbe



UVA. BHSC. IyR_230_1

Roma celebrato: quam ſtricte precepit obſeruari: dando ſuper hoc cōſeruatores:
omnes eccleſiarum prelatos: cum magnis clauſulis ⁊ nō obſtātijs fortiſſimis,
G. ffo. 32. conceſſione. 114.

4 ¶ JDEM Leo precepit cunctis eccleſiarum prelatis: vt compellant fratres mi-
nores conuentuales ad ſeruandum bullam dicte concordie vltime: quoties a fra-
tribus regularis obſeruantie fuerint requiſiti. Super quo ponit grauiſſimas cē-
ſuras ⁊ penas: tam prelatis eccleſiarum: ꝙ̄ fratribus conuentualibus. G. ffo.
39. conceſſione. 127.

Collector. ¶ Aduerte: ꝙ contenta in huiuſmodi concordia: quia ſunt multa et varia: ponun-
tur ſparſim in varijs dictionibus iuxta materias quibus pertinēt: ⁊ ideo hic nō
ponitur aliquid in particulari de ipſa concordia. Ponuntur autem complura ex
ibidem contentis: in dictione Conuentuales fratres: in multis. §.

¶ De alijs concordijs ⁊ conuentionibus antiquis: inter prefatos fratres diuer-
ſis temporibus: a diuerſis pontificibus factis: nullam hic facimus mentionem:
quia iam nullius ſunt momēti. Aliquibus tamen videtur dubium vtruꝫ pene cir
ca receptionem fratrum noſtrorum a conuentualibus: ⁊ econtra maneant: quia
ſunt formidabiles. Sed circa reformationem conuentuum: bene videtur ꝙ
Collector. non maneant.

¶ Reliqua circa materiam concordie: vide infra in dictione Cōuentiones: ⁊ in di
ctione Pacta: quia ſub ijs nominibus loquuntur conceſſiones que ad hunc pro
poſitum attinent.

# Confeſſiones: et confeſſores.

Collector. ¶ Diſtinctio materie confeſſionum ⁊ confeſſorum.

ATtendat prudens lector: ꝙ circa materiam confeſſionum ⁊ fratrum con-
feſſorum: reperiuntur complura ⁊ diuerſa in priuilegijs fratrum minoruꝫ:
et aliorum mendicantium: que in duas partes principales diuidi poſſunt. Nam
quedam pertinent preciſe ad perſonas predictorum fratrum: ⁊ alia tangunt per-
ſonas ſecularium. ¶ Et primo illa que ſpectant preciſe ad perſonas fratrum: ſub
diuiduntur. Quedam enim concernunt perſonas quibus prefati fratres poſſunt
et debent confiteri ordinarie. Et hec habentur ſupra in dictione Abſolutio ordi-
naria quo ad fratres: in omnibus. §. Et hic infra. §. 1. ⁊ 5. ⁊ 7. Alia reſpiciunt eo-
rumdem fratrum confeſſiones ⁊ abſolutiones extraordinarias: que ſcilicet ſo
lum in aliquibus feſtiuitatibus ⁊ nonnullis alijs diebus fieri poſſunt. Et iſta con
tinentur ſupra in dictione Abſolutio quo ad fratres extraordinaria.

¶ Secundo illa que tangunt perſonas ſecularium: etiam ſubdiſtinguntur. Que-
dam nāqꝫ iſtorum attinent ad inſtitutionem fratrum qui confeſſiones ſeculariuꝫ
audire debent. Hec autem ponuntur infra. §. quarto et ſexto. Et ſupra in dictione
Abſolutio quo ad ſeculares primo: habentur aliqua que ad prefatam inſtitutio-
nem pertinet in. §. 6. ⁊ in ſequentibus vſqꝫ ad. §. 12. ⁊ in. 17. ac. 19. Alia autem per-
tinet ad huiuſmodi fratrum confeſſorum preſentationem epiſcopis ſeu ordina-
rijs faciendam: ⁊ ad auctoritatem quam ſic inſtituti ⁊ preſentati habent ad ab
ſoluendū: etiam a caſibus reſeruatis. Et de ijs habetur late ſupra in dictione Ab-
ſolutio quo ad ſeculares. 1. ⁊. 2. in multis. §. immo fere in omnibus. Ac ſimiliter
habetur circa hoc infra. §. 2. ¶ Nonnulla inſuper attinent ad huiuſmodi fratres
confeſſores exiſtentes in terris infidelium: prout ponitur infra. §. 9. ⁊. 10.

UVA. BHSC. IyR_230_1

**Clemens.** 4. inhibuit vniuerſis eccleſiarum prelatis ⁊ alijs quibuſcunq;: ne confeſſiones fratrū mi. preſumant eorū prelatis inuitis audire. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 338. Et idē habetur quo ad Carmelitas. B. ffo. 186. conce. 475. Et quo ad fratres predicatores. B. ffo. 238. conce. 563.

Prohibitio ꝓ fribꝰ mēdicantibus.

**Bonifacius.** 8. ⁊ Clemens. 5. circa fratres confeſſores fecerunt ſequentem conſtitutionem. Statuimus ⁊ ordinamus vt in ſingulis ciuitatibus ⁊ dioceſibus in quibus loca fratrum predicatorum ⁊ minorū conſiſtere dignoſcuntur: vel in ciuitatibus ⁊ dioceſum locis ipſis vicinis in quibus loca hmōi non habētur: magiſtri: priores ꝓuinciales predicatoꝝ: aut eorum vicarij: et generales ⁊ ꝓuinciales miniſtri: ⁊ cuſtodes minorū ordinū predictorū ad preſentiā platorū eccleſie eorūdem locorū ſe conferant per ſe vel fratres quos ad hoc idoneos fore putauerit: humiliter petituri vt fratres qui ad hoc electi fuerint: in eorū ciuitatibus ⁊ dioceſibus cōfeſſiones ſubditorū ſuorū confiteri ſibi volentium: audire libere valeant: ⁊ hmōi cōfitētibus (ꝓut ſm deū expedire cognouerint) penitētias imponere ſalutares: atq; eiſdē beneficiū abſolutionis impendere de licentia: gratia: ⁊ beneplacito eorūdem. Ac deinde prefati magiſtri: priores ꝓuinciales: ⁊ miniſtri ordinū predictorū: eligere ſtudeāt perſonas ſufficiētes: idoneas: vita ꝓbatas: diſcretas: modeſtas atq; peritas ad tā ſalubre miniſterium ⁊ officiū exequendū. Quas ſic ab ipſis electas: repreſentent: vel faciant repreſentari prelatis: vt de eorū licentia: gratia ⁊ beneplacito in ciuitatibus ⁊ dioceſibus eorūdem hmōi perſone ſic electe confeſſiones confiteri ſibi volentiū audiant: imponant penitentias ſalutares: ⁊ beneficium abſolutionis impēdant: ꝓut ſuperiꝰ eſt expreſſum: extra ciuitates ⁊ dioceſis in quibus fuerint deputati: per quas eos volumus ⁊ non per prouincias deputari: confeſſiones nullatenus audituri. Numerus autē perſonarum aſſumēdarū ad hmōi officiū exercendū eſſe debet: ꝓut vniuerſitas cleri ⁊ populi: ac multitudo vel paucitas exigit eorūdem. Et ſi ijdem prelati petitam licentiam cōfeſſionū hmōi audiendarū conceſſerit: illā prefati magiſtri ⁊ miniſtri: ⁊ alij cū gratiarū recipient actione. Dicteq; perſone ſic electe cōmiſſum ſibi officiū exequātur. Quod ſi forte iam dicti prelati quēq; ex dictis fratribus preſentatis eiſdē: ad hmōi officiū nollent habere: vel non ducerēt admittēdum: eo amoto vel ſubtracto loco ipſius ſimiliter eiſdē preſentandis prelatis poſſit ⁊ debeat alius ſubrogari. Si vero ijdē prelati prefatis fratribus ad cōfeſſiones (vt pmittitur) audiēdas electis: hmōi exhibere licentiā recuſauerit: nos ex nūc ipſis vt cōfeſſiones ſibi confiteri volētium libere: liciteq; audire valeant: ⁊ eiſdem penitentias imponere ſalutares: atq; eiſdē beneficiū abſolutionis impartiri: gratioſe cōcedimꝰ de plenitudine aplīce ptātis. ¶ Per hmōi aūt cōceſſionē nequaq; intēdimus perſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis ptātem in hoc impendere ampliorē q̄ in eo curatis vel parrochialibus ſacerdotibus eſt a iure cōceſſa: niſi forſan eis eccleſiarū prelati vberiorē in hac parte gratiā ſpecialem ducerent faciendā. Habetur in Clementina Dudū. de ſepulturis.

Ex iure cōi.

Preſētatio cōfeſſorum.

**Benedictus** xi. ſtatuit ſeu cōceſſit ſequentia circa cōfeſſiones. ſ. q̄ fideles confeſſi fratribus predicatoribꝰ et minoribus: non teneātur eadē pctā ꝓprijs ſacerdotibus cōfiteri. Et q̄ ſacerdotes ipſi: taliter confeſſis ⁊ abſolutis aſtricti ſint miniſtrare Euchariſtie ⁊ extreme vnctionis ſacramenta. Et q̄ ſuper cōfeſſione facta fratribus memoratis (cum hic de confiten-

Pro fribus mi. ⁊ pdicatoribus.

Euchariſtia



UVA. BHSC. IyR_230_1

Unctio extre ma. tis ſolius preiudicio: ſi falſum dicat: agatur) in iudicio anime ſeu penitentiali foro: ſtetur ſimplici verbo illius qui ſacramenta predicta petit: ⁊ dicit dictis fratribus ſe cõfeſſum. Sed hoc duobus caſibus exceptis. ſ. ſi ſacerdos aſſerat illũ eſſe excõicatũ: aut notorie peccatorẽ. G. fo. 126. Et ffo. 203. conce. 502.

Collector. ❡ Aduertendũ eſt: ꝙ ſcõm quoſdã: predicta bulla Benedicti. 11. q̃ incipit Inter cunctas: in nullo fuit reuocata per Clementinã Dudũ: de ſepulturis: niſi quo ad preſentationẽ confeſſorũ epis faciendã: ⁊ declarationẽ caſuum epis reſeruatorũ. Primũ iſtorũ. ſ. preſentatio ſeruari debet: prout in predicta Clementina continetur: aut ſaltem forma per Innocentiũ. 8. cõceſſa. Scõm vero. ſ. caſuũ determinatio: manet in ſuo vigore: ꝑpter reualidationẽ Sixti. 4. ſuprapoſitam in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 2. §. 7. Alijs tñ et forte melius videtur: ꝙ in totũ fuit reuocata: vt clare patet: per Clementinam Dudũ: et ideo quo ad caſus fecit nouam conceſſionem Sixtus.

4 Ex ꝑuilegijs carmelitarũ Institutio cõfeſſorum. **Sixtus.** 4. cõceſſit ordini Carmelitarũ: vt generalis per ſe: ⁊ ꝓuinciales in ſuis capitulis ꝓuincialibus cũ diffinitoribus ipſorũ capitulorũ: poſſint auctoritate apoſtolica fratribus eiuſdẽ ordinis ſacerdotibus in ſacra pagina eruditis: examinatis ⁊ approbatis ab eis: officiũ predicationis cõmittere. Necnon tam ipſis q̃ alijs fratribus dicti ordinis ad id idoneis: audiendi cõfeſſiones ⁊ abſoluendi confitentes: ac iniungendi eis penitentias ſalutares: ſimiliter officiũ committere. G. fo. 101. Et ffo. 185. conce. 463. Simili modo continetur in mari magno Auguſtinenſium. G. ffo. 244. conce. 589.

Collector. ❡ Nota ꝙ in priuilegijs aliorũ fratrũ mendicantiũ: non reperitur ſimilis conceſſio quo ad inſtitutionem confeſſorũ: vt credo. Et ideo virtute cõmunicationis priuilegiorũ: ſolũmodo poterunt miniſtri prouinciales fratrũ mino. ⁊ priores ꝓuinciales fratrũ predicatorũ: in ſuis capitulis ꝓuincialibus cõmittere fratribus ſuis officia predicãdi ⁊ cõfeſſiones audiendi: niſi aliud priuilegium habeant.

❡ Verũ eſt tñ: ꝙ de iure cõi ꝓuinciales poſſunt inſtituere confeſſores: per Clemẽtinam Dudum. Quod autẽ non faciunt niſi in capitulis prouincialibus: hoc eſt propter prohibitionem ſtatutorum ſuorum.

5 ❡ IDEM Sixtus fecit quandã conceſſionẽ pro fratribus itinerãtibus vt poſſint confiteri quibuſlibet ſacerdotibus etiã ſecularibus de licẽtia ſuorũ prelatorũ: ꝓut habetur ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres in. §. 35.

6 Prohibitio ꝓ fratribus ſubditis. **Innocentius.** 8. ſtatuit ſub grauibus cẽſuris ⁊ penis: ne quiſq̃ fratrũ mi. obſeruantie: ſine ſuorũ ſuperiorũ licentia: ac deputatione ⁊ inſtitutione: officiũ confeſſoris monialiũ: vel ſororum tertij ordinis: aut aliarum quarũlibet conſimiliũ: ſeu temporaliũ dñorũ ⁊ aliarũ perſonarum ſecularium ⁊ regularium vtriuſq̃ ſexus aſſumere ⁊ exercere preſumãt: ⁊ ſi ad id apoſtolica auctoritate deputarentur. G. ffo. 157. conce. 375.

7 Pro auguſtinenſibus. ❡ IDEM Innocentius ſtatuit: ꝙ de cetero perpetuis futuris tẽporibus: quecunq̃ perſone fratrũ eremitarũ ſancti Auguſtini: cõgregationis regularis obſeruantie prouincie Hiſpanie: qui nũc ſunt ⁊ pro tẽpore erunt: pretextu bulle cruciate: aut cuiuſuis alterius facultatis eis ⁊ cuilibet earũ per ſedẽ apoſtolicam ſeu eius legatos: ſub quibuſuis verborũ formis conceſſe: ⁊ que forſan concedi contigerit in futurum: alium q̃ priorem vel ſubpriorem ſuum: aut aliquẽ ab eodẽ priore vel ſubpriore: ex eis deputatis ꝓ tempore confeſſoribus in ſuum confeſſorem eligere nequeant. b. ffo. 264. conceſſione. 683.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ Aduerte: ꝙ hmōi conceſſio eſt iam cōicata toti ordini per Iuliū. Uide ſupra Collector.
in dictione Communicatio priuilegiorū.§.22.
8
**Alexander.** 6.cōceſſit generali et prouincialibus ac cuſtodibus ordinis De tertiarijs
minorū de obſeruantia: vt in locis in quibus fratres conuē Sacramēta
tuales vel de obſeruantia dicti ordinis cōmode haberi non poſſunt: fratribus et
ſororibus tertij ordinis: vbicūq; vltra montes cōmorantibus (de conſilio aliquo
rum fratrū) confeſſores presbiteros ſeculares vel aliorū ordinum regulares bone
ſtos: deputare valeant: quibus confiteri: et ab eis quecūq; eccleſiaſtica ſacramen
ta recipere poſſint. B.fo.79. Et ffo.123.conce.269. Collector.
¶ Epilogatio materie cōfeſſionū fratrū mi.eſt iſta: ꝙ hmōi ffes nō poſſunt confi Reſolutio.
teri: niſi ſuis prelatis vel alijs fratribꝰ eiuſdē ordinis de eorūdem ꝑlatorū licētia:
etiā ſi habeāt aliqui licentiā generalē audiēdi cōfeſſiones. Sed dū itinerāt et non
habent ſociū cōfeſſorē: poſſunt cōfiteri fratri alterius ordinis ſeu clerico ſeculari:
habita licentia prelatorū: aut preſumpta rationabiliter: ita ꝙ non fiat in fraudē:
et dicant poſtea prelato ſuo.
¶ Aduerte ꝙ in fauorem confeſſorum ſimpliciū habetur quedam notabilis con- Pro cōfeſ. ſimplicibꝰ.
ceſſio ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§.28.
¶ Sequuntur aliqua ſpectātia ad fratres confeſſores: ī terris infideliū exiſtētes.
9
**Gregorius.** 9.cōceſſit fratribus mi.euntibus ad partes infidelium: ſeu
ibidē exiſtentibus: vt in terris illis ſit eis licitū cōicare cū Excōicatio.
excōmunicatis in ijs que ad ſalutē animarū pertinēt. Quibus etiā: dūmodo ſint Abſolutio.
latini ⁊ apſtice ſedi obediant: fratres predicti qui fuerint presbiteri valeant (con-
grua ſatiſfactione premiſſa) ſecundū formā eccleſie: abſolutionis beneficium im
partiri.b.fo.20. Et ffo.22.conceſſione.3.
¶ IDEM Gregorius cōceſſit predictis ffibus ad terras infideliū ꝓficiſcētibꝰ: 10
vt eos qui per apoſtatiā: aut ſciſma: vel hereſim a fide receſſerunt: ⁊ inter ſarrace Abſolutio.
nos habitāt: poſſint abſoluere ac reconciliare per gratiā penitētie ſalutaris: ſi ad
obedientiā eccleſie romane voluerint redire.b.fo.20. Et ffo.22.conce.4.
¶ Circa prefatas conceſſiones videtur dubiū: vtrū fuerint tēporales vel perpetue. Collector.

## ¶ Confirmatio prelatorum.

1
**Clemens.** 4.ſtatuit: ꝙ generales miniſtri fratrū mi.ſtatim
poſtq; electi fuerint: ſecūdū regulā ⁊ cōſtitutio- Generalis miniſter.
nes ordinis: eo ipſo veri miniſtri generales eiuſdē ordinis ſint ef
fecti: hoc eſt ꝙ ꝓ cōfirmatis hēant. B.fo.56. Et ffo.139.cō.307.
¶ Circa confirmationē vicariorū tā gñaliū q̃ ꝓuincialiū: fuerūt Collector.
nōnulla ordinata per aliquos ſummos pontifices: q̃ q̃ iam no
bis non deſeruiunt: omiſſa ſunt. Atñ cōuentualibus vſ ꝙ poſſent deſeruire.
2
**Clemens.** 5.in declaratione regule fratrū mino.ſtatuit: ꝙ confirmatio
electionis miniſtri ꝓuincialis ꝑdictorū fratrū: pertineat ad Miniſtri ꝓuinciales.
miniſtrū generalē: ꝓut habetur latius infra in dictione Electio.§.7.
3
**Leo** 10.ſtatuit: ꝙ generales magiſtri fratrū mino.cōuentualiū: teneātur pe-
te e cōfirmationē a miniſtro generali eiuſdē totius ordinis: quemad Magiſter
modum vicarij generales olim de familia vel de obſeruantia petere tenebātur an generalis.
tea a miniſtro generali conuentualium. B.ffo.32.conce.105.
¶ IDEM Leo ſtatuit: ꝙ magiſtri prouinciales ꝑdicti ordinis: in ſingulis ꝓuin 4

UVA. BHSC. IyR_230_1

cijs teneātur petere cōfirmationē a miniſtris ꝓuincialibꝰ regularis obſeruātie: eo modo quo vicarij ꝓuinciales: olim de familia nuncupati: antea petere tenebantur a miniſtris conuentualibus. B. ffo. 32. conce. 106.

## Conſecrare res eccleſiaſticas.

Collector. ¶Circa cōſecrationē altariū quid conceſſum ſit a ſede apoſtolica: dictū eſt ſupra in dictione Altare. Et ſimiliter ea q̄ pertinent ad cōſecrationē eccleſiarū ⁊ aliarū rerum eccleſiaſticarū: habētur ſupra in dictione Benedicere: q2 cōmixtim cū attinentibus ad benedictionē conceſſa ſunt: ideo require ibi. §. 3. ac. 5. ⁊. 6. ⁊. 13. ⁊. 14. ac. 15. Vide etiam in dictione Eccleſie fratrum. §. 6.

## Conſeruatores ordinis.

1 SIxtus. 4. mandauit quibuſlibet in dignitate eccleſiaſtica cōſtitutis: ⁊ metropolitane vel alterius cathedralis eccleſie canonicis per vniuerſum orbē: qui per guardianos ⁊ fratres ordinis mi. ſeu ſindicos romane eccl'ie ꝑdicto ordini deputatos requiſiti fuerint: quatenus p ſe vel aliū ſeu alios vbi ⁊ quādo opus fuerit: ſolēniter publicēt eorū priuilegia: ⁊ eiſdē ac illorū domibus ⁊ ꝓfeſſoribꝰ efficacis defenſiōis preſidio aſſiſtētes: faciāt eos pacifica poſſeſſione priuilegioꝝ ⁊ cō- (Priuilegia. Pro oībus fratribꝰ mendicantibus.) ceſſionū hmōi gaudere: nō ꝑmittentes p quoſcūq3 indebite moleſtari ⁊c. B. fo. 61. Et ffo. 145. cōce. 336. vbi ad lōgū ponitur ꝑtās cōſeruatorū: ⁊ modꝰ quē obſeruare debent. Et ſil'r hr̄ quo ad fr̄es Carmelitas. ffo. 189. conce. 484. Et quo ad predicatores. ffo. 242. conce. 588. Et quo ad Auguſtinēſes. ffo. 251. conce. 640.

2 Iulius. 2. ſtatuit: vt quecunq3 perſona ſeu ꝑſone: alias de iure capaces: ꝑ parte fratrū mi. requiſite: niſi legitimo impedimēto detente fuerint: iuriſdictionē ⁊ cōſeruationē eorūdē fratrū vigore priuilegioꝝ ſuorū: ſub excōmunicationis pena ſuſcipere teneātur. B. fo. 43. Et ffo. 126. conce. 280. (Excōicatio)

Collector. ¶Virtute huiꝰ cōceſſionis Iulij: ⁊ alterius anteposite Sixti iam fratres nō ſunt aſtricti ad certos ⁊ determinatos cōſeruatores: ſicut olim qn̄ quelibet natio ſeu prouincia habebat per bullā particularē: duos vel tres cōſeruatores determinatos ſub noīe dignitatis. (Nota.) Ita q̄ ille ꝓuiſiones poſſunt hodie lacerari ⁊ cōburi tāq̄ ſuperflue: ex quo per prefatas cōceſſiones Sixti ⁊ Iulij: poſſunt illos conſeruatores ſeu quoſlibet alios aſſumere. Et idē eſt de conſeruatoribus particularibus: quos aliqui fr̄es minus docti ꝓcurant ſepe p negotijs ſuperuenientibus: q2. ſ. eſt ſuperflua hmōi ꝓcuratio: cū cōſeruatoria maris magni ſit ꝑpetua ⁊ vniuerſalis.

3 Leo. 10. in concilio Lateranenſi ſtatuit: vt conſeruatores fratrum ꝓ tempore a ſede apoſtolica deputandi: doctrina ⁊ probitate ſint preſtantes: (Concilium. Reſtrictio.) ⁊ in eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeant. Et voluit vt corā eis per eoſdē fratres quibus dati fuerint: vltra duas dietas: a loco ſue ſolite habitationis: nullꝰ trahi poſſit: priuilegijs ſuper hoc alias eis conceſſis: nullatenus ſuffragantibus. B. ffo. 26. conceſſione. 83.

4 ¶IDEM Leo habita informatione: q̄ in aliquibus partibus multa grauamina inferebātur fratribus mēdicantibꝰ ab eccleſiaſticis perſonis: (Confeſſio.) ſpecialiter aſſerēdo q̄ cōfeſſi fratribus debite preſentatis: tenebātur iteru3 eadē peccata confiteri ſuis curatis: ⁊ q̄ ſacramēta Euchariſtie ⁊ extreme vnctionis nō poterāt a fratribus (Sacramēta.) miniſtrari illis quibus ſine cauſa dicti curati recuſabant hmōi ſacramenta

UVA. BHSC. IyR_230_1

administrare: ac q christi fideles audientes missas diebus dñicis ⁊ festiuis in ec- clesijs fratrū: nō satisfaciebāt precepto ecclesie: ⁊ alia multa consimilia: dedit con seruatores omnes ecclesiarū prelatos: districte eis precipiendo: vt quandocunq requisiti fuerint a fratribus predictis: nō permittant eos molestari aut grauari: sed contra tales molestatores procedant per censuras ecclesiasticas ⁊ alia iuris remedia. B. ffo. 47. concessione. 142. Missas.

## Conueniri in iudicio.

Innocentius. 4. concessit: vt fratres mino. nequeāt cōue niri in iudicio: etiam per litteras apostoli- cas que de huiusmodi indulto: ⁊ predicto ordine mentionem nō fecerint. B. fo. 25. et ffo. 109. conce. 235. 1

Clemens. 4. cōcessit ⁊ statuit: q per lr̃as apostolice sedis: aut legatorū: seu delegatorū ipsius: cōueniri a quoq predicti fratres mino. minime valeant. B. fo. 57. Et ffo. 140. cōce. 321. Vide circa hoc infra. §. 4. 2 Legati.

Eidem Clemens cōcessit: q ffes mi. nec ratiōe delicti: aut cōtract9: seu rei de qua cōtra ipsos ffes ageretur: possint corā locorū ordinarijs cōueniri: nec illi quo ad hoc suā in ipsos iurisdictionē exercere: decernens irritū ⁊ inane quicquid sec9 factum vel attentatum fuerit. B. fo. 59. Et ffo. 142. conce. 342. 3

Sixtus. 4. statuit: ne locorū diocesani aut alij ordinarij seu alij quicunq in personas aut loca fratrū predictorū: cōtra prefati Clemētis ordina tionem suprapositā: sibi quācūq iurisdictionem aut superioritatē vendicare pre- sumant. Ac districte inhibuit: ne quispiā absq sedis apostolice speciali cōmissio ne aut auctoritate: in personas: domos ⁊ loca dicti ordinis (vt pote prorsus exē pta) aliquas censuras vel sentencias: specialiter vel generaliter ꝓmulgare audeat ⁊c. B fo. 60. Et ffo. 144. concessione. 347. 4 Diocesani.

De hoc habetur etiam late in mari magno Carmelitarū. ffo. 161. conce. 384. Et ffo. 187. conce. 479. Et in mari magno predicatorū. ffo. 239. conce. 570. Et in ma- ri magno Augustinensium. ffo. 248. conce. 620. Collector. Pro oibus mēdicātibus

## Conuentiones.

Alexander 4. irritauit ac nullius existere firmitatis decreuit omnes conuentiones: obligationes: compositio nes ⁊ pacta que fratres mino. etiā si sint guardiani vel custodes: fecerint contra predicti ordinis statuta vel consuetudines: absq generalis vel ministrorum prouincialium licentia ⁊ assensu. b. fo. 27. Et ffo. 26. conce. 17. 1 Custodes. Guardiani.

Honorius. 4. decreuit irrita ⁊ inania pacta quecunq: que fratres mino res: etiam si sint ministri prouinciales. in receptionibus loco rum ⁊ domorum eiusdem ordinis cum prelatis: rectoribus ⁊ clericis ecclesiarū in quarum territorio: domus ⁊ loca predicta consistunt (si absq licentia gene- ralis ministri vel capituli etiam generalis) inire presumpserint: in preiudicium dicti ordinis. B. fo. 48. Et ffo. 132. conce. 297. 2 Ministri ꝓuinciales. Ministri generales.

Suprascripte due ꝓuisiones fuerūt reuocate per capitulū si. de pactis lib. 6. tñ per reualidationem generalē oim reuocatorū per Sixtū factā: sunt in pristino sta tu. Vide in dictione Priuilegia: ꝓpe finem. Collector.

UVA. BHSC. IyR_230_1

cium dicti ordinis.B.fo.48.Et ffo.132.conceſſione.297.

3 Capl'ꝫ gñale vel ꝓuĩciale **Leo.** 10.in concilio Lateranẽſi ſtatuit:ꝙ pacta ⁊ cõuenttiones inter fratres
⁊ prelatos ac curatos (pro tẽpore inita) valeant: niſi per ſubſecutũ ca
pitulum proximũ generale vel prouinciale refutata:⁊ per eos refutatio hmõi inti
mata debito tẽpore fuerit,B.fffo,26,conce.75.

## Conuentuales fratres.

Collector. **O**Miſſis ꝙ̃ plurimis que de fratribus minoribus conuentualibus fuerunt
ſtatuta ⁊ ordinata per multos ſummos põtifices:preſertim poſtꝙ̃ per cõ
cilium Conſtantienſe fuerunt ſegregati ab eis fratres eiuſdem ordinis regularis
obſeruantie:vſ ꝙ ad vltimũ capitulũ generaliſſimũ:rome celebratũ tempore Leo-
nis decimi:vbi tranſlatum fuit officiũ miniſteriatus: et omnis preeminentia or-
dinis ad fratres mi.obſeruantie:ſolum ponentur in hoc cõpendio ea que in pre-
dicto capitulo generaliſſimo per prefatum leonem decimũ fuerunt quo ad hmõi
conuentuales ordinata. Nam fere omnia alia antiquitus circa illos ſtatuta: iam
ſunt ſuperuacua: exceptis duabus conceſſionibus que habentur ſupra in dictio-
ne Apoſtate.§.16.Et.20.De quibus tñ eſt dubiũ vtrũ maneant in ſuo vigore: vel
ſint reuocate per ordinata a Leone.10.que habẽtur infra.

1 **Alexander.** 6.decreuit nullũ profeſſorẽ obſeruantie ordinis
minorũ ſi illã egrediatur:parentibus: propin-
quis vel affinibus ſuis quouis modo ſuccedere: aut aliquo indul
to fratribus conuentualibus dicti ordinis ad hoc conceſſo gaude
re poſſe. Nec etiã cõuẽtus occaſione ꝓfeſſoris hmõi:ius aliquod
in hereditate vel quauis alia ſucceſſione propinquorum quomo-
dolibet acquirere et conſequi poſſe,B.fffo.3,conce.3.

2 Licentiare fratres. **Leo.** 10.ſtatuit in bulla vnionis:ꝙ de cetero nullus frater reformat⁹ poſſit
per quemcunꝙ prelatum ordinis (etiam miniſtrũ generalem) mitti
ad morandum ad aliquem conuentum non reformatum: aut pro reformato non
Caplm prouinciale. habitum:ſcilicet conuentualiũ.Excepto ꝙ ſi capitulis prouincialibus videbitur
minus malum,aliquem fratrem licentiare ad nondum reformatos: ꝙ̃ ipſum cũ
reformatis retinere:tali caſu poſſint prelati mittere fratrem: ſeu fratres reforma-
tos ad nondum reformatos.Et inhibuit ſub pena excommunicationis late ſen-
Excõicatio. tentie: omnibus ⁊ ſingulis conuentualium ſecundum priuilegia viuentiũ: pre-
latis ac ſubditis: ne aliquem ex prefatis reformatis: niſi modo predicto recipe-
re audeant. Similiter ⁊ dictis reformatis fratribus:ſub eadem pena prohibuit:
ne ab obedientia ſuorum miniſtrorum vllatenus: ꝙ̃ modo predicto recedant.
B.fffo.30,conceſſione.100.

Collector. ¶Aduerte circa predicta de licentiandis ſeu mittendis aliquibus fratribus de
obſeruantia ad conuentuales: ꝙ licet hic concedatur: vel potius permittatur:
non tamen eſt tutum ſic facere (prout in capitulo generali Meclinenſi vbi fuit
electus reuerendus pater clare memorie Oliuerius Maillardi) determinatum
eſt ſub ſequentibus verbis.

Statutũ capli gñalis. Nota. ¶Declaratur:ꝙ ffes familie obſeruãtie: nõ pñt ſalua cõſciẽtia:quãtũcũꝙ diſco
li fuerint:licẽtiari vt cõuẽtualibus ſe ſubijciãt:etiã ſi in obſeruãtia ſtare noluerint:
ſꝫ a ſuis inſolẽtijs coerceãtur pẽis debitis:vſꝙ ad carceres. Profeſſi aũt ſub cõ
uẽtualib⁹ ⁊ poſtea nobis adiũcti:cũ a ſuis iſolẽtijs reſipiſcere noluerint: ⁊ licẽtiã

UVA. BHSC. IyR_230_1

poſtulauerint:licentiari poſſunt:dūmodo in obſeruantia ſub conuētualibus pre-
dictis ſtare voluerint:alias non. Habetur hoc ſtatutum.fo.228.tractatu.3.Et ffo.
247.tractatu.2.

¶Hoc idem dicendum ⁊ tenendum eſſe videtur de expulſione incorrigibilium
ab ordine. Circa qđ videatur.c. fina. de regularibus. cū alia deliberatione ſta-
tutum ꝙ breue Alexandri.6.cōcedens eorum expulſionem. 3

¶IDEM Leo in bulla cōcordie ſtatuit: ꝙ tā generalis ꝙ ꝓuinciales miniſtri:
tam anteꝙ poſt generalis ⁊ aliorū magiſtrorū confirmationem:tā de generali ⁊
ꝓuincialibus ꝙ alijs fratribus conuentualibus hmōi:⁊ eorum ac aliorum tertij
ordinis fratrū ⁊ ſororum nuncupatorū: qui antea ſub miniſtro generali conuen-
tualium fuerant regimine:nullatenus ſe intromittere:aut eos per ſe vel ſuos com Viſitatio.
miſſarios viſitare ſeu corrigere poſſint:nec aliquā iuriſdictionem ſeu ſuperiorita Correctio.
tem in ipſos exercere valeant:preterꝙ cū ipm miniſtrū generalem ꝓ tēpore exiſtē
tem ad ipſorū fratrum conuentualiū domos ⁊ loca declinare contigerit. Quo ca
ſu ipſe miniſter generalis eoſdem fratres conuentuales paterne viſitare:ipſiqꝫ fra-
tres conuentuales eūdem miniſtrū generalem:tanꝙ totius dicti ordinis ſuperio
rem:omni cū charitate ⁊ dilectione recipere debeant: dūmodo idem miniſter ge-
neralis nihil iudicialiter circa ipſos fratres conuentuales ⁊ domos eorum et lo-
ca:ac etiam monaſteria monialiū ſub eorum cura degentiū exerceat: niſi eo mo-
do quo miniſter generalis antea fratrū conuentualiū : ſuper fratres de familia ⁊
eorum domos et loca et monaſteria monialiū ante capitulum generaliſſimū exer
cebat:⁊ exercere poſſit.B.ffo.32.conce.107.

¶IDEM Leo precepit generali ⁊ prouincialibus miniſtris: ſub excōmunica- 4
tionis late ſententie pena:ne directe vel indirecte procurent malicioſe: ꝙ domus Excōicatio
⁊ loca fratrum conuentualiū:ſeu monaſteria monialiuꝫ cure magiſtri generalis Reformatio
conuentualiū hmōi ſubiecta:eis quo quomodo auferātur:decernēs:ꝙ quicquid
in contrarium attentatū fuerit: ſit eo ipſo irritū ⁊ inane.B.ffo.32.conce.108.

¶Aduerte:ꝙ ſubditi predicta facientes:non incurrent ſicut per concordias anti Collector.
quas. Nec etiam prelati:ſi non faciāt malicioſe.

¶IDEM Leo ſtatuit: ꝙ nulla domus ſeu conuentus fratrū minorum conuen 5
tualium:poſſit transferri ad obedientiam fratrū obſeruantie in qua fuerint min⁹
ꝙ decem fratres:ſed ſi fuerint plures.ſ.a decem vſqꝫ ad viginti:non poſſit etiam
tranſferri niſi tres partes fratrum talis domus conſenſerint. Si autem fuerint a Reformatio
viginti ⁊ ſupra vſqꝫ ad quēcunqꝫ numerū: nequeat etiaꝫ reformari niſi due par- conuentu ū.
tes predictorum fratrum conſentiant. Et voluit:ꝙ in quocunqꝫ prefatorum duoꝝ
caſuum miniſter generalis ⁊ prouinciales poſſint (quacūqꝫ contradictione non
obſtante) domos fratrū conuentualium ⁊ illarum fratres huiuſmodi:libere ⁊ li-
cite recipere.B.ffo.32.conce.110.

¶IDEM Leo conceſſit ſingulis fratribus conuentualibus ad generalem et ꝓ 6
uinciales miniſtros tranſire volentibus:vt ab eorū ſuperiore prius petita:licet nō
obtenta licentia:liberā tranſeundi licentiā ⁊ facultatem.B.ffo.32.conce.111. Licentia.

¶IDEM Leo ſtatuit:ꝙ illi ex fratribus conuentualibus qui vitam reformatā 7
ſub generali ſeu prouincialium magiſtrorum cura ducere voluerint:ſub eorū regi Reformatio
mine permanere poſſint:dummodo aliquo ſigno notabili diſtinctiuo diſtinguā fratrū conuē
tur ⁊ diſcernantur ab obſeruantibus qui vitam regularem ſub generali ſeu pro- tualium.
uincialibus miniſtris ducunt : prout generalis miniſter et magiſter inter ſe con-

UVA. BHSC. IyR_230_1

uenerint. B. ffo. 32. conceſſione. 112.
¶ IDEM Leo ſtatuit qualiter fratres mi. cõuentuales ſe debeant habere cũ fra
8 tribus obſeruantibus eiuſdem ordinis: in proceſſionibus: ⁊ alijs locis publicis:
Proceſſiones. prout habetur infra in dictione Proceſſiones. §. 3. ⁊ 4.
¶ IDEM Leo motu ꝓprio mãdauit in virtute ſancte obediẽtie: ac ſub excõica
9 Prohibitio. tionis late ſentẽtie ⁊ priuationis officiorũ penis: ipſo facto incurrẽdis: gñali ⁊ ꝓ
Excõicatio. uincialibus magiſtris predictorũ fratrũ conuentualiũ: quatenus dictos ſubditos
ſuos moneant ⁊ cõpellant ne predicẽt aut diſputent: vel maledica verba iactare
preſumãt contra decreta ⁊ ordinata per ipſmmet Leonẽ in capl'o generaliſſimo
Rome vltimo celebrato. ſ. in bullis vnionis ⁊ cõcordie. B. ffo. 35. conce. 120.
¶ IDEM Leo precepit vniuerſis ⁊ ſingulis patriarchis: archiepiſcopis ⁊ epi
10 ſcopis in virtute ſancte obedientie: ac ſub pena interdicti ingreſſus eccleſie: ac ſu
ſpenſionis a diuinis: inferioribus vero prelatis: ſub excõicationis late ſentẽtie pe
Excõicatio. nis ipſo facto incurrendis: a quibus non niſi per romanũ pontificẽ (preterq̃ in
mortis articulo) poſſint abſolui: vt quoties a ffibus mi. regularis obſeruãtie re
quiſiti fuerint: moneant per eorũ litteras patentes predictos fratres conuentua-
Concordia. les: ſub pena amiſſionis priuilegiorũ eis per dictã bullã concordie conceſſorum:
vt predictam bullã concordie ac omnia ⁊ ſingula in ea contenta: cũ effectu obſer-
uent. Et vt in euentũ in quẽ eis conſtiterit eos contrauenïſſe: declarent eos penas
priuationis hmõi incurriſſe. Ac ex tunc fratres ipſos conuentuales: omnimode
Reformatio ſubiectioni: correctioni ⁊ obedientie generalis ⁊ prouincialiũ miniſtrorũ: in ſuis
prouincijs reſpectiue perpetuo (iuxta formã litterarũ capituli generaliſſimi) ſub
iectos eſſe. Inhibẽdo tam generali q̃ prouincialibus magiſtris: ne de dictis fra-
Bõa immobi. tribus conuentualibus vel eorũ domibus ⁊ locis vllatenus (niſi q̃tum a mini-
ſtris generali ⁊ prouincialibus illis fuerit conceſſum) ſe intromittant vllomodo.
Qui quidem miniſtri generalis ⁊ prouinciales: ad omnimodã dictorũ conuen
tualium reformationẽ etiã per fauores regũ ⁊ principum ⁊ cõmunitatum: inſu-
dare teneantur: bonis tamen immobilibus dictorum conuentuum per generalẽ
⁊ prouinciales miniſtros reformandorũ: pro vna quarta: eccleſie cathedrali ſeu
dioceſi in qua dicti conuentus ſiti fuerint: pro duabus vero in expeditionẽ crucia
te contra infideles: pro reliqua autem quarta partibus: in reparationem dictorũ
conuentuum (ipſo facto quo ad obedientiam dictorum miniſtrorũ reducti fue-
rint) per eos applicatis. B. ffo. 39. conceſſione. 127.
Collectorẽ. ¶ Vide aliquid tãgens cõuentuales fres: infra in dictiõe Elemoſinas. §. 5. ⁊ 6.
ſcʒ qualiter eis prohibitũ ſit ne petant elemoſinas ſub noĩe obſeruãtium.
¶ Vide etiam qualiter fratres cõuentuales poſſint puniri a fratribus obſeruan-
tibus: infra in dictione Correctio. §. 11. Et melius in dictione Elemoſina. §. 5.
¶ Item qualiter fratres conuentuales qui prius fuerunt de obſeruantia: nequeãt
ſuccedere ſuis propinquis: vide infra in dictione Heredes. §. 5. et. 6.

## Correctio fratrum.

1 Generalis miniſter. Innocentius. 4. ſtatuit ſeu conceſſit: vt vniuerſos fratres
minores q̃ morãtur in obſequijs aliquo
rum (illis dũtaxat exceptis qui fuerĩt ad legatorum ſedis apoſto-
lice ſeruitia deputati) poſſit et valeat generalis dicti ordinis libe-
re viſitare: corrigere ⁊ amouere: ac alios pro eis ſubſtituere: prout ſecundum deũ

UVA. BHSC. IyR_230_1

viderit expedire:non obſtantibus litteris ſeu indultis ſedis apoſtolice quibuſcun-
q;.G.fo.29.Et ffo.113.conceſſione.245.

**Alexander.** 4.cōceſſit:q; ſi aliqui fratres mino.aſſignati fuerint a ſede apoſtolica archiepis vel epis:poſſint miniſtri ⁊ eorum vi- 2 Miniſtri prouinciales.
carij eos corrigere ⁊ ad ordinē reuocare. Et q; non teneantur prelati ordinis ali-
quos fratres aſſignare predictis epis ſeu archiepis:virtute quarūcūq; litterarū
apoſtolicarū non facientiū expreſſam mentionem de iſtis.b.fo.24.

**Clemens.** 4.ſtatuit:q; generalis ⁊ ꝓuinciales miniſtri ⁊ eorū vicarij: illos ex fratribus minoribus:de quibus auctoritate litterarū
ſedis apoſtolice vel legatorū ipſius:archiepis vel epis: ⁊ alijs quibuſcunq; proui- 3 Gñalis ⁊ ꝓuinciales miniſtri.
ſum fuerit:corrigere poſſint:ac etiā (nō obſtāte cōtradictione aliqua) eos ad or-
dinem ſuū reuocare. Et q; nec per litteras eiuſdē ſedis aut legatorū ipſius: aliq̄s
de fratribus predictis teneantur prelati ordinis:archiepis ⁊ epiſcopis:aut alijs
perſonis in ſocios deputare:niſi dicte littere de indulto hmōi ⁊ ordinatione: ex-
preſſam facerent mentionem:ac alias id honeſtati ordinis ⁊ ſaluti illorum vide-
rint expedire.G.fo.57.Et ffo.141.conce.324.

¶IDEM habetur in mari magno Carmelitarū.ffo.185.conce.467.Et in ma- Collector.
ri magno predicatorum.ffo.237.conce.552.

¶IDEM Clemēs ſtatuit qualiter generalis ⁊ prouinciales miniſtri poſſint ⁊ 4
debeāt corrigere ffes apoſtatas:vt habetur ſupra in dictione Apoſtate.§.8.⁊.9. De apoſtatis

**Gregorius.** 11.ſtatuit:qualr oēs ⁊ ſinguli fratres ordinū mendicantiū qui fuerint capellani ſedis apoſtolice:poſſint corrigi per ſu- 5
periores dictorū ordinum: prout habetur in dictione Exēpti ffes.§.2.

**Bonifacius.** 8.cōceſſit:vt prelati ordinis minorū:ad correctiones:⁊ pu- 6 nitiones fratrū eiuſdem ordinis delinquentium infligen- Prelati.
das:ad quos eadem ſpectare noſcuntur (rimulis ⁊ apicib⁹ iuris poſtpoſitis)
libere procedere valeant ſecundum conſuetudines approbatas: ⁊ generalia ſta-
tuta ipſius ordinis facta ⁊ fienda. Ac inſuper voluit: non licere predictis fratri-
bus ab eiſdem correctionibus ⁊ punitionibus aliquatenus appellare: preuia ta- Appellare.
men in hoc deliberatione:ac maturitate debita obſeruatis.G.fo.125.Et ffo.202.
conceſſione.499.

¶IDEM Bonifacius ſtatuit qualiter fratres minores apoſtatantes debeant 7
corrigi:vt habetur in dictione Apoſtate.§.14.

**Bonifacius.** 9.cōceſſit magiſtro generali ordinis predicatorū: vt ipe et alij p̄ſidētes dicti ordinis in correctionib⁹ fratrū eiuſdē or- 8
dinis:iuris ordine poſtpoſito:ſm cōſuetudines approbatas ⁊ inſtituta ordinis
antedicti:ꝓcedere libere ⁊ licite poſſint ⁊ valeāt.b.fffo.120.conce.545.

¶IDEM Bonifaci⁹ ſtatuit: ne a correctione quacūq;: ſeu alias ab aliquo pre-
lato ſeu fratre dicti ordinis p̄dicatorū:quauis occaſione appellare: aut cōtra eos 9 Appellare.
querelā ꝓponere audeat:niſi prius corā cōuētuali ſeu ꝓuinciali prioribus:ſeu ma
giſtro gñali ordinis: ⁊ ſucceſſiue in generali capl'o dicti ordinis:cauſam ⁊ quere-
lam ſuā ꝓpoſuerit verbo vel in ſcriptis.b.fffo.120.conce.550.

¶IDEM Bonifacius ſtatuit:q; omnes ⁊ ſinguli religioſi:quorūcūq;:etiā mē- 10
dicantium ordinū:ſedis apoſtolice capellani: p̄inde ſuis ſuperioribus ⁊ correctio
ni ipſorū:in omnibus ⁊ per omnia ſint ſubiecti:ac ſi predicte ſedis capellani nō
eſſent.b.fffo.126.conceſſione.564.

UVA. BHSC. IyR_230_1

11 **Eugenius.** 4.et Pius.2.oꝛdinauerunt aliqua circa coꝛrectiones fratrū
minoꝛum:tam conuentualium qꝫ obſeruantium: prout po-
ſitum eſt in dictione Apoſtate.§.16.Et quo ad Carmelitanos.§.18.et.19.vbi ſu-
pra.Et in dictione Eleemoſina.§.5.

12 **Nicolaꝰ.** 5.conceſſit miniſtro generali ꝓ tempoꝛe exiſtenti:ꝙ oēs ⁊ ſin
Generalis gulos fratres:ſiue in monaſterijs monialiū: ſiue in alijs do-
miniſter. mibus conuentibus:eremitoꝛijs:⁊ locis dicti oꝛdinis cōmoꝛantes:etiā ab obe-
dientia:viſitatione et coꝛrectione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis indulta ſe exem
ptos eſſe(preter regule ⁊ ſtatutoꝛum dicti oꝛdinis foꝛmā)pretendentes:non ob-
Exēpti ſ fres ſtantibus quibuſcunqꝫ priuilegijs:exemptionibus:indultis:⁊ litteris apoſtolicis
eis:eoꝛūqꝫ monaſterijs:ſiue domibus:conuentibus:locis prefatis ⁊ eremitoꝛijs
per ſedē apoſtolicā in genere vel in ſpecie conceſſis:de quibus in ijs litteris ha-
benda eſſet mentio ſpecialis:poſſit iuxta conſtitutiones ⁊ regularia inſtituta anti
qua dicti oꝛdinis coꝛrigere:viſitare:punire:⁊ emēdare:ac in criminibus grauio-
Toꝛq̄re ſ fes ribus:ſi res ipſa exegerit(cū moderamine tamen)toꝛture ſubijcere poſſit ⁊ va-
leat dictus miniſter generalis.b.ffo.47.cōce.500.Et fffo.87.conce.250.

Collectoꝛ. ¶ Semper eſt aduertendum:ꝙ tales exemptiones poſſent habere aliqui fratres
per quas derogaretur iſta facultas.Et hoc opꝫ ſemper reducere ad memoꝛiā: ne
minus docti errent.Et idē in ſequenti Sixti:et quibuſcunqꝫ alijs ſimilibus.

13 **Sixtus.** 4.ſtatuit in bulla aurea:ꝙ magiſter generalis predicatoꝛū:⁊ mi
Inq̄ſitoꝛes. niſter generalis fratrum mi.poſſint geſta per fratres ſuoꝛum oꝛdi
hereſis. num reſpectiue:qui ſunt inquiſitoꝛes heretice prauitatis examinare:⁊ querellas
Pro fribus contra illos ꝓpoſitas audire:ac ſuper illis:quātum eis iuſtum ⁊ equum videbi-
predi.⁊ mi. tur:ſtatuere ⁊ oꝛdinare.Et ſi eos in aliquo deliquiſſe inuenerint: illos iuxta ex-
ceſſuum exigentiam:etiā per eoꝛum ab officio amotionem:⁊ac alias coꝛrigere ⁊
punire.B.fo.66.Et ffo.149.conce.366.

14 **Innocentius.** 8.conceſſit vicario generali fratrū oꝛdinis predicatoꝛū
Particula- de obſeruantia congregationis prouincie Hiſpanie:ꝙ
ris ꝓ hiſpa- coꝛrectio fratrū dicte congregationis:vndecunqꝫ ad terminos preſidentiū conuē
nia. tuum refoꝛmatoꝛum venientiū:iuxta conſtitutiones dicti oꝛdinis fieri debeat:⁊
ad eoſdem preſidentes pertineat.Non obſtantibus quibuſcunqꝫ priuilegijs: in
dultis ⁊ litteris apoſtolicis:ſcolaſtico:ac vniuerſitati Salmantine:ac quibuſcun
qꝫ vniuerſitatibus per ſedē apoſtolicā conceſſis:que aduerſus preſentes noluit in
aliquo ſuffragari poſſe:dūmodo ꝓpter coꝛrectiones hmōi faciendas:ſtudiū fra
trum coꝛrigendoꝛū non impediatur.b.ffo.76.conce.194.

Collectoꝛ. ¶ Hec conceſſio deſeruit etiā fratribus mino.partiū Hiſpaniarū: vt virtute cō-
Nota. municationis priuilegioꝝ: de qua ſupra in dictione Cōicatio priuile.§.10.poſſint
ſimiliter coꝛrigere fratres eiuſdem oꝛdinis ⁊ obſeruantie.Nā fratres cōgregatio
nis de quibus ſupra ſit mentio:obſeruantes ſeu de obſeruantibus erāt.Et ideo
per iſtā conceſſionem nō poſſet ꝓcedi contra conuentuales.

15 **Alexander.** 6.conceſſit:ꝙ non obſtante capitulo Uniuerſitatis: de ſentē
Excōicatio. tia excōmunicationis: prelati noſtri poſſint percutere ꝑ aliuꝫ
(cauſa coꝛrectionis)⁊ non cogantur cum pꝛopria perſona:etiā ſi neceſſitas non
vrgeat.o.ffo.70.conce.175.Et fffo.99.conce.359.

16 ¶ IDEM Alexander fecit quandā conceſſionem circa coꝛrectionem fratrum
per expulſionem ſeu eiectionem ab oꝛdine:que velut in magis pꝛopꝛio loco poni

UVA. BHSC. IyR_230_1

tur infra in dictione Eijcere ſeu expellere ab ordine.§.4.Sed circa hec aduerte bene ad illa que ibidem adduntur.

Leo.10.cōceſſit idē quod Alexander prefatus.§.15.⁊ adhuc clarius.ſ.vt quā 17
do aliquē fratrem cauſa correctionis vel abſolutionis oportet verbera re:poſſint prelati ordinis mi.de obſeruantia:⁊ eorū cōmiſſarij: manu vicarij vel cuiuſuis alterius fratris ſubditi:eū verberare ſeu diſciplinare. Non obſtante capitulo Uniuerſitatis.de ſententia excōmunicationis.o.ffo.93.conce.292.

## Corporalia.

Calixtus.3.cōceſſit:ꝙ fratres minores laici:poſſint tāgere ⁊ lauare corporalia.o.ffo.101.conce.398. 1

Vide aliā conceſſionē prefati Calixti in dictione Ornamenta eccleſiaſtica.§.3. Collector.

Sixtus.4.conceſſit:ꝙ oēs fratres clerici ⁊ laici poſſint tangere ſine ſcrupulo conſcientie:calices ⁊ corporalia ⁊ alia paramēta:cum reuerentia tamen.o.ffo.97.conceſſione.343. 2 Fres laici.

Idem Sixtus cōceſſit omnibus monialibus ſancte Clare:ac ſororibus tertij ordinis cure fratrū mi.commiſſis:ꝙ poſſint tangere ⁊ lauare ſacros pānos: exceptis corporalibus. Et poſtmodū idem Sixtus conceſſit: vt omnes ſorores ſuprascripte:ſub clauſura ⁊ congregatione viuentes: etiam corporalia ⁊ purificatoria tangere poſſint:dummodo ſteterint lota a fratribus.o.fo.62.Et ffo.66.conceſſione.97.Et.ffo.93.conceſſione.318. 3 Pro monialibus.

Qualiter prelati ordinis mi. ⁊ quandoqꝫ aliqui alij fratres poſſint benedicere corporalia:vide ſupra in dictione Benedicere.§.1.⁊.7.⁊.8.⁊.11. Collector.

## Credo.

Sixtus.4.conceſſit ꝙ fratres mi.poſſint dicere credo in ſolēnitatibus ſanctorum ſui ordinis:⁊ ſancte Clare.o.fo.63.Et ffo.67.cōce.118. Et ffo.96.conceſſione.329. 1 Pro ſanctis ordinis.

Idem Sixtus cōceſſit:ꝙ predicti fratres poſſint dicere credo in octaua beati franciſci.o.fo.63.Et ffo.68.conce.133.Et ffo.100.conce.380. 2

Utrum hec conceſſio debeat intelligi tātum de die octauo:vel de omnibus diebus infra octauam:dubium videtur. Saluo tñ meliori iudicio poſſet dici:ꝙ de omnibus diebus intra octauā intelligenda ſit. Nā nō reperitur ꝙ aliquādo ꝑm vſum Romanū dicatur Credo in die octauo alicuius feſtiuitatis:ratione eiuſdē feſtiuitatis:⁊ ꝙ non dicatur in alijs diebus intra octauam. Nihilominꝰ tñ cum conceſſiones petantur ⁊ concedantur ad libitum:poſſibile eſt ꝙ ſolum fuerit petita et conceſſa ꝓ die octauo:quia eſt duplex. Collector.

## Cruciata.

Clemens.4.ſtatuit:ꝑ fratres mi.qui ad predicādū crucē: ſeu cruciatam:ſeu ad alia hmōi negocia fuerint a ſede apoſtolica deputati:poſſit generalis miniſter remouere:ſeu reuocare ⁊ penitus transferre:ipſiſqꝫ ꝙ ſuperſedeant iniungere:alioſqꝫ ſubſtituere cū expedire viderit:⁊ in eos ſi cōtra venerint: cenſurā eccleſiaſticam exercere. Ac ꝙ quilibet miniſter prouincialis vel eius vicarius eiuſdē ordinis:idipſum poſſit in ſua prouincia circa fratres ſuos: quibus ab eadē ſede 1 Miniſtri generales:⁊ ꝓuinciales.



UVA. BHSC. IyR_230_1

ſimilia contigerit cōmitti. Non obſtantibus aliquib⁹ litteris vel indultis apoſto licis: que de hoc non fecerint mentionem. B. fo. 97. Et ffo. 141. conce. 326.

2 Abſolutio. Innocentius. 8. declarauit: fratres mi. non poſſe nec debere eligere cōfeſſores virtute bulle cruciate ⁊c. vt habetur late ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 16.

3 Abſolutio. Leo. 10. prohibuit ⁊ declarauit ꝙ nullus fratrū mi. regularis obſeruantie: poſſit accipere bullas cruciate ⁊c. vt ſupra eſt poſitū in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 21. et. 22. Vide ibi et nota bene.

4 Cōtra cōmiſſarios cruciate. Excōicatio. ¶ IDEM Leo motu ꝓprio ⁊ ex certa ſciētia precepit vniuerſis ⁊ ſingulis cuiuſcūq; cruciate cōmiſſarijs ꝓ tēpore exiſtētib⁹: ⁊ alijs quibuſuis perſonis: quacūq; etiā archiepāli ⁊ epiſcopali dignitate fulgentibus: in virtute ſancte obedientie: ac epis et ſuperioribus ſub ꝓhibitione ingreſſus eccleſie: alijs vero ſub excōicationis late ſententie: ac priuationis officiorū ſuorū: et inhabilitatis ad illa: ⁊ alia impoſterū obtinenda penis (ipſo facto abſq; vlteriori declaratione) incurrēdis: ne de cetero perpetuis futuris tēporibus: aliquos fratres ordinis mi. de obſeruātia extra eorū cōuentus ſeu domos, ſine ſuorū ſuperiorū ⁊ ꝓlatorū expreſſa licentia extraheret: ſeu ad predicandū cruciatā: aut quaſcūq; alias indulgētias: ſeu litteras apoſtolicas deſtinare: aut alterius facultatis ꝓretextu moleſtare: perturbare aut inquietare: ſeu a predictis fratrib⁹ aliquid exigere: vel gratias: facultates: aut libertates: ſeu indulgētias ⁊ peccatorū remiſſiones eis: necnon monialibus ſancte Clare: tam prime ꝙ ſecunde regule: ac tertij ordinis beati Franciſci ſororibus ſub obedientia prelatorum dicti ordinis mi. degentibus: ſine illorum licentia cōcedere aut impartiri. B. ffo. 48. conce. 144.

Pro monialib⁹ ⁊ tertiarijs.

5 Prohibitio. ¶ IDEM Leo precepit fratribus ⁊ monialibus: ac ſororibus prefatis: ne gratijs: indulgentijs: libertatibus immunitatibus que in bullis cruciate: aut alijs cōſimilibus continentur: quouis queſito colore contra obedientiam ordinis predicti: ſine ſpeciali licentia ſuorū prelatorum vllo modo vti (ſub excōmunicationis late ſententie pena) preſumant. B. ffo. 48. conce. 144.

Excōicatio.

Collector. Queſtio. Circa predicta eſt notandū: ꝙ cū per bullas cruciate: vel alias ſimiles concedatur oībus chriſtifidelibus cōfeſſionale perpetuum: vt de nō reſeruatis pape poſſint toties quoties voluerint abſolui per cōfeſſorē quēcūq; ad libitū eligendū: merito querendū videtur: vtrū religioſi ſine licētia ſuorū prelatorū poſſint predictas bullas accipere: ⁊ conceſſionibus: ſeu facultatib⁹ in eis contentis vti?

Prima reſponſio. ¶ Ad hoc autē prelati religioſorū: ⁊ oēs zelū religionis habētes: dicūt ꝙ non: ⁊ ratonē aſſignāt. Quia neq; eſt nec eſſe debet intētio pontificis aliquid cōcedere vnde ordinis diſciplina collabi contingat: preſertim cū prohibitū ſit per litteras apoſtolicas: ⁊ per regulas: ac ſtatuta religionū: ne fratres confiteri poſſint peccata ſua perſonis extra ſuū ordinē: ſine licētia ſuorū prelatorum. Itē quia ſi hoc liceret fratribus: quodāmodo eximerentur ab obedientia prelatorū ſuorū confitēdo peccata ſua cui vellent. Eximerentur etiā a voto paupertatis: ꝓcurādo pecunias ad contribuendū ꝓ huiuſmodi bullis ſine licentia: immo contra obedientiā: prelatorum: ⁊ cōtra ſuum votū: in quo pape non licet diſpenſare: ꝓut ad litteram dicit. c. Cum ad monaſteriū: de ſtatu regu. Etiā ex ijs daretur occaſio fractiōis tertij voti. ſ. caſtitatis: ꝓut experti dicere poſſunt.

Secunda reſponſio. ¶ Attamen alij volunt cōtrariā partem rationibus apparentibus munitam defendere: precipue quia aliquando in predictis bullis continetur ꝙ illas poſſint accipere religioſi: etiā ſine licentia ſuorum

UVA. BHSC. IyR_230_1

prelatorum. ¶ Ad queſtionem reſpondetur vltimate: ꝙ etiã ſi hmõi bulle in hoc non eſſent ſubreptitie ſicut ſunt: prout pontifices poſtea declarant: dicentes nunꝗ talem intentionem habuiſſe: cũ non ſolum generaliter: ſed nec alicui in particulari vix talia concederentur: videlicet ꝙ aliquis ſpreta regulari diſciplina ⁊ paupertatis voto: quereret pecunias ad contribuendũ ⁊ accipiẽdũ predictas bullas abſꝫ particulari neceſſitate: pro qua non eſſet ordini conceſſa facultas: adhuc non poſſent per ipſas abſolui ſine licentia ſuorũ prelatorũ: cũ non poſſint dicere ꝙ hoc ſibi expreſſe fratribus concedatur. Et propterea prelati ad obuiandum malicijs ⁊ proteruitatibus aliquorũ: ſtatim cũ talis cruciata: vel ſimiles bulle publicantur: recurrunt ad pontificem: vt declaret religioſos vti predictis non poſſe ſine licentia prelatorum. Et ita factum fuit tempore Sixti.4. Innocentij.8. Alexãdri.6. Julij.2. Et Leonis.10. prout in libris ordinis patet. Et adhuc aliqui predictorum pontificum: dixerunt expreſſe: ꝙ nunꝗ habuerunt intentionem ꝙ fratres ſine licentia prelatorum: accipere poſſent predictas bullas: ⁊ minus ꝙ ipſis vterentur. Quinimmo impoſuerunt cenſuras religioſis maribus ⁊ feminis ne talibus vterentur ſicut fecit Leo.10. ſupra.§.5. ¶ Et in tantum eſt hoc verum quo ad fratres mino. ꝙ licet alij religioſi: forte de licentia ſuorũ prelatorum poſſint predictas bullas accipere: ⁊ eleemoſinam pro ipſis accipiendis procurare: fratres tamen mi. cum ſit eis ſtrictiſſime ſub precepto prohibitum: ne pecunias: vel denarios recipiant: aut procurent: niſi pro veris ⁊ certis neceſſitatibus: niſi ſibi occurreret aliqua talis neceſſitas: cui ſubleuande non ſufficerent priuilegia ordinis: nullo modo valerent: nec licentia prelatorum ſufficeret: vt poſſent procurare pecuniam ad accipiẽdam bullam. Et ita declarauit Leo.10. O.ffo.60.conce.178. Et ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§.21. dicens: ꝙ in caſu talis neceſſitatis: de licentia prouincialium ⁊ cuſtodũ: poſſint fratres accipere dictas bullas. Qui quidem prouincialis ⁊ cuſtos debent examinare predictam neceſſitatem: an ſit talis ꝙ in ipſa poſſit diſpenſari. Nam licet ſolũ regula concedat facultatẽ querendi pecuniam pro fratribus induendis: ⁊ infirmis curãdis ⁊c. ſatis infirmus eſt qui habet anime egritudinem non poſſibilem aliter curari: ꝙ per bullã. Non tamen propterea negatur: quin pontifex poſſet bene informatus concedere alicui religioſo: vt confiteretur cui vellet. Sed dico: ꝙ per generalem conceſſionem: nunꝗ hoc intendit facere: cum vellit conſeruare religiones ⁊ non deſtruere. Et ſi dubitas de hoc: dico tibi ꝙ hoc ſufficit vt accipias partẽ ſecuriorem: prout dicit glo. in capitulo vnico. de ſcrutinio ⁊ ordine faciendo: ⁊ in.c. Juuenis de ſpõſalibus. Et ideo nõ committas te periculo: in his preſertim que animã tangunt.

Ultimata reſponſio.

Cõfirmatio reſpõſionis ſupraſcripte

## ¶ Cuſtodes.

Clemens.4. ſtatuit in mari magno: ꝙ cuſtodes ⁊ guardiani qui ſecundũ ſtatuta ordinis fratrum mino. aliter ꝙ per electionem inſtituuntur: poſt ipſam inſtitutionem: ſeu prouiſionem de ipſis factam: curã animarũ fratrum ſibi ſubditorum ipſius ordinis habeant: ipſoſꝫ ligare: ac ſoluere poſſint: iuxta ipſius ordinis inſtituta. G.fo.56. Et ffo.139.conce.309.

¶ Aduertendũ ꝙ hoc ideo fuit conceſſum: quia ex quo non erant electi a cõmunitate: videbatur ꝙ non eſſent curati ordinarij.

Collecto.

¶ Circa p̄fatã cõceſſionẽ: vide ſup̄ i dictiõe Abſolutio ordina. q̃ ad ffes poſt.§.3.



UVA. BHSC. IyR_230_1

3 Pro electione generalis ministri.

Nicolaus. 4. statuit τ declarauit: vt cū electio generalis ministri fuerit facienda: custodes vniuscuiusq; prouincie: vnū ex seipsis constituant: ac ei suas vices cōmittant: ipsumq; ad locū in quo electio eadē fuerit celebranda: transmittant. Et φ is qui sic ab ipsis custodibus constitutus extiterit: vnā vocem dūtaxat pro se τ eis omnibus habeat τ intelligatur habere: ac pro vna voce tm̄modo ab alijs admittatur. Hoc aūt voluit ita obseruari: etiā si custodes alicuius prouincie sint presentes in hmōi generali capitulo: vbi electio generalis debeat celebrari. b. fo. 31. Et ffo. 32. concessione. 37.

Collector. ¶ Aduerte: φ huiusmodi statutum iam vacat propter statutū Leonis. 10. inferi⁹ annotatum. §. sequenti.

3 Leo. 10. in bulla vnionis statuit: φ electio ministri generalis: que scđm regulam a ministris prouincialibus τ custodibus fieri debet: libere τ absq; vllo scrupulo celebretur per prouinciales τ discretos fratrum de familia: seu de obseruantia: quos veros ministros esse: ac discretos ipsorum similiter veros esse custodes declarauit. B. ffo. 29. concessione. 94.

## ¶ Dare.

1 Paupertas. Pro rebus vilibus.

Nicolaus. 3. statuit: seu cōcessit in declaratione regule que incipit Exijt qui seminat τc. φ de rebus mobilib⁹ vel parum valentibus: liceat fratribus minoribus: pietatis: seu deuotionis intuitu: vel pro alia honesta τ rationabili causa: obtēta super hoc prius suorum superiorum licentia: iuxta quod inter fratres in generali: vel prouincialibus capitulis (tam de ipsis rebus vilibus seu parum valentibus: et earū valore: φ̄ etiā de prefata licentia. s. a quibus τ qualiter sit habenda) extiterit ordinatum: intra τ extra ordinem alijs elargiri. B. fo. 5. tracta. 2. τ ffo. 10. tracta. 2.

2 Paupertas Ampliatio cōcessiōis supra scripte.

Leo 10. supradictam concessionem ampliando concessit: φ non solum generalis τ prouinciales: ac custodes in suis capitulis: sed etiam ipsi: ac eorum generales cōmissarij: extra capitula: possint arbitrari que res debeāt viles et parui valoris reputari: ad hoc vt res hmōi possint dari intra τ extra ordinem: τ suis subditis ad dandum τ recipiendum licentiam concedere: put eis secūdū deum videbitur expedire. O. ffo. 59. conce. 175.

Collector. Statutū capituli gn̄alis. ¶ In capitulo generali Mechlinensi facta est circa predicta sequēs determinatio. ¶ Item φ fratres nullo modo secundum intentionem regule: aut declarationes summorum pontificum: possint dare aliqua q̄tūcūq; vilia alijs: sine fratribus: siue secularibus: nec recipere alia: absq; licentia suorum prelatorum. Habetur hoc. fo. 228. tractatu. 3. Et ffo. 246. in. 2. tractatu.

## ¶ Decime.

1 Ex iure cōi.

Gregorius nonus mandauit districte fratribus predicatoribus τ minoribus: ne talia que audientes a decimarū seu aliarum rerū ecclesijs debitarum solutione retrahant: vel alias animas corrumpant audientium in sermonibus suis vel alibi proponere presumant. Immo verbo τ opere informent eos. dem: vt ad solutionem predictorū prompte voluntatis animo sint intenti. Habetur in. c. Discretioni vestre. de decimis. libro. 6.

UVA. BHSC. IyR_230_1.

**Clemens.** 4.cōceſſit fribus mi.vt de hortis ⁊ virgultis ſuis: nulli deci mā teneātur exhibere. Ac diſtricte inhibuit: ne quis ab eis de premiſſis aliquid exigere vel extorq̄re p̄ſumat. B.fo.58. Et ffo.141.cōce.334. 2
¶ Vide infra.§.6.declarationē Sixti.4.⁊ ampliationem eiuſdem. Collector.

**Bonifacius.** 8.ſtatuit: ꝙ moniales alieq; regulares pſone quarū redi tus ⁊ ꝓuētus eccl'iaſtici adeo ſunt tenues ⁊ exiles ꝙ de il lis ſuſtētari nō pñt: ſ; ꝓ habēda vite ſue ſuſtētatiōe neceſſe hñt mendicare: ⁊ elee mo ſinas publice petere: decimā nō pſoluāt. Hētur i extrauagāti q̄ icipit Decias. 3 Ex iure cōi.
¶ IDEM Bonifacius.8. cōceſſit vniuerſis ⁊ ſingulis abbatiſſis ⁊ cōuētibus monialiū incluſarū ſancte Clare: vt ad preſtationē decimarū de quibuſcūq; poſ ſeſſionibus ⁊ oībus alijs bonis q̄ habuerint: vel ad cōtribuendū in ꝓcurationib⁹ quorūlibet ordinariorū: ac etiā legatorū ⁊ nūtiorum ſedis ap̄lice: ⁊ quibuſlibet ta lijs ⁊ collectis: ⁊ ad exhibendū pedagia: thelonea ⁊ alias exactiones: quibuſuis re gibus ⁊ principibus: ſeu alijs perſonis: minime teneantur: nec ad id compelli ali qualiter valeant. B.fo.38. Et ffo.122.conce.267. 4 Pro monia lib⁹.s.clare.
¶ De hoc vide amplius infra.§.12.⁊.13. Collector.

**Clemens.** 5.in cōcilio Vienēſi ſtatuit: ꝙ religioſi quicūq; qui noualium aut alijs decimas ad eos ex aliqua cauſa legitime nō ſpectan tes: appropriare ſibi p̄ſumpſerint: aut exquiſitis fraudib⁹ ſiue colonib⁹ vſurpare: ſeu qui de aīalibus familiarū ⁊ paſtorū ſuorū vel alioꝝ: etiā aīalia ipa eoꝝ gregi bus immiſcentū: ſeu qui de aīalib⁹ qui fraudē eccl'iarū in plurib⁹ locis emūt: em ptaq; tradūt venditorib⁹ vel alijs ab ipis tenēda: ſeu qui de terris quas tradunt alijs excolēdas decimā ſolui eccl'ijs nō pmiſerint: aut ꝓhibuerint: niſi poſt requi ſitionē per eos quoꝝ intererit ſup hoc eis facta a p̄miſſis deſtiterint infra mēſe; aut ſi de his q̄ cōtra p̄miſſa vſurpare vel retinere p̄ſumpſerint: infra duos mēſes dānificatis eccl'ijs emendā nō fecerint cōpetentē: ſint ⁊ tādiu maneāt ab officijs: adminiſtrationib⁹: ⁊ bñficijs ſuſpēſi donec deſtiterint ⁊ ſatiſfecerint: vt ſuperius eſt exp̄ſſum. Quod ſi religioſi hm̄oi adminiſtrationes vel bñficia nō habeant: eo caſu quo alij ſupradicti ſuſpēſionis: ipi ſn̄iam excōicationis incurrāt: ante ſatiſ factionē cōdignā nullaten⁹ abſoluēdi: p̄uilegijs nō obſtātib⁹ quibuſcunq;. Pre miſſa etiā extēdit ad aīalia q̄ per religioſoꝝ ipoꝝ donatos ſeu oblatos tenēt: dū; tamen illi religioſis eiſdē cū effectu donauerint: aut obtulerint ſe ⁊ ſua. Habetur in Clemētina Religioſi.de decimis ⁊ primicijs. 5 Ex iure cōi. Excōicatio.

**Eugenius.** 4.dedit pleniſſimam exēptione; monialib⁹.s.Clare: dicitq; inter alia: ꝙ vult illas eſſe liberas ab omni decimarū: ſubſi diorū: gabellaꝝ: pedagioꝝ: ⁊ alioꝝ hm̄oi ſolutiōe ⁊ cōtributiōe.b.ffo.41.cōce.46. 6 Pro monia lib⁹.s.clare.
¶ IDEM Eugeni⁹ cōtulit aliā pleniſſimā exēptionē a decimis ⁊c. frib⁹ ⁊ mo nialib⁹ ordinis p̄dicatoꝝ: inſerēdo bullā Martini.5. Et Bonifacij.9. qui hoc idē prius fecerāt. Sub nomine Martini habetur.b.ffo.162. conceſſione.681. Et ſub nomine Eugenij.B.ffo.80.conceſſione.240. 7 Pro fribus ⁊ mo.ordi.p̄dicatorum.
¶ IDEM Eugenius cōceſſit fratribus mino.obſer. ꝙ non teneantur facere conſcientiam de decimis in confeſſionibus ⁊c. prout habetur ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares.2.in.§.2. 8 Abſolutio.

**Sixtus.** 4.extendēs cōceſſionē Clemētis ſupra poſitā: dicit ſic i mari ma gno Indultū vero eiuſdē Clementis predeceſſoris de decimis nō ſoluendis: ad quecūq; bona dictorum fratrū: ⁊ quaſcunq; decimas: etiam quas vulgus papales appellat: ⁊ apoſtolica ſedes pro chriſtiane fidei defenſione: aut alijs imminentibus perſepe neceſſitatibus indicit: ⁊ quecunq; alia onera: motu 9



UVA. BHSC. IyR_230_1

ꝓprio ⁊ ex certa ſcientia extendimus: decernentes ipſos fratres mino(etiamſi
per quoſcunqȝ exemptos ⁊ mendicantes ſolui mandarentur: cum quibuſuis de-
rogatorijs ⁊ fortioribus clauſulis) ad illarũ ſolutionem non teneri: ⁊ ab illarum
ſolutione ceſſando: cenſuras ⁊ penas aliquas non incurrere: niſi p̄ſentibus(nõ
per gñales: aut alias clauſulas ſpecialẽ mentionẽ importãtes) ſit alias derogatũ
ſpecifice: earũ de verbo ad verbũ inſerto tenore. B. fo. 60. Et ffo. 143. conce. 347.

Collector. ¶ IDEM habeatur in mari magno Carmelitarum. ffo. 169. conce. 396. Et ffo.
183. conce. 450. Et additur fo. 96. Et ffo. 179. conce. 424. ꝙ nec de datijs vel peda
gis: etiam ſi per principes: vel alios dñios temporales imponãtur: aliquid ſolue
re teneãtur. Et idẽ in mari magno predicatorũ. ffo. 240. conce. 579.

10 Pro monia lib⁹. s. Clare ¶ IDEM Sixt⁹ ſtatuit ⁊ ordinauit: ac cõceſſit: abbatiſſis: cõuẽtib⁹ ⁊ moniali-
bus. s. Clare: ꝙ de qbuſcũqȝ terris ⁊ poſſeſſiõib⁹ ad eas legitime ꝑtinẽtib⁹ ⁊ ſpe
ctantib⁹: qs etiã ꝑ alios ꝙ eorũdem monaſterioꝝ ſeruitores ⁊ ſubditos excoli ⁊
cultiuari faciũt: decimas vel p̄micias (auctõe tñ apłica nõ impoſitas) qbuſuis
pſonis: cuiuſuis dignitatis: grad⁹ ſtat⁹: ordinis vel cõditiõis fuerint: ſoluere mi-
nime teneãtur. Nec ip̄e: aut ip̄arũ terrarũ ⁊ poſſeſſionũ coloni: ſeu cultores: ob ſo
lutionẽ decimarũ: p̄miciarũ: aut cẽſus hmõi: ꝑ quẽpiã moleſtari poſſint: aut ꝓ-
pterea cõtra eos ꝓcedi: ⁊ pene aliq̃ ꝓmulgari valeãt. Ac inſup decreuit: irritũ ⁊
inane quicqd ſec⁹ ſup his a quoq̃ quauis auctõate: ſciẽter vel ignorãter cõtingat
attemptari. Nõ obſtãtibus cõſtitutionibus ⁊c. B. fo. 35. Et ffo. 118. conce. 258.

11 Alexander. 6. ſtatuit: ꝙ moniales ſctẽ Clare p̄me ⁊ ſecũde regule: ac ſo-
rores tertie regule: q̃ lȝ aliquid ꝓprij habeãt: tñ nõ ſufficit eis
ad cotidianas expenſas: ad ſolutionẽ alicui⁹ decime ſeu taxe aut collecte ꝓ tẽpo-
re impoſitarũ cogi nõ poſſe. B. ffo. 3. conce. 4.

12 Pro monia lib⁹. s. Clare ⁊ tertiarijs. Leo. 10. approbauit ⁊ innouauit quaſdã lr̃as Alexãdri. 6. q. latiſſime cõceſ
ſerat monialib⁹. s. Clare exẽptionẽ a ſolutiõe decimarũ ⁊c. vt ſupra.
Ac inſup voluit: vt p̄dicte moniales et ſorores tertij ordinis in cõgregatione ſub
cura et regimine fratrũ minoꝝ regularis obſeruãtie viuẽtes: ac illaꝝ monaſteria:
dom⁹ et loca q̃cũqȝ: quoꝝ fruct⁹: reddit⁹: et ꝓuẽtus: ꝓ monialiũ et ſororꝝ: ac aliaꝝ
pſonaꝝ in illis ꝓ tp̄e degẽtiũ cõmoda ſuſtẽtatione nõ ſufficiũt: ad ſolutionẽ cuiuſ-
uis decime: ſeu taxe: vel collecte: aut exactiõis: ꝑ ſedẽ apłicã: vel ei⁹ legatos: ſeu nũ
tios: aut q̃ſcũqȝ alios q̃uis auctõate fungẽtes: ꝓ fidei tuitiõe: ſeu expeditiõe cõtra
turcas: vel recuperatiõe terre ſctẽ: aut quauis alia vrgẽtiſſima cã impoſite: etiã p̄
textu quarũuis cẽſuraꝝ ⁊ penaꝝ eccłiaſticaꝝ in lr̃is exactionis hmõi appoſitaꝝ:
cogi aut cõpelli nequeãt. Et hoc voluit diſtricte obſeruari ſub pena excõicatiõis

Excõicatio. quã cõtra faciẽtes ip̄o facto incurrãt: ⁊ a qua nõ niſi ꝑ romanũ põtificem ꝓ tp̄e
exiſtentẽ: abſolui poſſint. Ac decreuit irritũ ⁊ inane: ſi ſec⁹ ſup his a quoq̃ q̃uis
auctoꝛitate ſciẽter: vel ignorãter cõtigerit attentari. B. ffo. 48. conce. 143.

13 Pro monia lib⁹. s. Clare ¶ IDEM Leo approbauit ac de nouo cõceſſit priuilegiũ Eugenij. 4. ⁊ Sixti. 4
per qđ moniales. s. Clare eximuntur pleniſſime a ſolutiõe decimaꝝ ſuarũ terra-
rum: ⁊ poſſeſſionum: etiam illarum quas per colonos faciunt cultiuari. Ac etiaȝ
a gabellis ⁊ pedagijs: vt ſupra poſitum eſt in. §. 6. ⁊. 10. Super quo etiam dat cõ-
ſeruatores: omnes prelatos eccleſiaſticos. B. ffo. 44. conce. 140.

14 Denegatio abſolutiõis. ¶ IDEM Leo i cõcilio Lateranẽſi ſtatuit: ꝙ fr̃es cõfeſſores teneãtur hortari ⁊
monere (etiã ſub onere conſciẽtiarũ ſuarũ) illos quoꝝ cõfeſſiones ꝓ tp̄e audie-
rint: cuiuſcũqȝ ſtat⁹ ⁊ cõditionis fuerint: ad ſoluendũ decimas: ſiue aliã bonorum
ſuoꝝ: ſeu fructuũ quotã: in locis in quib⁹ decime ip̄e: aut ſimilia ſolui cõſueuerũt
Ipſiſqȝ illas ſoluere recuſãtib⁹: abſolutionẽ denegare. Et ꝙ ſup hoc requiſiti po-

UVA. BHSC. IyR_230_1

pulo etiam publice predicare: et persuadere teneantur. B. ffo.26.conce.82.

¶ IDEM Leo cõfirmauit litteras suprascriptas alexãdri.6. dando cõseruatores omnes ecclesiarum prelatos. B. ffo.48.conce.143. 15

**Clemens.** 7.cõfirmauit et de nouo cõcessit lr̃as Sixti et Leonis suprapositas eximẽtes moniales s. Clare a solutione decimaꝝ dicens: ꝙ lr̃as Sixti et Leonis ꝑdecessoꝝ suoꝝ: et ꝑut illas cõcernũt oĩa et singula in eis cõtenta approbat et innouat: et ꝓ potiori cautela ea oĩa et eoꝝ singula de nouo cõcedit supplẽs oẽs et singulos tã iuris ꝙ̃ facti defect⁹ siqui forsan interuenerũt in eisdẽ. Et insuꝑ statuit et ordinauit: ꝙ ꝑpetuis futuris tp̃ib⁹ abbatisse et moniales et monasteria sancte Clare. Annunciationis: et Cõceptionis: ac tertie regule sancti frãcisci: terras et possessiones: tã per alienos ꝙ̃ ꝓprios colonos et donatos ac familiares monasterioꝝ suoꝝ coli et cultiuari facientes: et ad earum sustentationem reditus sufficiẽtes non habẽtes: decimas aut primicias soluere minime teneantur: nec ad id a quocꝙ̃ quauis auctoritate cogi et cõpelli possint. Super quo dat iudices. B. 16

Pro monialib⁹ s. Clare

¶ Ex priuilegijs fratrũ sancti Joannis hierosolimitani.

**Lucius.** 3. et Bonifacius. 8. preceperunt vniuersis ecclĩaꝝ prelatis: quatenus eoꝝ subditis auctoritate ap̃lica inhiberent ne a fratribus hospitalis sancti Joãnis in eoꝝ ꝑatibus cõmorãtib⁹: de noualibus: seu alijs terris quas ꝓprijs manibus: aut sumptib⁹ excolunt: vel per suos arrendatores: aut alios quoscunqꝫ cultores: ad tẽpus: et nõ in perpetuum excoli faciunt: vel de aĩalium nutrimentis: seu alioꝝ in suis territorijs nascẽtiũ: vel de hortis. virgultis: et piscationibus suis: decimas exigere aliquatenus presumant. Cõtradictores per censuram ecclĩasticam: appellatione postposita cõpescẽdo: nõ obstãte longa prescriptione: seu poti⁹ violẽtia super dictis exactionib⁹ eisdẽ frib⁹ irrogata. B. 17

Nota.

# Declarare.

**Nicolaus.** 3. quãr cõmiserit declaratiõe rerũ viliũ: et parui valoris: ad hoc vt fr̃es intra: et extra ordinem possint illas dare: et quomodo Leo.10. ampliauit hmõi concessionem: positum est supra in dictione Dare. §.1. et .2. 1

De rebus vilibus.

**Innocentius.** 8. cõcessit: ꝙ vicarius generalis ordinis predicatoꝝ de obseruantia cõgregationis hispanie: cũ aliq̃ ꝑsona in dignitate ecclĩastica cõstituta: et duob⁹ alijs iuriscõsultis: habeat auctẽtatẽ et facultatẽ interpretãdi dubia q̃ occurrerint suꝑ gratijs et priuilegijs: tã ordini ꝙ̃ cõgregationi ꝑdictis cõcessis. Et ꝙ fr̃es dicte cõgregatiõis secure possint stare declaratiõib⁹ ꝑ eoidẽ faciẽdis. O. ffo.76.cõ.195. Et ffo.101.cõ.394. ¶ Vide circa predicta in dictione Priuilegia. §.14. 2

Pro frib⁹ ꝑdicatoribus.

Priuilegia.

**Leo.** 10. cõcessit: ꝙ capl̃m gñale dũtaxat: habeat auctẽtatẽ declarãdi dubia q̃ occurrerint circa diuini officij celebrationem. O. ffo.59. conce.176. ¶ Vide suprascriptã cõcessionẽ latius in dictiõe Officiũ diuinũ ꝑmo. §.11. 3

Collector.

Offici. diui.

Collector.

¶ IDEM Leo concessit: ꝙ in rebus dubijs et scrupulis cõscientias fratrũ mi. subditorum tangentibus: generalis vel ꝓuinciales: seu custodes: cum consilio aliquorum patrum (si res magne importantie fuerint) possint auctoritate sue sanctitatis determinare in scrupulis et rebus hmõi: ac ꝙ eoꝝ determinationi: subditi secura conscientia possint et debeant stare. O. ffo.59.conce.172. 4

Scrupulosi fratres.



UVA. BHSC. IyR_230_1

Collector. ¶ Vide in ſequenti cōceſſione ampliationem precedentis conceſſionis.

5 Scrupuloſi fratres. ¶ IDEM Leo poſtea cōceſſit: ꝙ omnes fratres qui ſunt nimis ſcrupuloſi: poſſint in oībus dubijs ſuā cōſcientiā tāgentibus: ſecura conſciētia ſtare determinationi ſui guardiani: vel cuiuſcūqꝫ alterius prelati. o. ffo. 93. conce. 287.

6 De reb⁹ vili. ¶ IDEM Leo ampliauit conceſſionē Nicolai. 3. ſupꝛapoſitam. §. 1. vt habetur late in dictione Dare. §. 1. ⁊. 2.

7 Oracula viue vocis. ¶ IDEM Leo cōceſſit: vt gn̄alis ⁊ quilibet ꝓuincialis in ſuis capl'is poſſint declarare: vtrū ab vſu alicuius cōceſſionis viue vocis oraculo facte: debeāt fratres abſtinere ⁊c. vt habetur late in dictione Oracula: in. §. 3. Vide ibi ⁊ bene nota.

Collector. ¶ De declarationibus: ac determinationib⁹ varijs: factis a diuerſis ſummis pōtificibus: tā ſuper regulā: q̄ ſup multis alijs: nō fit hic mētio: qꝛ nimis lōgum ⁊ inutile foret oīa illa referre: ⁊ qꝛ iuxta diuerſitatē materiarū ſuper quib⁹ facte fuerunt ſub diuerſis etiam dictionibus huius cōpendij ponūtur.

## ¶ Diſpenſatio.

¶ Diſtinctio materie diſpenſationum.

Collector. CIrca ea q̄ in priuilegijs fratrū mēdicātiū reperiūtur cōceſſa quo ad materiā diſpēſationū eſt aduertēdū: ꝙ aliqua illoꝝ attinēt ſolū ad pſonas frm: ⁊ alia ad pſonas ſecularium qn̄ p̄dictis fr̄ibus cōfitetur. ¶ Attinētia ad fr̄es pro ſuis pſonis: ſunt in duplici differētia. Nā quedā pertinēt ad diſpēſationē faciendā in cōfeſſionib⁹. Et hec inſimul cū cōceſſionib⁹ abſolutionū pertinētib⁹ ad eoſdem fr̄es: poſita ſunt ſupra in dictiōe Abſolutio quo ad fr̄es: vbicūqꝫ in marginibus reperta fuerit hec dictio Diſpēſatio. ¶ Alia vero tāgūt diſpenſationē q̄ fieri pōt extra confeſſionē ſacramentalē: q̄ ponūtur hic infra. §. 8. ⁊. 10. ⁊. 11. ⁊. 12. et. 13. ⁊ 21. ⁊. 22. Aliqua aūt q̄ ſpectāt ad moniales: cōtinētur infra. §. 6. ⁊. 10. ¶ Illa vero q̄ pertinēt ad pſonas ſeculares: habētur ſupra in dictiōe Abſolutio quo ad ſeculares. 1. in. §. 20. Et in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 2. in. §. 12. Et ſilr̄ habētur nōnulla hic infra. §. 1. ⁊. 2. ⁊. 16. Sed circa oīa ſupradicta habētur ampliora hic ꝓpe finem. ſ. a conce. 25. vſqꝫ ad. 31.

1 Infideles. Irregularitates. GRegorius. 9. cōceſſit fratribus minoribus in terris quorūcūqꝫ infideliū exiſtētibus: vt cū irregularibus poſſint diſpenſare in illis caſibus in quib⁹ ſolent legati ſedis apoſtolice diſpenſare. h. ffo. 257. conceſſione. 641.

Collector. ¶ Dubiū videtur an iſta cōceſſio fuerit temporalis.

2 Pro fr̄ib⁹ p̄dicatoribus. Infideles. Irregulares. Nicolaus. 4. cōceſſit fr̄ibus ordinis p̄dicatorū in terris infideliū exiſtētibus: vt poſſint diſpēſare cū irregularib⁹ partiū illarū: in caſibus in quib⁹ ſolēt legati ſedis aplice. Ac etiā cū clericis ipaꝝ partiū patientib⁹ defectum nataliū: dūmodo non ſint de adulterio: vel inceſtu: aut de regularibus ꝓcreati. h. ffo. 262. conceſſione. 680.

Collector. ¶ De hac cōceſſione vr̄ etiam dubium vtrum fuerit temporalis ſicut p̄cedēs.

3 Clemens. 4. in mari magno fecit optimā cōceſſionē circa diſpēſationē ſimul ⁊ abſolutionem: que poſita eſt ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 4. ⁊. 7.

4 Pro fr̄ib⁹ p̄dicatoribus. ¶ IDEM Clemēs cōceſſit: ꝙ fr̄es ordinis p̄dicatoꝝ ꝓferētes ſine ſcripto ſententiā excōicatiōis: ſuſpēſionis: vel interdicti: ⁊ infra mēſem celebrātes: nō obſtāte cōſtitutiōe hoc ꝓhibēte: poſſint a magr̄o gn̄ali ⁊ priorib⁹ ꝓuincialib⁹ dicti ordinis diſpēſari: impoſita eis ſup hoc penitētia cōpetēti. Et ꝙ ſi prefati prelati in hmōi caſu exceſſerint: poſſint a confeſſoribus per ipſos electis: eodem modo di

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſpenſari.b.ffo.72.conceſſione.188.

Eugenius. 4.fecit quādā eximiā cōceſſionē circa diſpenſationē ꝛ ab ſolutionem:que poſita eſt etiam ſupra in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres.§.3.ppe finem. 5

¶ IDEM Eugeni⁹ diſpēſauit cū monialib⁹ ſancte Clare: ac tertij ordinis ſub obediētia fratrū minorū regularis obſeruātie exiſtētib⁹: vt ſolūmō teneātur ad illa ieiunia q̄ fr̄es dicti ordinis obſeruātes obligati ſunt. Itē ſup ſilētio ꝑpetuo p̄fatis monialib⁹.s.Clare i regl'a ipoſito:cōcedit gn̄ali ꝛ ꝓuicialib⁹ vt cū cōſilio diſcretoꝝ poſſit diſpēſare:ac ſilr̄ i qbuſcūq̄ alijs ꝑpetuis.b.fo.46.Et ffo.42.cō.47 6

Pro monialibus. Ieiunium. Silentium

¶ IDEM Eugenius diſpenſauit cum barbitonſoribus; vbi eſt conſuetudo in ſabbatis ꝛ vigilijs:de ſero radere barbas.o.fffo.101.conce.400. 7

Pius. 2.cōceſſit:ꝙ p̄lati ordinis mi.de obſeruātia:circa ſubditos ſuos poſſint cōdeſcēdere:ſeu diſpēſare cū debilib⁹ ꝛ infirmis:in ijs q̄ nō ſunt cōtraria regule. Et fuerūt exp̄ſſi aliq caſus:vt de ſotularib⁹ in itinere:ac de equitādo:licet non ſit arcta neceſſitas;vel infirmitas.o.fo.62.Et ffo.65.cōceſſione. 92. Et fffo.100.conceſſione.382. 8

Pro īfirmis

¶ Aduertēdū eſt circa hmōi cōceſſionē:ꝙ eſt velut ꝓpoſitio ſeipam falſificans. Nā primo dicit ꝙ poſſit diſpēſari in his q̄ nō ſunt cōtra regulā: ꝛ poſtea explicat aliqua q̄ ſunt manifeſte cōtra regulā. Ponit enim exēplū in equitatione ꝛ calciamētis ꝛc.q̄ ſunt manifeſte de obligatorijs. Et ꝓpterea videtur ꝙ debuit hic dicere:de his q̄ non ſunt cōtra tria ſubſtātialia vota. Vel intelligit nō eſſe cōtra regulā:quādo eſt neceſſitas talis q̄ bono modo alter fieri nō poteſt:ꝛ frater eſt dubi⁹.

Collector.

Sixtus. 4 dedit copioſam facultatē gn̄ali:ꝛ ꝓuincialib⁹: ꝛ eoꝝ vicarijs ad diſpēſandū ſuper quibuſcūq̄ irregularitatib⁹:cū fratribus ſui ordinis:exceptis tantū tribus. Vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§.14.Et in dictiōe Abſolutio extraordinaria quo ad fratres.§.5. 9

Irregularitas.

¶ IDEM Sixtus cōceſſit:ꝙ gn̄alis ꝛ ꝓuinciales ordinis mi.poſſint diſpēſare cū fr̄ib⁹ ſibi ſubditis:in irregularitate homicidij: dūmō tales homicidie non ſint certi ꝙ ipi actualiter occiderūt:nec ꝓ certo ſciāt ꝙ fuerūt tales mandatores: vel auxiliatores homicidij:ſic ꝙ ſine illis nullo modo fuiſſet tale homicidium perpetratum.o.fo.63.Et ffo.66.conce.102.Et fffo.95.conce.319. 10

Gn̄alis ꝛ ꝓuinciales. Irregularitas.

¶ IDEM Sixtus cōceſſit:ꝙ generalis fratrū mino.habeat auctoritatē diſpenſandi in irregularitate illorum fratrū mino.qui in bellis:vel in alijs cauſis ſanguinis effuſionis interfuerunt. Et ꝙ tales (ſi qui ſunt) dūmodo alias ſufficiētes fuerint:poſſint promoueri vſq̄ ad ſacerdotium. Et ꝙ in caſu quo aliqui ꝓpter iuris ignorantiā:de tali caſu non aduertētes promoti fuiſſent:poſſint in ſuſceptis ordinibus miniſtrare.o.fo.64.Et ffo.68.conce.129.Et fffo.96.conce.336. 11

Gn̄alis miniſter. Irregularitas.

¶ Aduerte:ꝙ hec cōceſſio videtur ſolū facta ꝓ illis fratribus qui tunc erant in predicto ordine:ꝛ nō ꝓ futuris. Et ideo non eſſet tutū vti illa impoſterum. Et tamen quidquid ſit de hoc:melior ꝛ copioſior eſt facultas immediate ſuprapoſita. Nā includit iſtam ꝛ amplius.

Collector.

¶ IDEM Sixt⁹ cōceſſit gn̄ali ꝛ ꝓuicialib⁹ miniſtris:ꝛ eoꝝ vicarijs:auctātē diſpenſandi cū fr̄ibus dicti ordinis mi.patiētib⁹ defectū natalīū ex adulterio: ſacrilegio:inceſtu:ꝛ quouis alio nefario ꝛ illicito coitu ꝓueniētē. Necnō cū ijs qui ex quauis cauſa (preterq̄ homicidij volūtarij:bigamie:ꝛ mutilatiōis mēbroꝝ) irregulares forēt:poſtq̄ ordinē ipm ꝓfeſſi fuerint:diſpēſare vt defectu ꝛ irregularitate hmōi nō obſtātib⁹:irregulares ipi ad q̄ſcūq̄3:etiā ſacros ordines ꝓmoueri: ꝛ i illis:etiā i altaris miniſterio miniſtrare. Et ꝙ tā ipi irregulares; q̄ defectū na 12

Gn̄alis ꝛ ꝓuinciales. Promotio ad ſacros ordines:ꝛ ad p̄laturas.

UVA. BHSC. IyR_230_1

taliū patientes predicti:ad quaſcunq; adminiſtrationes ⁊ officia dicti ordinis
eligi:recipi:⁊ aſſumi:illaq; gerere ⁊ exercere libere ⁊ licite valeāt.B.fo.61.Et ffo.
144.conceſſione.252.

15 Ex priuile. fratrū pdica. ¶ Idem Sixtus cōceſſit magiſtro gñali ⁊ priorib⁹ puincialibus ⁊ cōuentua
libus:ac eoꝝ vicarijs ordi.pdicatoꝝ:auctatē cū frib⁹ defectū nataliū ex adulterio:
ſacrilegio:inceſtu:⁊ quouis alio nephario ⁊ illicito coitu pueniētē patiētib⁹:nec
non cū his qui ex quauis cauſa:pterq; homicidij voluntarij:bigamie:⁊ mutila-
tionis mēbroꝝ irregulares forēt:diſpēſandi cum dicti ordinis predicatoꝝ pfeſſo
ribus poſtq; ipm ordinē pfeſſi fuerint:vt defectu ⁊ irregularitate hmōi nō obſtā-
Ordies ſacri tibus:irregulares ipi ad quoſcunq;:etiā ſacros ordines pmoueri:⁊ in illis etiā
in altaris miniſterio miniſtrare. Et q tā ipi irregulares:q; defectum nataliū patiē
tes predicti:ad quaſcunq; adminiſtrationes ⁊ officia eligi:recipi:et aſſumi:illaq;
licite gerere:libere ⁊ licite valeant.B.ffo.240.conce.57.

Collector. ¶ Aduertēdū eſt: q vt aſſerūt pres ordinis pdicatoꝝ: vicarij cōuētuū ſine ſupo
res nunq; habuerūt in vſu vti iſta facultate ſine ſpeciali cōmiſſione: niſi mortuo
vel amoto priore. Et ideo idem eſt ac ſi non fuiſſet cōceſſa.

14 Sacerdotiū Innocentius. 8.diſpēſauit cum toto ordine fratrum mi.q poſtq; fres
hmōi attigerint vigeſimū tertiū etatis annū: dū tñ ſuffi-
cientes ſint:poſſint pmoueri ad ſacerdotiū:⁊ miſſas celebrare:nō obſtāte iure:ce
teriſq; in cōtrariū faciētibus.o.fo.65.Et ffo.69.cōce.147.Et ffo.99.cōce.356.

Collector. ¶ Aduerte ad infra poſita in fine ſequentis conceſſionis.

15 Sacerdotiū ¶ Idem Innocentius cōceſſit poſtea:q generalis ⁊ puinciales poſſint diſ-
penſare cum fratribus ſuis in vigeſimo ſecūdo anno completo: quo ad ſacerdo-
tium.o.fo.65.Et ffo.69.conce.158.Et ffo.99.conce.356.

Collector. ¶ Sciendum eſt circa iſtam cōceſſionē ⁊ alteraȝ immediate ſupra poſitā: q poſt
mortem Innocentij.8.qui predictas cōceſſiones ſeu diſpenſationes fecit:fuit or-
dinatum in caplo generali Florentiaci celebrato:id quod ſequitur.

Statutū generale. ¶ Inſuper cū ad ordinē ſacerdotij nō debeat quis aſcēdere faciliter: niſi cui ſuf-
fragetur etas ⁊ morū grauitas:deinceps cū aliquo nō diſpēſetur vt ſacerdos effi
ciatur:qui viginti quinq; etatis ſue annos nōdum attigerit. Aut ſi caſus neceſſi-
tatis emerſerit:pter ſacerdotū paucitatē:ſaltē qui diſpenſauerit:cōſiliū quattuor
guardianoꝝ ſimul requirat:qui ſupra diſpēſandi neceſſitatē debeant arbitrari:
quoꝝ conſciētie ſint onerate:vt quod erit neceſſariū (penſatis vndiq; pēſandis)
ipi conſulant. Habetur hoc.fo.226.in tractatu.3.Et ffo.245.tractatu.7.

16 Uotum. ¶ Idem Innocentius cōceſſit:q cōfeſſores ordinis mi.obſeruātie:preſentati
ſecundum formā quā ipſe tradidit vel approbauit:q; habetur ſupra in dictiōe Ab
ſolutio quo ad ſeculares.1.in.§.12.poſſint diſpenſare in omnibus votis in quib⁹
poſſunt epi:exceptis votis peregrinatiōis vltra duas dietas.o.fo.65.Et ffo.69.
conceſſione.155.Et ffo.98.conceſſione.353.

17 Affinitas. ¶ Idem Innocētius fertur cōceſſiſſe: q cōfeſſores ordinis nri mino. poſſint
diſpēſare in affinitatib⁹ cōtractis poſt matrimoniū cōſumatū ratione coitus vi
ri cum cōſanguinea vxoris:aut ecōtra. Et hoc qū ſunt iuuenes dūtaxat.o.

Collector. ¶ Hec cōceſſio nō habetur in libris ordinis impreſſa:ſed ego reperi illā in quodā
libro cuiuſdā boni patris:⁊ peritiſſimi confeſſoris.

18 Pro frib⁹ pdicatoribus. Paupertas ¶ Idem Innocentius motu pprio ⁊ ex certa ſciētia diſpenſauit cū fratribus
ordinis pdicatoꝝ obſeruantib⁹ cōgregationis Hiſpanie:ſuper poſſeſſionibus ⁊
redditibus habendis:iuxta formā bulle mare magnū nuncupate:auferēdo male
dictionē ſancti Dñici:⁊ nō obſtātibus cōſtitutionib⁹ dicti ordinis phibētibus

UVA. BHSC. IyR_230_1

ne fratres eiuſdem ordinis habeant poſſeſſiones,o.ffo.76.conce.195. 19
¶Idem Innocentius diſpenſauit circa horam celebrandi miſſas: prout ha- Miſſas.
betur in dictione Miſſa.2.in.§.4.et.5.

Alexander.6.cõceſſit: ꝙ gñalis fratrũ mi.poſſit diſpẽſare cũ bizochis 20
viuẽtib⁹ in cõgregatione: q̃ fecerũt votũ religiõis ſancte Uotum.
Clare: ꝙ remaneãt ibi: ſi cõmode nõ pñt intrare monaſteria.s.Clare.o.ffo.99.
cõce.360. ¶Et Sixt⁹.4.cõceſſit: ꝙ poſſit diſpẽſari cũ dictis bizochis: dũmõ ſer-
uẽt tria vota ſubſtãtialia: q̃ñ nõ inueniũt q̃ velit eas acceptare. Et ꝙ q̃ñ bono mõ
nõ poſſunt intrare monaſteria ſancte Clare: ꝙ nõ teneãtur.o.ffo.99.conce.360.

Iulius.2.cõceſſit gñalib⁹ ordinis mi. facultatẽ diſpẽſandi ſup quacũq3 21
irregularitate p̃ fres ordinis p̃dicti regularis obſeruãtie. quomo Generalis
dolibet (p̃terq̃3 ex homicidio volũtario: aut p̃ſtatione auxilij: vel fauoris hmõi ho miniſter.
micidio: aut ex bigamia ꝓueniẽte) ita vt illa nõ obſtãte: ad oẽs ordines etiam ſa Irregulari-
cros: ac etiam preſbiteratus ꝓmoueri poſſint.o.ffo.91.conce.293. tas.
¶Idem Iulius diſpẽſauit cũ fratribus ordinis minimoꝝ: vt in vigeſimo ſe 22
cundo ſue etatis anno: ad preſbiteratus ordinem (alias tamen rite) ſe promoue- Sacerdotiũ
ri facere libere poſſint.B.ffo.8.conce.23.

Leo.10.diſpẽſauit i multis circa diuinũ officiũ: ꝓpter ſcrupuloſos ⁊ infir 23 Officium di-
mos: q̃ ponũtur infra in dictiõe Officiũ diuinũ.i.in multis.§. uinum.
¶Uide aliq̃ ad hmõi materiam attinentia: ſupra in dictione Declarare ⁊ de- Collector.
terminare. Et infra in dictione Infirmi fratres.

¶Ex priuilegijs monachorum ſancti Benedicti.

Martinus.5.cõceſſit priori ſancti Bñdicti vallis oleti: ⁊ virtute extẽſio- 24
nis poſtea facte oib⁹ priorib⁹ cõgregatiõis Hiſpanie: vt i fo- Pro frib⁹
ro cõſciẽtie monachos ab oĩ poſſit excõis ſñia abſoluere: etiã ſi talis ſit quam Excõicatio.
ipſe ſibi ſũm⁹ põtifex reſeruare cõſueuit. Et cũ eis ſup oĩ irregularitate ẽt i illiſcali Abſolutio.
b⁹ i q̃b⁹ papa ſibi vicẽ reſuati morte ve: ⁊ i mẽbroꝝ trũcatiõe: ⁊ enormi ſãguis Irregulari-
effuſiõe valeat diſpẽſare: dũ tñ aliqd hoꝝ triũ notoriũ nõ ſit. Et h̃ ꝓpt ſcãdalũ.O. tas.
¶Iſta cõceſſio quo ad cẽſuras ⁊ caſus qui in bulla cene dñi cõtinentur: de nihilo Collector.
deſeruit: ꝓpter ratiõnẽ poſitam in dictiõe Abſolutio ordinaria quo ad fratres.
poſt.§.13. Teſtimonium vero autenticũ hui⁹ cõceſſionis: inquiſiui ⁊ inueni ac vi
di in monaſterio ſancti Benedicti vallis oleti: ⁊ inde fideliter extraxi.

Eugenius.4.monachis ſancti Bñdicti obſeruãtie Italie: ne ab eoꝝ
quiete diſtrahi: et Romanã curiã ꝓ obtinẽdis licẽtijs fre- 25 Pro frib⁹
q̃ntare cogantur: ꝙ in oĩbus caſib⁹ in quibus de iure cõi prelatis ⁊ monachis
prefatis auctoritas ſeu licẽtia: ſeu diſpẽſatio ordinarij eſſet neceſſaria: ſi ab eodẽ
exẽpti nõ eſſent: p̃latis.abbatib⁹.priorib⁹.⁊ rectorib⁹ hmõi qui ꝓ tpe fuerint: vna
cũ eoꝝ conuentib⁹: de licẽtia tñ et conſenſu capl'i gñalis: aut preſidentis cũ ma- Capl'ꝫ gñale
iori parte viſitatorum: auctẽ aplica: abſq3 eo ꝙ ad ſedem aplicam habeant re-
curſum: hmõi licentiam. auctoritatẽ et diſpenſationem indulſit.B.
¶Idem Eugenius cõceſſit monachis p̃fati ordinis ad audiẽdas cõfeſſiões
per ſuos ſuperiores deputatis: diſpẽſare ſuꝑ oẽs caſus: p̃ter eos caſus de quib⁹ 26
ipſis cõfeſſoribus ad ordinarios videbitur recurrendũ: aut de quibus eſſet ſedes Pro ſecula
apoſtolica merito conſulenda.B. ribus.
¶Idem Eugeni⁹ cõceſſit: ꝙ vnuſquiſq3 abbas: prior: ſiue ſuperior cuiuſuis mo 27
naſterioꝝ ordis ſancti Bñdicti obſeruãtie poſſit libere ⁊ licite aplica auctẽ di Pro oblatis
ſpenſare cũ oib⁹ ⁊ ſingulis p̃ſentib⁹ ⁊ futuris donatis: oblatis: ac cõmiſſis dicto et donatis.
rũ monaſterioꝝ ab oib⁹ ⁊ ſingulis votis peregrinatiõis: etiã vltra marino: ⁊ apl'oꝝ

UVA. BHSC. IyR_230_1

Pro donatis ꝛ oblatis monaſteriorum. Petri ꝛ pauli: ꝛ ſancti Jacobi: ꝛ quibuſuis alijs votis: etiā ſi talia ſint ꝓpter q̄
ſedes ap̄lica merito ſit cōſulēda: ꝛ ea ī alia pietatis opa cōmutare. Voto religio
nis dūtaxat excepto: q̄ diu in ſocietate monaſterioꝝ hmōi obſeruātie fuerint. B.

28 ¶ IDEM Eugeni⁹ cōceſſit p̄latis cōgregatiōis ſancti Benedicti: pſonas volē
Votum. tes eoꝝ cōgregationi ſociari: q̄ religionē: locū ꝛ ordinē aliū quēcūq̄: etiā arctiorē
Pro nouicijs. vouiſſent: tali voto nō obſtāte: ad ꝓbationē ꝓfeſſionemq̄ recipere: eaſq̄ auctꝛate
Votum. ap̄lica ab ipo voto abſoluere: et cū ipis diſpēſare: dūmodo in tali religiōe: ſeu or
dine de q̄ vouiſſent: ꝓfeſſionē nō emiſerint. Qḋ ſi tn̄ ante ꝓfeſſionē emiſſā ab ipa
receſſerint cōgregatione: hmōi diſpēſatio: nullius ſit roboris vel momēti. B.

29 ¶ IDEM Eugeni⁹ cōceſſit monachis p̄fatis ad audiēdas cōfeſſiones deputa
Pro ſecularibus. tis ab ipoꝝ p̄latis: vt vota oīa ꝓmutare: ac in oib⁹ ꝛ ſingulis caſib⁹: etiā ordina
Vota. rijs: aut ꝑ ſinodales vel ꝓuinciales cōſtitutiōes reſeruatis: cū ſibi cōfeſſis diſpē
ſare: p̄ter eas cēſuras ꝛ penas: vota ꝛ caſ⁹ de quib⁹ eſſet merito ſedes ap̄lica cōſu
lenda. B. ¶ Ex priuilegijs ordinis ſancti Joannis hieroſolimitani.

30 Clemens conceſſit magiſtro ꝛ frib⁹ hoſpitalis ſancti Joānis hieroſo
Pro ſecularibus. limitani: vt de votis oībus ꝛ penitētijs iniunctis: ſeu p̄termiſ
Vota. ſis: aut etiā iniungēdis ꝓ pctīs oībus: a pctōrib⁹ cōfeſſis: aut volētib⁹ penitētia
Elemoſina liter cōfiteri: ſatiſfactionē de bonis a deo eis collatis recipere valeāt. Ita q̄ illi q
hmōi frib⁹ ex p̄dictis charitatiue aliq̄ largiētur: ſint a p̄fatis votis et penitentijs
hmōi plenarie abſoluti: terre ſancte: et caſtitatis votis dūtaxat exceptis. B.

## Eccleſie fratrum.

¶ Diſtinctio materie eccleſiarum fratrum.

Collector. Quo ad eccl̄ias fratrū mēdicantiū: multa et varia reperiūtur in priuilegijs
eorūdē fratrū cōceſſa et ſtatuta. ¶ Et primo ea q̄ ꝑtinēt ad edificationem
hmōi eccl̄iarū: ponūtur in dictiōe Edificare. Ac etiā nōnulla ad idē ꝑtinētia: ha
bētur in dictiōe Altare. ¶ Scḋo illa q̄ attinēt ad bn̄dictionē ſeu cōſecrationē p̄di
ctarū eccl̄iarū: poſita ſunt ſup̄ in dictiōib⁹ Bn̄dicere et Cōſecrare. ¶ Tertio alia
q̄ cōcernūt exēptionē et imunitatē earūdē eccl̄iarū: reperiētur ī dictiōe Exēptio.
§.10.et.21.et hic infra.§.5.et.9.et.17.ac.18. ¶ Quarto ſunt aliq̄ q̄ frēs p̄dicti tenē
tur ſeruare ī ſuis eccl̄ijs reſpectu p̄latoꝝ eccl̄ie: ꝓut hꝫ infra.§.10.et.11. ¶ Quinto
ſunt nōnulla cōcernētia libertatē veniendi ad eccl̄ias frm̄: ꝓut hētur infra.§.4. et
12.et.13. ¶ Ultimo īueniūtur multe īdulgētie cōceſſe viſitātib⁹ p̄fatas eccl̄ias. Sꝫ
hec ad lōgū cōtinētur in dictiōe Indulgētie quo ad ſeculares.1.et.2.ac.3.

1 Innocenti⁹. 4. decreuit: vt oēs eccl̄ie fratrū mi. vbi cōuēt⁹
exiſtūt: cōuētuales vocētur. Et cōceſſit licētiā
vt in ipis eccl̄ijs ad op⁹ fratrū: et cōuerſoꝝ: ſeu oblatoꝝ ſuoꝝ: li
bere hr̄e cemiteria poſſint et valeāt. b.fo.21. Et ff.fo.23. conce.9.
Collector. ¶ Notādū q̄ hmōi cōceſſio fuit ꝓ ꝑncipio ordinis. Nā poſtea ꝓ
omnibus chriſti fidelibus habuimus liberam ſepulturam: vt pa
tet infra in dictione Sepultura.

2 ¶ IDEM Innocētius cōceſſit frib⁹ ordinis ſancti Auguſtini: vt ꝓ cōſecratio
Pro fratribus Auguſtinēſibus. nibus altariū: ſeu eccl̄iarū: ac ꝓ oleo ſācto: ꝛ quolibet eccl̄iaſtico ſacramēto: nul
lus ab eis ſub obtētu cōſuetudinis: vel alio modo: quicq̄ audeat extorq̄re: ſꝫ hec
oīa gratis eis ep̄i dioceſani impēdāt: alioquin liceat eis q̄ſcūq̄ maluerit catholi
Epiſcopi. cos adire antiſtites: gratiā ꝛ cōmunionē ap̄lice ſedis habētes: qui ap̄lica aucto
ritate faciant p̄dicta. Et voluit q̄ ſi ſedes dioceſanoꝝ epoꝝ forte vacauerint: in
Sacramēta terim omnia eccleſiaſtica ſacramēta: a vicinis epiſcopis accipere libere ꝛ abſq̄

UVA. BHSC. IyR_230_1

contradictione poſſint. Sic tamen vt ex hoc in poſterum proprijs epiſcopis nullum preiudicium generetur. B. ffo. 247. conce. 605. Uide circa hoc infra. §. 9.

**Clemens** 4. inhibuit: vt nullus eccleſias aut loca fratrũ mi. auſu temerario preſumat infringere: aut in illis dãnabilẽ violentiam exercere. Et voluit: ꝙ illi qui ſecus facere preſumpſerint: ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant: a qua non poſſint abſolui niſi per ſedem apoſtolicam: vel per conſeruatores ab ea: eidem ordini deputatos. B. ffo. 105. cõce. 226. 3 Excõicatio.

¶ Circa hoc vide infra. §. 18.

¶ IDEM Clemens informatus: ꝙ prelati eccleſiarum ac rectores et clerici ſubditos ſuos ſub excõmunicationis et interdicti penis: ꝓ libito: ſine cauſa rationabili ꝓhibebant ne ad domos fratrũ eremitarũ ſancti Auguſtini ꝓ diuinis officijs audiendis accederẽt: ⁊ ne illis eleemoſinas largirentur: ⁊ ſubditos prefatos ad ſeruandum ꝓhibitionem hmõi per ſubtractionem ſacramentorum eccleſiaſticorum cõpellebant: inhibuit diſtricte ne talia vel his ſimilia in ipſorum fratrũ preiudicium decetero facere attẽptarent. ¶ Precepitq; quatenus hmõi inhibitionem inuiolabiliter obſeruarent: a predictorum fratrũ indebitis grauaminibus ac iniurijs impoſterũ deſiſtentes. B. ffo. 77. conce. 232. 4 Inhibitio.

**Sixtus.** 4. conceſſit fratribus mi. vt in eccleſijs curatis: ſeu parrochialibꝰ quas eos habere contigerit: poſſint per capellanũ per eos pro eorum nutu ponendum ⁊ ammouendũ: curã hmõi exercere. Qui q̃diu capellanatus hmõi fungetur officio: ac ſi dicti ordinis mi. ꝓfeſſor exiſteret: dictorũ fratrum libertate ⁊ exemptione fruatur. Eccleſie vero predicte ⁊ illarũ bona: illa (qua domus fratrũ ꝑdicti ordinis) ꝑrogatiua letentur. B. fo. 60. Et ffo. 144. cõce. 351. 5 Pro eccl'ijs parrochialibus fratrum Exemptio.

¶ Iſta conceſſio cũ repugnet obſeruantie: eſt ſolum ꝓ conuentualibus. Et circa prefatam conceſſionem vide infra. §. 8. Collector.

**Julius.** 2. conceſſit fratribus ordinis minimorũ: ꝙ omnes ⁊ ſingulas eccleſias ⁊ oratoria quecunq; eiuſdem ordinis: tam recepta q̃ recipienda: nondum conſecratas: ſeu conſecrata: facta prius requiſitione epiſcopis locorum: eiſq; recuſantibus vel negligentibus: per quẽlibet alium catholicum epiſcopum poſſint conſecrari facere. B. ffo. 8. conce. 28. 6 Pro fr̄ibus minimis. Conſecrare

¶ IDEM Julius fecit prelatis hmõi minimorũ quãdã cõceſſionẽ circa reconciliationem ſuarũ eccleſiarũ: vt habetur ſupra Benedicere. §. 11. 7 Reconciliatio eccleſie.

**Leo.** 10. in concilio Lateranenſi ſtatuit ⁊ ordinauit: ꝙ epiſcopi ⁊ eorum ſuperiores ⁊ alij prelati eccleſiarũ: poſſint viſitare eccleſias parrochiales: ad fratres (ratione locorũ legitime ſpectantes) quo ad ea que ad parrochianorum curã ⁊ ſacramẽtorum conſeruationẽ ⁊ adminiſtrationẽ pertinent: ſine tamen viſitatorũ inſolito grauamine vel impenſa. Et ſimiliter ſtatuit: ꝙ predictarũ eccleſiarũ curam gerentes: ⁊ circa illam delinquentes: ſi religioſi fuerint: iuxta ipſius ordinis regularia inſtituta: intra ſepta regularis loci: ſeculares vero preſbiteros et fratres huiuſmodi beneficia obtinentes: libere tanq; ſue iuriſdictioni ſubiectos: punire poſſint prefati prelati eccl'iarum. B. ffo. 25. conce. 69. 8 Uiſitare.

¶ IDEM Leo in prefato concilio ſtatuit: ꝙ fratres ab alieno epiſcopo cõſecrationem eccleſie: vel altaris: aut cemiterij benedictionem petere nequeant: nec in eccleſijs per eos ꝓ tempore edificandis primũ lapidẽ per alienũ ep̄m poni facere: niſi vbi ordinarius his aut ter (cũ debitis reuerentia ⁊ inſtantia) requiſitus: ſine legitima cauſa id recuſauerit. B. ffo. 26. conce. 79. 9 Epiſcopi. Benedicere

UVA. BHSC. IyR_230_1

10 Prohibitio ¶ IDEM Leo ſtatuit: ꝙ vt debitus honor matrici eccleſie reddatur: tā fratres q̄ alij clerici ſeculares: die ſabbati maioris hebdomade anteq̄ campana cathedralis vel matricis eccleſie pulſauerit: cāpanas in eccleſijs ſuis pulſare minime poſſint. Contra aūt faciētes: penā centū ducatorū incurrāt. B. ffo. 26. cōce. 80.

11 Cenſure. ¶ IDEM Leo ſtatuit: vt cenſuras per ordinarios latas ꝛ promulgatas: ac in matrici eccleſia ciuitatum: necnon in collegiatis ꝛ parrochialib⁹ eccleſijs caſtrorum ꝛ oppidorum reſpectiue ſolenniter publicatas: teneantur fratres (quādo ſuper hoc ab eiſdem ordinarijs fuerint requiſiti) in eccleſijs domorum ſuarum publicare: ac ſeruare. B. ffo. 26. conce. 81.

12 ¶ IDEM Leo declarauit ꝛ ſtatuit: ꝙ omnes chriſti fideles vtriuſq̄ ſexus: qui non contempto proprio ſacerdote parrochiali in eccleſijs fratrum ordinū mendicantium: dn̄icis ꝛ feſtiuis diebus miſſas audiunt: ſatiſfacere precepto eccleſie de miſſa audienda: nec in aliquā labē peccati mortalis: aut penā ꝓpterea incurrere: in cōtrariū facientibus nō obſtātibus quibuſcūq̄. B. ffo. 27. conce. 90.

13 ¶ IDEM Leo poſtea prefatas litteras confirmauit ꝛ ampliauit: ac ſuper illas executores dedit. B. ffo. 47. conce. 142.

14 ¶ IDEM Leo circa benedictionem ꝛ recōciliationē eccleſiarū fecit aliam conceſſionem: q̄ poſita eſt in dictione Benedicere. §. 12.

15 ¶ IDEM Leo cōceſſit: ꝙ adueniente caſu neceſſitatis: ecclīe tam fratrum mi. q̄ monialiū ſancte Clare obſer. poſſint transferri et mutari de vno loco ad aliū: ꝛ locus prioris eccleſie reduci ad vſus humanos: ſecundum cōmoditatem dictorum locorum ꝛ monaſteriorum: dummodo materia edificiorum ponatur in eccleſia alia. o. ffo. 92. conceſſione. 277.

16 ¶ IDEM Leo conceſſit poſtea: ꝙ miniſtri prouinciales ordinis mi. loca eis minus commoda: ab ipſis non omnino derelicta: poſt conſtitutionem Bonifacij pape. 8. conſtructa: poſſint illa pro ſua deuotione tenere ſine fratrib⁹ illa inhabitantibus. Ita tamen ꝙ aliquando ea viſitent: cum tempus oportunum fuerit: ꝛ in eorum eccleſijs aliquando celebrent. O. ffo. 61. conceſſione. 189.

17 Sepultur̄s. Exhumare. ¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ prelati ordinis minorū obſeruantie poſſint in ſuis eccleſijs ꝛ capellis: exhumare corpora defunctorum: ꝛ ad alias ſepulturas in eiſdem eccleſijs ſuis transferre: de conſenſu tamen illorum quorū intereſt. O. ffo. 58. conceſſione. 162.

18 Abſolutio. ¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ infringentes: vel aliquam violentiā in eccleſijs vel locis fratrum mi. facientes poſſint abſolui: prout poſitum eſt ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 2. §. 15.

¶ Ex priuilegijs monachorum ſancti Benedicti.

19 Reconciliatio eccl̄iarū violatarum. Collector. **Benedictus**. 13. conceſſit monachis ordinis ſancti Benedicti: ꝙ ſi cōtigerit eccleſias ſuorū monaſteriorū aliquo caſu violari: ꝙ priores cū aqua Gregoriana: eas valeant reconciliare. o.

¶ Aqua Gregoriana de qua in ſuprascripta conceſſione fit mentio: eſt aqua benedicta per aliquem ep̄m catholicū. Et dr̄ Gregoriana: q2 a gregorio papa fuit ordinata. Sic autē debere intelligi: accepi ego a quodā peritiſſimo patre prelati ordinis ſancti Benedicti. Et apud ipos intellexi ſic praticari.

# Edificare.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

UVA. BHSC. IyR_230_1

CIrca edificationem eccleſiarum ⁊ cõuentuũ fratrũ mino. ⁊ aliorum mendi- cantium: reperiuntur multa ⁊ varia in priuilegijs predictorũ fratrũ que infe- rius tali ordine ponuntur. ¶ Primum nãq locũ habent ea que ſpectant ad fra- tres mi. in particulari. ¶ Reliqua vero loca poſſident ſucceſſiue illa que ad alios fratres mendicantes pertinent: prout infra videbitur. Collector.

¶ Pro fratribus ordinis minorum.

1 CLemens. 4. prohibuit fratribus ordinis pdicatorũ: ⁊ peni- tentie Jeſu Chriſti: ⁊ Carmelitarũ: ac ſancti Au- guſtini: ⁊ monialibus ſancte Clare: aliorũq ordinũ in pauperta- te fundatorũ: ac oibus mulieribus predictorũ ordinũ: aut aliorũ quorũcũq: ne aliquod monaſteriũ: eccleſiã: aut oratoriũ edificare ſeu cõſtruere preſumãt: infra ſpaciũ trecẽtarũ cannarũ: ab eccl'ijs fratrũ mi. menſurandarũ per aerẽ: etiã vbi alias recte mẽſurari loci diſpoſitio nõ permittit. Nulli quoq ſeculari vel religioſo cuiuſcũq profeſſionis voluit licere: ec- cleſiam vel monaſteriũ ſeu oratoriũ iam edificatũ in aliquem transferre de ordini- bus memoratis infra ſpaciũ predictarũ trecentarũ cãnarũ. Et quãlibet iſtarũ can- narum voluit octo palmorũ longitudinẽ continere: non obſtãte varia locorũ con- ſuetudine: ſiue priuilegijs ⁊ litteris quibuſcunq a ſede apoſtolica ſub quacunq verborũ forma cõceſſis: ſeu etiã concedendis: que de preſentibus ſpecialẽ ⁊ expſ- ſam non fecerint mentionem. Preterea ſtatuit: vt quidquid cõtra huiuſmodi or- dinationis ⁊ inhibitionis tenorẽ: ex nunc in antea edificatũ fuerit: diruatur. b. fo. 31. Et ffo. 30. conce. 28. Circa hoc vide infra. §. 9. Prohibitio.

¶ JDEM Clemens cõceſſit: q liceat fratribus ordinis minorũ: cum de priori- bus locis ſuis ad alia loca ſe transferũt: tam omnẽ edificiorũ materiam locorũ que dimittunt (dedicatis eccleſijs dumtaxat exceptis) q libros: calices ⁊ para- menta: ſecum ad alia loca transferre. Ac edificia ipſa cũ ſolo ⁊ alijs ad eadem lo- ca pertinentia (preter eccleſias) per perſonas a ſede apoſtolica deputatas. i. per ſindicos vendere: ipſorumq precium in aliorũ locorũ ad que dicti fratres ſe trans- ferunt edificationẽ: ſeu alias in eorũ vtilitatem cõuertere: ſcdm quod eis meli⁹ vi- debitur expedire. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 340. 2 Vendere.

BOnifacius. 8. phibuit: ne aliquis vel aliqui ordinis pdicatorũ: vel mi- norum aliorũue mẽdicantiũ: quibuſcunq ſup hoc priuile- gijs muniti exiſtãt: q ipis cõtra tenorẽ hmõi cõſtitutiõis nullatenus voluit ſuffra- gari: in aliqua ciuitate. caſtro. villa. ſeu loco quocũq: ad habitandũ domos vel lo- ca quecũq de nouo recipere: vel recepta mutare: vel ea venditionis. permutatio- nis. donationis: aut cuiuſuis alienationis titulo: quomodocũq in alios transfer- re preſumant abſq ſedis apoſtolice licentia ſpeciali: plenam ⁊ expreſſam faciente de prohibitione hmõi mẽtionẽ. Et ſi ſecus egerint: irritũ eſſe decreuit. Habetur in. c. Cum ex eo. de exceſſibus prelatorum. lib. 6. 3 Ex iure cõl.

CLemens. 5. in declaratione regule fratrũ mi. declarauit: non conuenire predictis fratribus vllo modo: q fieri faciãt: vel fieri ſuſtineãt eccleſias vel alia quecũq edificia: que conſiderato fratrum inhabitãtium nume- ro: exceſſiua in magnitudine ⁊ multitudine debeãt reputari. Jdeoq voluit q vbi- q in toto ordine fratres temperatis ⁊ humilibus edificijs ſint contenti: ne tante paupertati promiſſe: quod patet oculis: contrarium foris clamet. b. fo. 15. tracta- tu tertio. Et. b. ffo. 16. tractatu. 2. 4 Paupertas.

UVA. BHSC. IyR_230_1

5 Contra f̃res cōuētuales. Excōicatio. **Paulus.** 2. inhibuit fratribus mi. conuentualibus: ſub excōmunicationis pena: ipſo facto incurrenda: ⁊ a qua nequeant abſolui niſi ꝑ Romanum pontificem (preterq̃ in mortis articulo) ne proprio motu vel induſtria: aut per ſe: vel aliū: ſeu alios: quouis queſito colore impediant fratres predicti ordinis obſeruantes: recipere domos eis oblatas: neq̃ eiſdem moleſtiam aliquã inferre preſumant. B. ff̃o. 94. conce. 204.

Collector. ¶ Aduerte: ꝙ cū circa hoc ſit in bulla cōcordie Leonis ꝓuiſum: videtur expiraſſe.

6 **Sixtus.** 4. conceſſit omnibus fratribus mi. obſeruātie: ꝙ ſana conſciētia poſſint habitare domos quas habent in ciuitatibus ⁊ caſtellis: pro eorum cōmoditate. o. fo. 63. Et ff̃o. 66. conce. 101.

7 ¶ IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ fratres mino. predicti non obligentur in conſciētia: ſi non recipiant loca vel monaſteria: tam fratrū conuentualiū: q̃ etiā de nouo
Excōicatio. erigenda: vel alia quecūq̃: etiā ſi eis precipiatur per obediētiam: ⁊ ſub pena excōmunicationis late ſententie ⁊ alijs cenſuris. o. fo. 63. Et ff̃o. 67. conce. 112.

Collector. ¶ Supradictum eſt ſane intelligendū. Nam ſi iſtud preciperetur nobis modo: teneremur obtemperare.

8 Generalis miniſter. ¶ IDEM Sixtus conceſſit generali fratrū mi. obſeruantie licentiam ⁊ facultatem: ea loca que fratribus ſuis minus cōmoda eſſe cognouerit: dimittendi in manibus ordinariorum locorum: ⁊ illa licite deſerendi: ꝓut ei viſum fuerit expedire: Super quo eiuſdē generalis cōſcientiā onerat. Et hoc voluit: nō obſtante cōſtitutione Bonifacij. 8. ꝓhibēte loca ſemel recepta non deſeri: ⁊ alijs apoſtolicis conſtitutionibus: ceteriſq̃ contrarijs quibuſcunq̃. B. fo. 47. Et ff̃o. 131. conce. 293.

9 Cōicatio priuilegiorum. **Iulius.** 2. declarauit ꝙ coarctatio ſeu reductio trecentarū cannarū ad centum quadraginta: contra fratrū predicatorum priuilegiū facta ꝑ Clementem. 4. nō debet nocere fratribus mino. Nec priuilegiorū cōicationē in
Nota. damnū: ſed in fauorem predictorū fratrū mi. eſſe conceſſam. Ac potiori ꝓ cautela predictū priuilegiū Clementis: trecentarū cānarū: ſupra. §. 1. poſitū: ⁊ inde ſequuta quecūq̃ predictis fratribus minoribus confirmauit ⁊ approbauit: ⁊ quaten⁹ opus eſſet: predictarū trecentarū cānarū priuilegiū: auctoritate apoſtolica eiſdem fratribus mi. de nouo cōceſſit. B. ff̃o. 231. conce. 535. Et ff̃o. 73. conce. 221.

10 ¶ IDEM Iulius conceſſit fratribus mi. ꝙ ſi a principe: duce: marchione: aut comite: vt aliquā domū dicti ordinis edificent: requiſiti fuerint: domū hm̃oi pro vſu ⁊ habitatione perpetuis fratrū dicti ordinis regularis obſeruantie: cōſtrui ⁊ edificari: ac locū pro huiuſmodi conſtructione recipere poſſint ⁊ valeant. B. fo. 43. Et ff̃o. 126. conce. 278.

11 ¶ IDEM Iulius approbauit cōceſſionem immediate ſuprapoſitā: ſupplendo aliquos defectus qui in eius relatione interuenerant. Ac voluit ⁊ decreuit ꝙ littere predicte valeant: ⁊ predictis fratribus ſuffragentur: non obſtante conſtitutione Bonifacij. 8. in contrarium faciente: ceteriſq̃ contrarijs quibuſcunq̃. B. ff̃o. 211. conce. 515. Et ff̃o. 71. conce. 218.

12 ¶ IDEM Iulius ſtatuit: ꝙ fratres mi. qui in vna prouincia ſcd̃m morē dicti
Prouincia. ordinis viuunt: nequeant edificare domos in alia prouincia que ſub aliena obedientia exiſtant: niſi de licentia generalis. Et decreuit irritū ⁊ inane quicquid in cōtrarium attentari contigerit. B. fo. 43. Et ff̃o. 126. conce. 276.

13 Prouincia. ¶ IDEM Iulius ſtatuit circa ſupradicta clarius idem quod antea. ſ. ꝙ fratres mino: obſeruantie: cuiuſcunq̃ prouincie ſeu cuſtodie: in alia quacunq̃ prouincia

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſeu cuſtodia:etiam de obſeruantia:domos p eorū vſu ꝛ habitatione: non ſolum non edificent:ſed nec ab alijs quibuſcunqꝫ perſonis (ſine licentia generalis) edificatas recipere valeant.B.ffo.227.conce.532.

**Leo.** 10.conceſſit:ꝙ adueniente caſu neceſſitatis: eccleſie tam fratrum mi. 14 Pro eccleſijs frm ꝛ monialium.
ꝗ̄ monialium ſancte Clare obſeruan.poſſint transferri ꝛ mutari de vno loco ad alium. Et locus prioris eccleſie reduci ad vſus humanos: ſecundū cōmoditatem dictorum locorum ꝛ monaſteriorum:dummodo materia edificiorum ponatur in eccleſia alia.o.ffo.92.conce.277.

¶ Pro fratribus predicatoribus.

**Clemens.** 4.poſtꝗ̄ conſimile priuilegium ſicut ſuprapoſitum.§.1.cōceſſerat fratribus ordinis predicatorū:reſtrinxit illud quo ad huiuſmodi fratres:reducēdo ad ſpacium centum quadraginta cannarum. b.fo.30. Et ffo.31.conce.29.Uide ſupra.§.9. 15 Reſtrictio.

¶ Pro fratribus Carmelitis.

¶ Idem Clemens.4.conceſſit fratribus ordinis Carmelitarum: ne aliqui religioſi ordinū mendicantiū:eccleſias ſeu queuis loca edificare ſeu conſtruere:aut per alios cōſtructa:ſeu edificata recipere:aut inhabitare iuxta loca predicti ordinis:infra ſpaciū centū quadraginta cannarū menſurandarū etiā per aera (vbi alias recte non permitteret loci diſpoſitio menſurari) ꝗ̄ quomodo p̄ſumant:decernens quicquid ſecus actū fuerit irritū ꝛ inane.B.fo.89.Et ffo.172.cō.403. 16

**Urbanus.** 4.conceſſit fratribus ordinis Carmelitarū:vt ſi aliqui chriſti fideles aliqua loca ad ſe ſpectantia: que feudalia ſeu cenſualia non exiſtant:eis contulerint:liceat eis de conſenſu dioceſanorū illa recipere: ac in eorum ſingulis eccleſiam aut oratorium cum campanili conſtruere:ꝛ inibi diuina o.ficia celebrare.B.fo.81.Et ffo.165.conce.388. 17 Epiſcopi.

¶ Aduerte:ꝙ prefata cōceſſio eſt valde notabilis:ſed multomagis ampliatio eiꝰ: que immediate ſequitur:et alia in.§.21.infra poſita. Collector.

**Sixtus.** 4.confirmauit ſupradictā conceſſionē Urbani: ꝛ inſuper extēdit illam ad quecūqꝫ loca: domos ꝛ eccleſias etiā parrochiales: non obſtante cōſtitutione Bonifacij.8.ꝓhibēte ne cuiuſuis ordinū mendicantiū fratres:noua loca ad habitandum recipiāt:vel recepta mutare preſumant:ſine ſedis apoſtolice licentia ſpeciali:faciente ſpecialem ꝛ expreſſam de prohibitione hm̄oi mentionē.B.fo.104.Et ffo.187.conceſſione.481. 18 Ampliatio. Nota.

¶ Uide aliam conceſſionem adhuc ampliorem que ponitur infra.§.20. Collector.

¶ Idem Sixtus ꝓhibuit:vt nō ſolū fratres mendicantes: verū etiā quicunqꝫ alij religioſi vel eccleſiaſtice perſone vtriuſqꝫ ſexus: ꝓpe domos fratrū dicti ordinis de Monte carmelo:nouas eccleſias ꝛ loca conſtruere: vel alias de nouo recipere ꝛ habere poſſint:infra ſpaciū centum quadraginta cannarū per aerem mēſurandarū:vbi alias cōmode per terrā menſurari non poſſent. Et ꝙ ſi quis (cuiuſuis conditionis: ſtatus:aut dignitatis fuerit) contra predicta venire aūt agere preſumpſerit: tam ipſe ꝗ̄ auxiliu vel fauorem preſtantes:ipſo facto incurrāt ſententiam excōicationis. Et nihilominus cuncta ꝛ ſingula ab eis facta:pro infectis habeantur.B.fo.100.Et ffo.184.conceſſione.457. 19 Excōicatio

¶ Pro fratribus ordinis minimorum.

**Iulius.** 2.conceſſit fratribus ordinis minimorū:vt domos ſeu eccleſias: loca ꝛ oratoria quecunqꝫ pro eorum perpetuis vſu ꝛ habitatiōe 20



UVA. BHSC. IyR_230_1

Conſeruatores. poſſint conſtruere ⁊ edificare: ſeu cōſtrui ⁊ edificari facere: abſq; alia deſup faciēda noua cōceſſione ap̄lica. Et q᷑ ordinis p̄dicti cōſeruatores quoties op⁹ fuerit: eidē ordini minimorū: ac illius perſonis: in premiſſis efficacis defenſiōis preſidio aſſiſtāt. Ac ne prelati eccl'iaſtici quicūq;: cuiuſcūq; nobilitatis exiſtant: in aliquo dānificare: moleſtare: perturbare nec inquietare vllatenus audeāt: ſub excōicationis late ſentētie pena inhibere poſſint. B. ffo. 8. conce. 27.

Excōicatio.

Collector. ¶ Aduerte: q᷑ in hm̄oi cōceſſione cōceditur: q᷑ predicti fratres poſſint edificare loca ſeu cōuentus vbiq;: ſeu edificata recipere abſq; aliqua licētia: etiam ordinario aut alio prelato eccl'iaſtico contradicēte. Hoc autē eſt quid magnū: ⁊ nuſq; alias conceſſum: ſaltem q᷑ reperiatur in libris priuilegiorum ordinum. Et ſupradictū fuit praticatū de facto: ⁊ obtētum ab ipis minimis cōtra archiep̄m Hiſpalēſem: ſicut patet in dicto priuilegio.

Nota.

¶ Ex priuilegijs Cartuſieñ.

a Innocentius. 4. ſtatuit: vt infra dimidiā leucā a terminis poſſeſſionū Cartuſienſium: nulli religioſo liceat quodlibet edificiū conſtruere: vel poſſeſſiones acquirere. B.

## Egredi ordinem vel clauſuram.

Collector. Circa egreſſionem fratrum mino. obſeruantie ab ordine: ſeu ab obedientia prelatorum: continentur multa in priuilegijs predictorū fratrum: prout habētur ſup in dictiōibus Apoſtate. Exēpti fratres. Eijcere ſeu expellere ab ordine. ¶ Quo ad egreſſum vero monialium ſancte Clare a clauſura ſuorum monaſteriorum: in quibus caſibus liceat ⁊ in quib⁹ non: habetur ſupra in dictione Clauſura monialium.

## ¶ Eijcere ſeu expellere ab ordine.

1 Predicatio. Confeſſio. Innocenti⁹. 4. p̄hibuit diſtricte vt fratres minores quos generalis aut prouinciales miniſtri: ab ordine p̄ ſuis culpis expellere cōtigerit: vel egreſſi fuerint proprio ſuo motu: non preſumant predicare: ſeu confeſſiones audire: vel docere: niſi (de licentia ſedis apoſtolice: aut predictorū miniſtrorum) ad alium tranſierint ordinem. Et voluit q᷑ ſi contra hm̄oi inhibitionem aliquid fuerit temere attentatum: poſſint dicti miniſtri in illos ſententiam

Excōicatio. excōmunicationis promulgare. B. fo. 36. Et ffo 120. conce. 261.

2 Licentia. ¶ Idem Innocentius conceſſit: vt eiecti vel egreſſi de predicto ordine mino. poſſint trāſire ad alios ordines approbatos: preterq; ad beati Auguſtini. Templariorum. Hoſpitalariorū: ⁊ aliorū religioſorum arma portātiū. Deferēdo tamē litteras teſtimoniales generalis vel prouincialis dicti ordinis. Et inhibuit diſtricte ne tales fratres aliter ad aliū ordinem tranſeant: vel aliqui eos recipere ſeu

Recipe fres. retinere preſumant: abſq; licentia ſpeciali ſedis apoſtolice faciente de preſentib⁹ mētionem. B. fo. 37. Et ffo. 120. conce. 262.

3 Clemens. 4. in mari magno prohibuit ⁊ ſtatuit ſupradicta per eadem verba formalia. B. fo. 98. Et ffo. 141. conce. 330. et. 331.

4 Generalis. Prouinciales. Alexander. 6. conceſſit facultatem generalibus ordinis minorū vt per ſemetipſos dūtaxat: ⁊ prouincialibus: vt per eos cum conſenſu maioris partis capituli prouincialis: fratres dicti ordinis quos incorregi-

UVA. BHSC. IyR_230_1

biles repererint: habitu expoliare valeant: ⁊ ab ordine eijcere. Ac contra quoſcun
q; eis auxiliū: conſilium: vel fauorem publice vel occulte: directe vel indirecte: aut Habitꝰ ordinis minorū.
quouis queſito colore ſuper dicti habitus delatione preſtantes: etiam cuiuſcunq; Incorregibiles.
dignitatis: gradus: ordinis et cōditionis fuerint: per cēſuras eccleſiaſticas: ac alia
iuris oportuna remedia (appellatione poſtpoſita) ꝓcedendi: inuocando etiam
ſi opus fuerit auxiliū brachij ſecularis. b. ffo. 56. conce. 65.

¶ Prefata conceſſio nō eſt abſolute ac indiſtincte intelligēda: ſed iuxta doctrinā Collector.
ſancti Bonauēture in q̄ſtionibꝰ ſuper regulā fratrū mi. q. 14. vbi q̄rit. Si liceat or
dini eijcere aliquē ꝑ demeritis? Ad quā q̄ſtionē reſpōdens dicit ſic. Si frater ali Sanctꝰ Bonauentura.
ter viuit q̄ʒ in ordine: ⁊ ſepiꝰ correctꝰ ſe nō ſufficiēter correxerit: ſi exceſſus occul
tus ſit: tolleretur: ⁊ cū cautela ꝓpter ſcandalū: ne ſi abijceretur cū eius culpa non
pateat: videretur iniuſte ꝑiectꝰ: aut pctm̄ iniuſte ꝑpalaretur: qḋ vtrūq; illicitū vr̄.
Si vero exceſſus eiꝰ graues fuerint ⁊ notorij: q̄ alij eiꝰ exēplo poſſint inſici ſi reti
neatur in ordine: ⁊ extranei ſcandalizarētur: q̄ talis in ordine ſuſtineretur: tū pro
pter auferendū ſcandalū: tū ꝓpter corruptionē ordinis ꝑcauendā: dʒ eijci preuari
cator voti ⁊ pacti ſui: q: iam ordo nō tenetur ei de ꝓmiſſo tenēdi eū ſecū: qui pro
miſſum ſuū preuaricādo pluries violauit. Cū ideo ſit vocatus ordo: q̄ nihil inor
dinatum in ſe patiatur. Qḋ ſi deo permittente talis ſeipm̄ eijceret: gratie ſunt deo Nota.
referēde: non q: ille peccauit: ſʒ q̄ oues ſuas a peſtifera contagione liberauit. Vn̄
apoſtolus ad Gala. 5. Vtinā (inquit) abſcindātur: qui vos cōturbāt. ſ. puritatē
vr̄am: pacē ⁊ famā. ¶ Et inferiꝰ ꝓpe ſinē determinationis additur. Et ideo ſi ff
demereť in ordine quē vouit nō retineri: cū ex pctō ſuo nō ſit cōditio eiꝰ melior fa
cta vt iā poſſit eſſe liber: ſʒ potius deterior: opʒ eū aliū ordinē intrare: ⁊ illū ſerua
re: ſi vult ſaluari. Et ad hoc cogit eū ſtatutum vniuerſalis eccl'ie: non ordo iſte: ex
cuius gratia permittitur ei ad inferiorē ordinē tranſire cum ſuperiorē non inue
nit: ne aditus ei ſalutis precludatur. Si aūt velit in ſeculo vagari: ex quo ordo nō
vult eū recipere: nec ad religionē concedatur ſibi tranſire in ſpacio temporis ſibi
determinato: licet iam videatur ab ordinis iuriſdictione exemptus: cū nolit eum
amplius tenere: tamen ex auctoritate ſummi pontificis: cuius iuriſdictioni nō eſt
ſubtractus: poteſt eū ordo impetere: ⁊ per cenſuraʒ eccl'iaſticā: vel etiā ad alias
penas corporales poteſt coercere eū vice domini pape: q̄diu non habuerit alium
iudicem regularē cui ſe ſubiecerit regulaʒ ⁊ ordinem illius ſtabiliter aſſumendo.
Hec omnia ſanctus Bonauentura vbi ſupra. ¶ Nec obſtat prefatis dicere: q̄ Collector.
papa abſolute conceſſit: ⁊ ideo abſolute eſſe intelligendum. Quia licet hoc verum
poſſit eſſe pro foro exteriori: non tamen eſt tutum pro foro cōſciētie. Nam adhuc
remittere frēs ꝓfeſſos in obſeruātia ad cōuētuales: nullatenꝰ lʒ. Sic eñ determi
natū eſt in q̄dā capl'o gn̄ali: vt poſitū eſt in dictiōe Conuentuales frēs: poſt. §. 2.
Cuiꝰ rō vr̄ eſſe: q: plati ordis: nec papa pn̄t liberare frēs hmōi: ab obligatiōe q̄ i
ꝓfeſſiōis emiſſiōe ꝑ votū ſolēne ſe aſtrixerūt. Eijciēdo aūt tales abſolute extra or
dinē: vltra icōueniētia ſupiꝰ dicta: eſt exponere illos piculo dānatiōis eterne: cū ſic
eiecti neq̄ant ſuare regulā quā ꝓmiſerūt. Sʒ tales deberēt ꝑpetuis carceribꝰ mā
cipari: ac ſm̄ exigētiā delictoꝝ puniri: ēt vltio ſuplicio: put puniri ſolēt clerici ſecu
lares ſm̄ iura canonica: quibꝰ ſubijciūtur religioſi ſicut relique pſone eccl'iaſtice.

Leo. 10. conceſſit generalibus et prouincialibus ordinis mino. vt fratres
eiuſdem ordinis etiam ꝓfeſſos: qui grauiſſimis et ſcandaloſis deli- 5
ctis notati ⁊ diffamati fuerint: que fraudulenter ⁊ doloſe in eorum receptione ⁊ Nouicij.



UVA. BHSC. IyR_230_1

profeſſionis emiſſione(monitione ſuper his per predictos prelatos premiſſa)ta
cuerunt:non obſtante: ꝙ iam recepti ſint ⁊ profeſſionem emiſerint(ne morbida
Profeſſio. ⁊ infecta pecus ouile dñi corrumpat: ⁊ vt alijs cedat in exemplū)a domibus ⁊
conuentibus dicti ordinis expellere ⁊ remouere:libere ⁊ licite poſſint ⁊ valeant:
prout conſcientijs predictorum miniſtrorum(quas ſuper hoc onerat)viſuꝫ fue-
rit iuſtū ⁊ honeſtum. S.ſixto.19.conce.61.

¶Diſtinctio materie electionum prelatorum ordinis.

Collector. De multiplicibus electionibus fit mētio in priuilegijs fratrū minorū.¶Pri
mo de electione generalis miniſtri.Et quo ad hmōi electionē habetur infra.
§.3.⁊.4.⁊.10.⁊.11.¶Secundo de electione vicarij totius ordinis.Et hoc contine
tur infra.§.6.¶Tertio de electione miniſtroꝝ prouincialiū.de qua habetur infra.
§.4.⁊.8.¶Quarto de electione cuſtodū ⁊ guardianoꝝ: vt habetur in dictionibꝰ
Cuſtos:⁊ Guardianus:⁊ infra.§.6.¶Ultimo de electione abbatiſſarū:ꝓut con
tinetur in dictione Abbatiſſa:vbi in margine eſt poſita hec dictio Electio.

## ¶Electio.

1 Ex iure cōi. Pelagius.9.papa.circa electiones religioſoꝝ fecit ſequēs ſta
tutum.Nullā poteſtatem de cetero:nullā licentiaꝫ
monachis relinquimus ꝑ arbitrio ſuo:aut abbates expellere:aut
ſibimet alios ordinare:quia nulla auctoritas remanebit abbati ſi
monachorū poteſtati ceperit ſubiacere:vt de cetero fideliter ⁊ ſtu-
Prelati. dioſe vniuerſa:q̄ vel ad diuini cultus reuerentiam:vel ad vtilitatem eiuſdē mona
ſterij pertinent:abbatis ſollicitudo:ad quē poteſtas tota pertinere cōuenit:debeat
adimplere.Habetur.18.q.2.c.Nullā poteſtateꝫ.

Collector. ¶Circa huiuſmodi ſtatutū dicit ſic Gratianus ante precedens.c.Sed ſciendū
eſt:quoſdā monachos eſſe indomite ceruicis:⁊ effrenate ſuperbie: quos dū ab-
bates cogere voluerint:in eorū deiectione conſpirant:⁊ aliū moribus ſuis conue
nientem ſibi preficere cōtendunt.Quales erant illi qui necē beati Benedicti con
ſpiraſſe leguntur.Pro huiuſcemodi conſtitutum eſt.ſ.a Pelagio papa: vt ab-
bates ⁊ alia officia per ſacerdotes.i.epōs inſtituantur.

2 Ex iure cōi. Innocentius.papa.3.ſimiliter circa electiones ſic ſtatuit.Quia ꝓpter
diuerſas electionis formas:quas quidā inuenire conan
tur:⁊ multa impedimenta proueniunt: ⁊ magna pericula imminent eccleſijs vi-
duatis:ſtatuimus vt cū electio fuerit celebranda:preſentibus oībus qui debent ⁊
volunt:⁊ poſſunt intereſſe:aſſumantur tres de collegio fide digni:qui ſecrete ⁊ ſi-
gilatim vota cunctoꝝ diligenter exquirant:⁊ in ſcriptis redacta mox publicent
in cōmuni:nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto.Ut is collatione ha-
bita eligatur in quem oēs vel maior ⁊ ſanior pars capli conſentit.Uel ſaltem eli
gendi poteſtas aliquibus viris idoneis cōmittatur:qui vice oīm eccl'ie viduate
prouideant de paſtore.Aliter electio facta non valeat.Niſi forte cōmuniter eſſet
ab oībus quaſi per inſpirationem:abſq; vicio celebrata.Habetur in.c.Quia ꝓ
pter: de electione.

Clemens.4.conceſſit vel ſtatuit:vt generalis miniſter ordinis mi.ſtatim
3 poſtq̄ electus(ſecundū regulā et conſtitutiones)fuerit:eo ipſo
verus eiuſdem ordinis generalis miniſter effectus: curam animarum fratrū ip-
ſius ordinis plenā habeat:⁊ libere gerat:ipſoſq; fratres auctoritate propria liga

UVA. BHSC. IyR_230_1

re ac ſonere: necnon in eodem ordine agere valeat: q̄ ipſe miniſter ⁊ diffinitores De generali
ad hoc electi: iuxta conſtitutiones ordinis: eidem ordini ⁊ fratribus ſcd̄m deum miniſtro.
viderint expedire. G.fo.56. Et ffo.139.conce.307.

¶ Idem Clemēs ſtatuit ſeu conceſſit: ꝙ in electionibus generalis ⁊ ꝓuincia- 4
lium miniſtrorum predicti ordinis mi. fratribus qui debent electionem huiuſmo De gn̄alib⁹
di celebrare: tempus ſuper hoc a iure ſtatutum nō currat: nec ipſi in hac parte iu- ⁊ ꝓuicialib⁹
ris hm̄oi regulis coarctentur. G.fo.56. Et ffo.139.conce.308.

¶ Idem Clemēs ſtatuit: ꝙ cuſtodes ⁊ guardiani qui ſcd̄m ſtatuta ordinis: 5
aliter q̄ꝫ per electionē inſtituuntur: poſt ipam inſtitutionē: ſeu ꝓuiſionem de ipis De cuſtodi-
factā: curā animarū fratrū ſibi ſubditorū habeāt: ipſoſq̄ꝫ ligare: ac ſoluere poſſint: bus ⁊ guar-
iuxta ipſius ordinis inſtituta. G.fo.56. Et ffo.139.conce.309. dianis.

Nicolaus. 4. ſtatuit ⁊ declarauit: vt cū electio gn̄alis miniſtri fuerit cele- 6
branda: cuſtodes vniuſcuiuſq̄ꝫ ꝓuincie: vnū ex ſeipſis cōſti- De cuſtodi-
tuant: vt ei voces ſuas cōmittant: ipſumq̄ꝫ ad locū vbi electio eadē tunc fuerit ce- bus.
lebranda trāſmittāt. Iſq̄ꝫ qui ſic ab ipis cuſtodibus cōſtitutus extiterit: vnā vocē
duntaxat pro ſe ⁊ omnibus eis habeat et intelligatur habere: ac ꝓ vna voce tā-
tummodo admittatur ab alijs. b.fo.31. Et ffo.32.conceſſione.32.

¶ Hoc ſtatutum iam vacat: propterea quia aliter ſtatutum eſt in bulla Vnionis Collector.
per Leonem.10. vt habetur infra.§.10.

¶ Idem Nicolaus ſtatuit ⁊ ordinauit: ac diſtricte inhibuit fratribus minori- 7
bus: ne mortuo miniſtro generali: poſſint eligere: vel conſtituere aliquem fratrem De vicario
in vicarium ordinis: abſq̄ꝫ Romani pontificis ⁊ protectoris ordinis eiuſdem li- ordinis.
centia ſpeciali: per ipſius Romani pontificis litteras patentes concedenda: fa-
cientes plenam ⁊ expreſſam de ſtatuto ⁊ ordinatione ⁊ prohibitione huiuſmo-
di mentionem. b.fo.31. Et ffo.32.conceſſione.33.

Clemens. 5. in declaratione regule fratrum mino. ſtatuit ⁊ ordinauit: ꝙ 8
electio miniſtri prouincialis pertineat ad capitulum ꝓuincia- De miniſtro
le. Quā idē capitulum die ſequenti qua fuerit congregatum facere teneatur. Et ſi- ꝓuinciali.
militer ſtatuit: ꝙ huiuſmodi electionis confirmatio: pertineat ad miniſtrū gene- Cōfirmatio.
ralem. Et ꝙ ſi ad electionem huiuſmodi per formam ſcrutinij procedatur: ⁊ vo-
tis in diuerſa diuiſis: electiones plures in diſcordia celebrari contingat: illa que a
maiori parte capituli: numero (nulla zeli: vel meriti collatione: ſeu conſideratione
habita) fuerit celebrata: exceptione: ſeu contradictione quacunq̄ꝫ alterius partis
non obſtante: per dictum generalē miniſtrum: de conſilio diſcretorum de ordine
(prius tamen ex officio: prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione premiſ-
ſa) confirmetur: vel etiam infirmetur: prout eis ſecundum deum viſum fuerit ex-
pedire. Et ſi fuerit infirmata: ad capitulum prouinciale electio huiuſmodi reuer-
tatur. Ceterum ſi capitulum memoratum die predicta miniſtrum eligere preter- Capl̄ꝫ gn̄ale
mittat: extunc miniſtri prouincialis prouiſio ad generalem miniſtrū libere deuol- ⁊ ꝓuinciale.
uatur. fo.15.tractatu.3. Et ffo.16.tractatu.2.

¶ Aduertendū eſt circa predicta: ꝙ celebrās capl̄m ⁊ diffinitores faciunt confir- Collector.
mationem tanq̄ꝫ cōmiſſarij miniſtri generalis. Sed tn̄ tenētur pri⁹ facere exami-
nationem ⁊c̄. Sicut etiā continetur in.c.fi.de electione lib.6. Vide ibi. Et ego ne-
ſcio quomodo aliter poſſit fieri iuridice.

Eugenius. 4. ⁊ Nicolaus. 5. ſtatuerunt aliqua pertinētia ad electiōes 9
abbatiſſarum ordinis ſancte Clare: ſed q2 hec poſita ſunt De abbatiſſis.



UVA. BHSC. IyR_230_1

ſupra in dictione Abbatiſſa: ideo hic non ponuntur

**Leo.** 10. in bulla vnionis ſtatuit: q̄ electio gn̄alis miniſtri toti⁹ ordinis mi. fieri debeat a ſolis miniſtris p̄uincialib⁹ ꝛ cuſtodib⁹ reformatis: tam

10 De miniſtro generali. ciſmōtanis: q̄ vltramōtanis in cap̄lo gn̄ali dicti ordinis in feſto Pēthecoſtes: in loco quē gn̄alis miniſter cū cap̄lo gn̄ali ꝓxime precedēti duxerit aſſignandū. Ad qd̄ cap̄lm oēs miniſtri ꝛ cuſtodes: ſiue vocales: tā ciſmontani: q̄ vltramōtani accedere teneātur. Et ne caput ſuis mēbris deforme appareat: voluit ꝛ ordinauit: q̄ nullus frater poſſit eligi in miniſtrū generalē: niſi vitā ducat reformatam: ꝛ pro reformato a cōmunitate reformatorū habeatur. In prefata etiam electione miniſtri generalis voluit: q̄ nullus penitus vocem habeat niſi reformatus et pro reformato a congregatione reformatorū habeatur. B. fffo. 29. cōce. 93. et. 94.

¶ Idem Leo ordinauit: q̄ miniſter gn̄alis eligatur alternatim de fratrib⁹ ciſ-

11 De generali miniſtro. mōtanis: et vltramōtanis: qui tm̄ per ſex annos durare poſſit. Ita q̄ ſi miniſter generalis per ſex annos de ciſmontanis fratribus electus fuerit: ſequētibus ſex annis de vltramontanis fratribus eligi debeat. Qui mod⁹ alternatis vicibus in perpetuū a fratribus predictis obſeruetur. B. fffo. 29. conce. 93. et. 64.

¶ Idem Leo fecit quādā ordinationē ſuper electione et inſtitutione commiſſa-

12 De cōmiſſario gn̄ali. rij generalis: que poſita eſt ſupra in dictione Cōmiſſarius. §. 1.

## ¶ Eleemoſina.

**Alexander.** 4. declarauit: q̄ fratres mi. et predicatores: tā ab his quibus predicāt: q̄ ab alijs: poſſint eleemoſi-

1 Paupertas. nas petere: ac recipere: fideleſq̄ poſſe hmōi eleemoſinas eiſdē fratribus ſalubriter elargiri: nō obſtante quacūq̄ contradictione. Ac etiam declarauit: q̄ p̄dictorum fratrum mēdicitas eſt meritoria. b. fo. 25. Et fffo. 25. conceſſione. 15.

¶ Idem Alexander cōceſſit fratribus mi. q̄ de male acquiſitis quorū reſtitu-

2 Reſtitutio. tio nō debetur certe perſone: ac de incertis relictis: poſſint recipere eleemoſinam ab exequutoribus teſtamentorum. b. fo. 25. Et fffo. 26. conce. 16.

**Urbanus.** 4. conceſſit fratribus Carmelitis: vt de vſuris ꝛ rapinis: ꝛ alias male acquiſitis: ſi perſone quibus horum reſtitutio fie-

3 Pro carmelitis. Reſtitutio. Legata. ri debeat omnino inueniri ꝛ ſciri non poſſint: necnō de quibuſcunq̄ legatis indiſtincte ad pios vſus relictis: recipere valeant vſq̄ ad ſummam centum marcharum argenti. B. fffo. 178. conce. 419.

**Clemēs.** 4. cōceſſit frib⁹ mi. vt in terris excōicatorū poſſint libere cōmorari: ꝛ ab eis tunc ꝛ qn̄ per hmōi terras ipſos tranſire contige-

4 Excōicati. rit: neceſſaria vite depoſcere: ac recipere. B. fo. 56. Et fffo. 140. conce. 317.

**Eugenius.** 4. cōceſſit gn̄ali ꝛ p̄uincialib⁹ fratrū mi. obſer. plenā ꝛ liberā facultatē caplēdi ꝛ incarcerādi: ac in carcerib⁹ detineri faciē-

5 Contra fratres conuent. di: necnō al's puniēdi: ꝛ corrigēdi fr̄es cōuētuales p̄fati ordinis q̄ſuātes: ſeu eleemoſinas petētes in locis cōuētuū: domorū ꝛ eremitoriorū fratrū predictorum obſer. aut aliqua minus honeſta cōtra cōſtitutiones ꝛ declarationes ap̄licas: ꝛ

Collector. ſtatuta: ꝛ cōſuetudines eiuſdē ordinis facere preſumentes. b. fo. 48.

¶ Dubiū: vtrū illud iā vacet ꝓpter illa q̄ dicta ſūt i dictiōe Cōcordia ꝓpe finē

**Calixtus.** 3. prohibuit diſtricte ſub excōmunicationis pena: ne fratres

6 Pro fribus mino. de obſeruantia ſub nomine fratrū cōuentualium eiuſ

UVA. BHSC. IyR_230_1

dem ordinis: nec conuentuales ſub nomine fratrum de obſeruantia: aut ſub nomine locorum eorūdem: queſtuare: ſeu eleemoſinas petere preſumāt. B. ffo. 90. conceſſione. 197. prope finem. obſer. ⁊ conuentualibus Queſtuare.

¶ Similiter vr̄ dubiū: vtrū vacet iſtud ſicut ſupra poſitum. Collector.

7 **Sixtus.** 4. q̄ intellexit: q̄ locorū ordinarij eorūq̄ officiales: ſeu vicarij ⁊ curati: ne xp̄i fideles fratrib⁹ mi. ⁊ predicatoribus eleemoſinas erogare, p̄ſumerēt ſuadebāt: ac etiā ſub cēſuris inhibebāt: ⁊ erogātes excōicatos fore p̄dicabant: ſeu predicari faciebāt: aut p̄nūciare preſumebant: mandauit predictis ordinarijs: ac reliquis perſonis ſupra nominatis ⁊ alijs quibuſcunq̄ perſonis: vt ab hm̄oi perſuaſionibus: inhibitionibus: ⁊ mādatis de cetero prorſus ⁊ oīno abſtineant. Ac decreuit: inhibitiones ipſas ⁊ mādata nullius exiſtere firmitatis: ⁊ illis cōtrauenīētes: cenſuris hm̄oi minime ligari. Voluit tn̄: q̄ ſi perſuadentes ⁊ inhibentes prefati: mandato hm̄oi obtēperare non curauerint: niſi penituerint: ⁊ perſuaſiones: ⁊ inhibitiones reuocauerint infra triduū: poſtq̄ deſuper requiſiti fuerint: eo ipſo ordinarij interdictū ingreſſus eccl'ie: ac ſuſpenſionem a regimine: ⁊ adminiſtratione ſuarū eccl'iarum: alij vero inferiores excōicationis ſententiam incurrant. B. fo. 65. Et ffo. 149. conce. 365. Pro fratribus mino. ⁊ p̄di. Excōicatio.

8 ¶ IDEM Sixtus voluit: q̄ ordinarij: ſeu quicūq̄ alij p̄hibentes ne fratribus Carmelitis eleemoſine fiant: ipo facto ſint excōicati. Et q̄ contra tales poſſint p̄tectores ordinū mendicantiū: ⁊ auditor camere ap̄lice: ac inquiſitores heretice prauitatis: ſicut cōtra hereticos p̄cedere. B. fo. 99. Et ffo. 183. conce. 448. Ex priuile. Carmelita. Nota. Inq̄ſitores.

9 ¶ IDEM Sixtus cōceſſit hoc idē fratribus Auguſtinēſibus in ſuo mari magno: vt hꝫ. ffo. 251. conce. 938. Niſi q̄ inquiſitores ſolū pn̄t p̄cedere contra tales. Pro augu.

10 **Alexander.** 6. p̄hibuit ne aliquid eleemoſinas querere audeāt ſub nomine fratrū de obſeruātia ordinis mino. preſertim fratres conuentuales eiuſdē ordinis: ac precipue infra terminos domorū fratrū predictorum obſeruantiū. Et cōmiſit vniuerſis eccl'iarū prelatis: vt cum pro parte hm̄oi fratrum obſeruantie fuerint requiſiti: inhibeant publice ſupradicta: ſub excōmunicationis late ſententie pena: ac cōtradictores quoſlibet ⁊ rebelles per cenſuras eccleſiaſticas: ⁊ alia iuris remedia compeſcant. B. ffo. 151. conce. 370. Queſtuare. Cōuētuales Excōicatio.

11 **Iulius.** 2. declarauit: q̄ verba in priuilegijs fratrum mino. contenta. ſ. q̄ viſitantes ſuas eccleſias: ⁊ manus porrigētes adiutrices: indulgentias eis conceſſas conſequantur: etiam ad facientes eis eleemoſinas de pane ⁊ alijs pro eorum victu: et veſtitu: ac domorum ſuarum reparatione neceſſarijs referantur. B. fo. 43. Et ffo. 126. conceſſione. 281. Indulgētie.

12 ¶ IDEM Iulius informatus: q̄ in aliquibus partibus fratres mi. conuentuales: ⁊ alij mēdicantes inferebant grauamina circa petitionē eleemoſinarū ffibus mino. obſeruan. conceſſit hm̄oi fratribus obſer. vt eleemoſinas tēporib⁹ ⁊ locis conſuetis petere ⁊ recipere: iuxta q̄d eiſdem ex regula ⁊ cōſtitutionibus ap̄licis p̄mittitur: p̄dictorū cōuentualiū ⁊ aliorū mēdicantiū ordinū fratrū aduētu ⁊ p̄uētu minime expectatis: libere ⁊ licite valeāt. Ac cōuentualib⁹ predictis ⁊ alijs mēdicantib⁹ fratrib⁹ ſub pena excōmunicatiōis ipo facto incurrenda: p̄cepit: ne p̄fatos obſer. fr̄es p ſe vel aliū ſeu alios: directe vel indirecte: publice vel occulte circa predicta impedire ſeu moleſtare p̄ſumant. B. ffo. 14. conce. 51. Excōicatio.

13 **Leo.** 10. quia fuit informatus: q̄ in aliquibus partibus: alique perſone eccleſiaſtice: preſertim curati: ſeu preſbiteri parrochiales: non permit- Prohibitio



UVA. BHSC. IyR_230_1

tebant fratres minores eleemoſinas petere ſine eorum licentia: et dioceſanorum vel eorum vicarioꝝ litteris: ⁊ inſuper: ꝙ eleemoſinarū hmōi mendicatarū medietatem ſibi vēdicare volebant: diſtricte precipiēdo mādauit oībus ecclīarū prelatis ſub grauib⁹ cēſuris: vt ab hmōi grauaminibus: ⁊ moleſtijs abſtinerent: ⁊ vt quoties ꝓ parte fratrū dicti ordinis requiſiti fuerint: oēs ⁊ ſingulos parrochialium ecclīarū rectores: ſeu vicarios: ad deſiſtendū a predictis moleſtijs: ⁊ grauaminibus: ſub penis ⁊ cenſuris moneāt ⁊ precipiāt: ac contra inobedientes vſq ad inuocationem brachij ſecularis procedant. M. ffo. 47. conce. 142.

Censure.

14 Legata. ¶ IDEM Leo cōceſſit: ꝙ miniſtri generales ⁊ ꝓuinciales poſſint legata ⁊ eleemoſinas obuenientes loco abundātiori cōuertere ⁊ transferre ⁊ applicare alteri loco indigentiori: iuxta ipoꝝ prelatoꝝ diſcretionem: dūmodo fieri poſſit ſine ſcādalo. o. Non eſt alias impreſſa hmōi conceſſio.

15 ¶ IDEM Leo cōceſſit qualiter eleemoſine facte ad vnū vſum: poſſint cōmutari in aliū vſum: ꝓut poſitum eſt ſupra in dictione Cōmutare. §. 2.

16 ¶ IDEM Leo fecit circa hmōi materiā quādā conceſſionē valde relaxatiuā ⁊ deſtructiuā obſeruantie paupertatis: ꝓut habetur ſupra in dictiōe Cōmutare. §. 3. Vide ibi vna cum additione que ſequitur ibidem.

Collector. ¶ Circa hmōi materiā eleemoſinarū: facta ſunt nōnulla ſtatuta generalia in capitulo generali in conuentu montis Lucij celebrato: prout ſequitur.

Statutū generale. ¶ Declaratur: ꝙ ꝓcurare ſatiſfactionē fiendā ꝓ re empta ffib⁹ neceſſaria: nō eſt contra puritatē regule: ita tñ ꝙ ffes per ſe: nec ꝑ interpoſitā pſonā: intromittant ſe de pecunia. Nō tñ licet de fratrib⁹ indifferēter ⁊ indeterminate tales ꝓcurationes eleemoſinarū pecuniariarū facere: nec per nūciū a ſe poſitū ducere: ſꝫ dans faciat ꝑ ſe: vel ꝑ nunciū ab ipo deputatū. Recipere aūt granū: vel alia hmōi pro acquiſitione: ſeu cōmutatione in aliquā rē neceſſariā: nō licet fratribus. Verūtñ vbi fratres aliter nō poſſunt ꝓuideri in ſuis neceſſitatibus: talia poſſunt recipi ꝑ amicos ſpūales de conſenſu dantiū: ⁊ de licentia: ſeu diſpenſatione prouincialis: aut cuſtodis. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 240. tractatu. 2.

Alterū statutū generale. ¶ Inhibetur ne aliquis frater ꝓcuret alicuius libri vſum: aut alicuius rei: remanēte apud parentes: vel amicos ꝓprietate: ſub pena priuationis illius cū punitione condigna. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 241. tractatu. 2.

¶ In hoc capitulo ordinatū eſt: ꝙ nullus frater faciat ſibi ſcribi libros extra: vel

Aliud statutū generale. intra conuentū: maxime per ſeculares perſonas: nec procuret partiales eleemoſinas ſibi: ſub ſpe licentie habende poſtea a ꝓuinciali. ffo. 241. tractatu. 2.

Collector. ¶ De indulgentijs quas conſequuntur: vel conſequi poſſunt dantes eleemoſinas fratribus minoribus: aut eorum eccleſijs: ac domibus: reperietur infra in dictiōe Indulgentie quo ad ſeculares in capitulo. 4. §. Indulgētie conceſſe exhibentibus opera pietatis fratribus.

## ¶ Epiſcopi.

¶ Diſtinctio attinentium ad epiſcopos.

De multis attinentibus ad epiſcopos: in diuerſis huius cōpendij dictionib⁹ continetur. Nam de exemptione ab ipoꝝ iuriſdictione: habetur in dictione Exemptio. §. 1. 3. et. 5. ¶ Et de preſentatione cōfeſſorū eis fienda per prelatos ordinis: dictum eſt ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 1. in multis. §. ¶ De impoſitione primi lapidis: ⁊ conſecratione: ſeu benedictione eccleſiarum ⁊ alta-



UVA. BHSC. IyR_230_1

rium ordinis: qualiter per epiſcopos fieri debeat: habetur etiam ſupra in dictio-
nibus Benedicere: ⁊ Eccleſie fratrum: ⁊ Edificare. ¶ Sed vltra predicta: addun
tur hic nonnulla alia.

GRegorius. 9. cōceſſit fratribus minorib⁹ anteq̄ eſſent exē- 1
pti a iuriſdictione ordinarioꝝ: q̄ archiepi ⁊
epiſcopi in eoꝝ dioceſibus: poſſent eiſdem fratribus ibidē cōſti Abſolutio.
tutis abſolutione: vel diſpenſatione indigentib⁹: abſolutiōis ⁊ diſ Diſpēſatio.
penſationis beneficiū impēdere: niſi adeo grauis et enormis eſ-
ſet exceſſus: q̄ deſuper merito eſſet ſedes apoſtolica conſulenda. B. fo. 16.
¶ Huiuſmodi cōceſſio iam de nihilo ſeruit: q̄r poſt ipſam fuit data fratribus pre- Collector.
dictis copioſiſſima exēptio: vt patebit infra in dictione Exemptio.

Alexander. 4. precepit in virtute ſancte obedientie fratribus promotis: 2
vel ꝓmouendis ad dignitates epales: vel alias: vt libros ⁊ Bōa ordis.
alia que ipos ꝓmotiōis ſue tēpore habuiſſe: ſeu habere conſtiterit (ſubmota qua
libet dilatione) reſignent generali: vel ꝓuincialibus miniſtris: niſi forſan predicti
prelati ordinis: vſum hmōi rerum illis ad tempus concefferint de gratia ſpeciali
b. fo. 24. Et ffo. 24. conce. 12.
¶ IDEM Alexander inhibuit: vt nulli fratres ordinis mi. ſi eos in epos eligi: 5
aut poſtulari contigerit: electioni ſeu poſtulationi de ſe facte audeāt cōſentire: nec Electio.
aliquis archiepus: ſeu quicūq̄ alius prelatus: vel legatus ſedis aplice: niſi fuerit
cardinalis: dictos fratres (niſi de licentia: aſſenſu generalis: et prouincialiū mini
ſtrorum: aut ſedis apoſtolice ſpeciali mandato) ad epatum vel alias dignitates
aſſumere vel ordinare preſumant. Et decreuit irritū et inane quidquid ſec⁹ a quo-
q̄ contigerit attentari. b. fo. 23. Et ffo. 25. conce. 13.

## ¶ Eucbariſtia.

CIrca Eucbariſtie perceptionē ⁊ adminiſtrationem: multe conceſſiones fa- Collector.
cte reperiuntur: tam pro fratribus q̄ pro ſecularibus: que poſite ſunt ſupra
in dictione Cōmunicare. Et vltra illas: adduntur hic aliqua que ſequuntur.

COncilium. Bracharēſe ſtatuit: vt cum ſacerdos ad ſolen 1
nia miſſarū accedit: aut per ſe deo ſacrificiū
oblaturus: aut ſacramentum corporis ⁊ ſanguinis dñi noſtri Je
ſu Chriſti ſumpturus: non aliter q̄ orario. i. ſtola vtroq̄ humero Celebrare. Cōicare.
circūſeptus: ſicut tēpore ordinatiōis ſue dignoſcitur conſecrat⁹:
ita vt de vno eodēq̄ orario: ceruicē pariter et vtrūq̄ humerū pre
mens: ſignū in ſuo paret pectore crucis. Si quis autē aliter egerit: excōicationi de Excōicatio.
bite ſubiaceat. Habetur. 23. diſtin. c. Eccleſiaſtica.
¶ Prefatū decretū in aliquib⁹ ꝓuincijs nō habetur in vſu: quo ad ſacerdotes cōi Collector.
cantes tpe infirmitatis vel ſanitatis: nihilominus tñ vr̄ eſſe obligatoriū: q̄r fere in
omnibus chriſtianitatis partibus a regularibus et ſecularibus ſacerdotibus: vt
plurimū obſeruatur a doctis: ſeu inſtructis in iure canonico.

Clemens. 7. conceſſit: q̄ moniales ſeu religioſe ſub obediētia miniſtri ge 2
neralis fratrū mi. exiſtentes: poſſint in eccleſia interiori in loco Moniales.
decenti habere Eucbariſtiā: ſicut habent in exteriori. O.

## ¶ Exactiones.

UVA. BHSC. IyR_230_1

1 Excõicatio. Alexãder. 4. ſtatuit: vt imponentes fratribus minoribus angarias: vel alias impoſitiones: ſeu exactiões aut alia ſimilia: ſint ipſo facto excõmunicati. Et ꝙ ſi cõtumaces fuerint non deſiſtendo ab huiuſmodi: a ſolo papa valeant abſolui. b. ffo. 260. conce. 656.

Collector. ¶ Multi alij ſummi pontifices exemerũt fratres ꝑfatos: ac moniales. s. Clare: ꝛ fratres ordinis predicatorũ: necnõ ꝛ alios fr̃es mendicãtes ab oĩbus exactionibus: prout habetur infra in dictione Exemptio: in multis. §.

2 Excõicatio. Eugenius. 4. declarauit: ꝙ quãdo ciues pro bono cõmunitatis imponunt gabellas nouas: aut veteres augmentant: non ſunt excommunicati. o. ffo. 102. conce. 414.

3 Excõicatio. Interdictũ. ¶ IDEM Eugeni⁹ declarauit: ꝙ pene appoſite in capitulo Quãq̃. de cẽſib⁹. lib. 6. ſ. excõicatio ꝛ Interdictum: circa exigentes pedagia: ꝛ guidagia: ꝛ ſimilia non habent locum: quia ſibi fuit ablata Bononia: ꝛ tamen nõ interdixit. o. ffo. 102. conceſſione. 415.

¶ IDEM Eugeni⁹ fecit aliã cõceſſionẽ pertinentẽ ad hm̃oĩ materiã exactionũ: que poſita eſt ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 2. in. §. 4.

## ¶ Excommunicatio.

¶ Diſtinctio materie excõmunicationum.

Collector. Conſiderare oportet: ꝙ in priuilegijs fratrũ minorũ ꝛ aliorũ mendicantiũ reperiũtur multa ꝛ diuerſa ad materiã pertinẽtia excõicatiõis. ¶ Et pmo ſũt

Excõicationes attinẽtes ad fratres. quedã vbi eiſdẽ fr̃ibus imponitur ſententia excõicationis. Iſtud aũt eſt multipliciter: ſeu ꝑpter varias cauſas. ¶ Nã alique excõicationes inueniũtur eis inflicte ratione receptionis nouiciorũ ad habitũ: vel ꝓfeſſionẽ. Et de hoc habetur in dictiõe Nouicius. §. 3. ꝛ. 4. ꝛ. 9. ¶ Alie vero excõicationes tangunt eoſdẽ fratres qñ recedunt ſine licentia ab hm̃oĩ ordinibus: aut qñ poſtq̃ ſunt licẽtiati: vel eiecti faciũt aliqua q̃ ſunt eis ꝓhibita: vt cõtinetur in dictione Apoſtate in multis. §. ꝛ ĩ dictione Eijcere ab ordine. ¶ Alie etiã excõicationes concernunt illos qui prefatos fratres apoſtatas recipiunt: aut illis fauent: ꝓut habetur in dictione Recipere fratres: et in dictione Apoſtate. ¶ Quamplures autẽ excõmunicationes ſunt impo-

De abſolutione excõicationum ſupraſcriptarũ. ſite contra fratres propter varias cauſas: que ponuntur infra prope finẽ. ¶ Itẽ qualiter prefati fratres tam ꝓfeſſi q̃ nouitij: ꝛ etiam apoſtate poſſint abſolui ab excõmunicationibus in quibus inciderunt: habetur late in dictione Abſolutio quo ad fratres: in multis. §. vbi in margine poſita eſt hec dictio Excõmunicatio.

Excõicationes ptinẽtes ad ſeclares. ¶ Secundo principaliter in prefatis priuilegijs inuenitur qualiter perſone ſeculares: occaſione predictorum fratrũ: aut monialiũ que eorũ cure ſunt cõmiſſe: ſeu eccleſiarum ꝛ monaſteriorũ ſuorum: incurrere poſſunt multas excõmunicationes. Et iſte ſubdiſtingũtur. ¶ Nã q̃dã generaliter ſunt ꝓmulgate cõtra violatores priuilegiorum predictorũ fratrũ: ꝓut habetur in dictione priuilegia. §. 12. et. 22. ¶ Alie tangunt illos qui aliquam violentiam inferunt eccleſijs: aut domibus: ſeu rebus: vel perſonis predictorum fratrum. Et hec habentur in dictione Eccleſie fratrum. §. 3. et in dictione Elemoſina. §. 6. ꝛ. 7. ꝛ. 10. ꝛ. 13. ꝛ in dictione Exẽptio. §. 9. ꝛ. 23. ¶ Alie vero excommunicationes reſpiciunt illos qui contra ſtigmata beati Franciſci aliquid dicere preſumpſerint: aut qui auſi fuerint depingere ſanctam Catherinam de ſenis cum ſtigmatibus. Et hec habentur in dictione Stigmata. §. 6. ꝛ

UVA. BHSC. IyR_230_1

§.et.9.ac.10. ¶ Alie autem excommunicationes ſpectant ad ingredientes monaſteria ſancte Clare contra tenorem ſue regule: aut indultorum apoſtolicorũ: prout continetur in dictione Ingredi monaſteria monialium.§.2.τ.15. ¶ Nonnulle alie excommunicationes continentur ſub varijs dictionibus huius compendij: quas longum foret hic referre: reperientur tamen ſignate in marginibus foliorum cum hac dictione Excommunicatio. ¶ Qualiter autem perſone ſeculares valeant abſolui a prefatis fratribus ab excommunicationibus ſupradictis: habetur ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares: in omnibus.§. vbi poſita eſt hec dictio Excommunicatio. ¶ Inſuper quo ad euitationem excommunicatorum quomodo fratres ſe debeant habere: reperietur infra.§.1.τ.2.τ.4.ac.6. De abſolutione excõicationum p̄dictarum.

Gregorius.9.conceſſit fratribus minoribus euntibus ad partes infidelium: ſeu ibidem exiſtentibus: vt in terris illis ſit eis licitum communicare cum excommunicatis in ijs que ad ſalutem pertinent animarum. h.fo.20. Et ffo.22. conceſſione.3. 1 Infideles.

¶ Aduerte q̄ iſtud modo eſt ius commune. Collector.

Clemens.4.conceſſit fratribus minoribus: vt in terris excommunicatorum libere commorari poſſint: τ ab eis tunc: τ quando per eorum terras ipſos tranſire contigerit: neceſſaria vite depoſcere: ac recipere. B.fo.56. Et ffo.140.conce.317. 2 Pro terris excõicatorũ.

¶ IDEM Clemens conceſſit fratribus mino. ne ab aliquo legato: niſi de latere ſedis apoſtolice miſſo: vel de legato: aut ſubdelegato: auctoritate litterarum ſedis predicte: poſſint excommunicari: ſuſpendi: vel interdici: niſi littere ipſe plenã τ expreſſam de ordine prefato τ indulto huiuſmodi facerent mẽtionem. h.fo.29. Et ffo.29.conceſſione.25. Et. G.fffo.3.cõce.1. 3 Exemptio.

Eugenius.4.conceſſit fratribus minoribus obſeruantibus: q̄ nõ teneatur euitare excommunicatos: niſi nominatim ſint a iudice denunciati: τ euitentur a clero τ populo. Et ſic: q̄ non teneantur fratres euitare dictos excommunicatos: niſi quando in communi euitantur. Et q̄ idem ſit de interdicto: τ de obſeruatione cuiuſlibet cenſure eccleſiaſtice. o.fo.61. Et ffo.64.cõceſſione.75. Et fffo.95.conceſſione.312. 4 De euitatiõe excõicatorũ. Nota. Interdictũ.

¶ IDEM Eugenius fecit alias conceſſiones pertinentes ad materiam excommunicationis: que poſite ſunt in dictione Exactiones.§.2.τ.3. 5

¶ IDEM Eugenius cõceſſit: q̄ ſi tempore noſtro contigerit (q̄ abſit) ſciſma poſſint fratres minores participare cum ſciſmaticis: nec teneãtur fratres recedere a locis ſuis. Et q̄ toties quoties dixerint orationem Deus omniũ fideliũ τc. pro vero papa: habeant centũ dies indulgentie. o.fffo.101.cõce.402. 6 Indulgẽtia.

Leo.10.conceſſit: q̄ prelati ordinis mino. regularis obſeruantie: cũ aliquem fratrem ꝓpter apoſtaſiam: vel aliã cauſam excõicant in capitulo fratrum: aut in cõmunitate: non teneantur proferre ſententiam in ſcriptis: ꝓut in iure ſub pena ſuſpenſionis precipitur ꝓferentibus. o.fffo.93.conce.291. 7 Prelati frm.

¶ IDEM Leo precepit firmiter τ mandauit ſub pena excõicationis late ſententie ipſo facto incurrẽda: a qua nullus preterq̄ in mortis articulo: niſi a ſummo pontifice aut ſede apoſtolica poſſit abſolui: ne aliquis frater ordinis ſancti franciſci: appellet aliũ fratrem eiuſdem ordinis malicioſe: irriſorie: ſeu improperioſe priuilegiatum: collectaneum: bulliſtam: amadeitam: clarenum: de euangelio: ſeu 8 Prohibitio p̄ fr̄ib° mi. obſer. τ conuẽtualibus.

UVA. BHSC. IyR_230_1

de capucio. bigotũ: aut alio quouis nomine: etiam de nouo reperto: ſeu alio quouis irriſorio: ſeu improperioſo nomine: aut ꝙ pro improperioſo a patiẽtibus habeatur. Nec non omnibus tam clericis ꝗ laicis: ne fratres huiuſmodi: aut eorũ fautores: prefatis nominibus irriſorie: ſeu malicioſe appellent: ſed omnes fratres ipſius ordinis: fratres minores: ſeu ſancti Franciſci: a ſeipſis ⁊ omnibus alijs nominentur. B. ſſſo. 30. conce. 99.

Collector. Ultra pdicta que continẽtur in priuilegijs fratrũ mendicantiũ circa excõmunicationes: oportet nõnulla notabilia hic apponere: vt fratres predicti ſint plenius informati de hmõi materia in qua eximiũ periculum verti ſolet.

Primũ notabile circa excõicatiões. Primũ ſcire expedit: excommunicationes contentas in proceſſu annali: ſeu in bulla que appellatur in cena dñi: ne quis de illis abſoluere ex ignorãtia pſumat. Et quia prefate excommunicationes a diuerſis ſummis pontificibus diuerſimode promulgate ⁊ enumerate reperiuntur: et a poſterioribus latius poſite ſunt: ideo illas hic ponere curaui: prout in predicto proceſſu per Leonẽ decimũ facto: ſub forma ⁊ ordine ſequenti exiſtunt. b. ſſſo. 138.

1 ¶ Primo excommunicantur omnes heretici: Gazari: Patareni: Pauperes de Lugduno: Arnaldiſte: Speroniſte: Paſſagerij: Uicleſiſte: ſeu Uſſiſte: Fratricelli de opinione nuncupati: et quilibet alij heretici quocunꝗ nomine cenſeantur: ac omnes fautores: receptatores: ⁊ defenſores eorũdem.

Excõicationes q̃ cõtinẽt in bulla cene domini.

2 ¶ Item excommunicantur omnes Pirate: Curſarij: Latrũculi maritimi ⁊ alij: precipue qui mare noſtrũ a mõte Argentario vſqꝫ ad Terracinam diſcurrunt: et qui nauigantes in illo: depredari: mutilare: interficere: ac rebus ⁊ bonis ſuis ſpoliare: hactenus preſumpſerunt ⁊ preſumunt. Ac omnes receptatores eorũdem: ⁊ eis auxilium dantes: conſilium vel fauorem.

3 ¶ Item excommunicantur omnes qui in terris ſuis noua pedagia imponũt: vel prohibita exigunt.

4 ¶ Item excommunicantur omnes falſarij bullarũ: ſeu litterarũ: apoſtolicarũ et ſupplicationum: gratiã vel iuſticiam concernentium: per ſummum pontificẽ: vel vicecancellarium: ſeu gerentes vices eorum: aut officium vicecancellarij ſancte Romane eccleſie de mandato eiuſdem ſummi põtificis ſignatarũ: aut ſub nomine eiuſdem ſummi pontificis: ſeu vicecancellarij: aut gerentium vicem predictorum: ſignantes ſupplicationes eaſdem.

5 ¶ Item excommunicãtur omnes illi qui equos: arma: ferrum: lignamina: et alia prohibita deferunt Sarracenis: Thurcis: et alijs chriſti nominis inimicis: quibus chriſtianos impugnant.

6 ¶ Item excommunicantur omnes impedientes: ſeu inuadentes victualia: ſeu alia ad vſum Romane curie neceſſaria adducentes: vel ne ad curiam ipſam adducantur: vel deferantur impedientes: ſeu perturbantes. Et qui talia faciunt vel defendunt: cuiuſcunꝗ fuerint ordinis: preeminentie: conditionis. vel ſtatus: etiam ſi pontificali: regali: reginali: aut alia quauis eccleſiaſtica: vel mundana prefulgeant dignitate.

7 ¶ Item excommunicantur omnes illi qui ad ſedem apoſtolicam venientes: et recedentes ab eadem: necnon omnes illi qui iuriſdictionem ordinariam: vel ſubdelegatam aliquam non habentes: in eadem curia morantes: temeritate propria rapiunt: ſpoliant et detinent: aut ex propoſito deliberato verberare: mutilare: vel interficere preſumunt: et qui talia fieri faciunt: ſeu mandant.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ Item excõmunicantur omnes temere mutilantes:vulnerantes:interficientes: 8
capientes:carcerantes:⁊ detinẽtes Patriarchas:Archiepiſcopos:Epiſcopos:
eorum ꝗ mandatores.

¶ Item excõmunicantur omnes illi qui per ſe:vel alium:ſeu alios: quaſcũꝗ per- 9
ſonas eccleſiaſticas:vel ſeculares:ad Romanã curiam ſuper earũ cauſis ⁊ ne-
gocijs recurrentes:illaꝗ in eadem curia procurantes ⁊ proſequentes:negociorũ-
ꝗ geſtores:aduocatos:⁊ procuratores ipſorum:vel etiam adiutores:ſeu iudices
ſuper dictis cauſis ⁊ negocijs deputatos:occaſione cauſarum ⁊ negociorũ hu-
iuſmodi:verberant:mutilant:vel occidunt:ſeu bonis ſpoliant.

¶ Item excõicantur illi qui impediũt:ne lr̃is ⁊ mãdatis apoſtolice ſedis ⁊ lega- 10
torum:ac nuntiorũ ⁊ iudicũ ſubdelegatorum eiuſdem: gratiam ⁊ iuſticiam con-
cernentibus:decretiſꝗ ſuper illis ⁊ re iudicata ꝓceſſibus ⁊ executorialibus (non
habito primo eorũ beneplacito ⁊ aſſenſu) pareatur. Neue tabelliones ⁊ notarij
litterarum ⁊ proceſſuũ executiones:inſtrumenta;vel acta conficere: aut confecta
parti cuius intereſt tradere:ſub grauiſſimis penis ꝓhibere:ſtatuere: ſeu mãdare.
Quiue in animarũ eorũdem periculum:ſe a Romani pontificis ꝓ tempore obe
dientia pertinaciter retrahere:ſeu quomodolibet recedere preſumunt. Quiue iu-
riſdictionem:ſeu fructus ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes vſurpant:vel ar-
ripiunt. Vel qui per ſe:vel aliũ:ſeu alios:directe:vel indirecte predicta exequi:vel ꝓ
curare:aut in eiſdem auxiliũ:conſilium:vel fauorem preſtare non verentur:cuiuſ-
cunꝗ preeminentie: dignitatis:ordinis:conditionis:aut ſtatus fuerint:etiã ſi põ
tificali:regali:reginali:vel quauis alia prefulgeant dignitate.

¶ ITEM excõmunicantur omnes mutilantes:vulnerantes:interficientes: ſeu 11
capientes ⁊ detinentes:ſeu depredantes romipetas : ſeu peregrinos : ad vrbem
cauſa deuotionis:ſeu peregrinationis accedentes:et in ea morantes:vel diſcedẽ-
tes ab ipa: ⁊ in his dantes conſilium:auxilium:vel fauorem.

¶ ITEM excõmunicantur oẽs illi qui per ſe:vel alium:ſeu alios: directe vel in- 12
directe: ſub quocunꝗ titulo vel colore: occupãt:detinẽt:vel hoſtiliter deſtruũt: ſeu
inuadunt:aut occupare:detinere:vel deſtruere:aut inuadere hoſtiliter preſumũt:
in totum vel in partem Almam vrbẽ:regna Sicilie:ſeu Tinacrie: Inſulas Sar-
dinie: Curſice:terre citra farum: Patrimoniũ beati Petri in Tuſcia: Ducatũ
Spoletanum: Comitatũ Venaiſineñ. Sabineñ. ⁊ marchie Anchonitañ. Maſ-
ſe: Trebarie: Remãdiole: Campanie ⁊ Maritime: ꝓuincias ⁊ terras ſpecialis
cõmiſſionis Arnulphorum: Bononieñ. ferrarieñ. Benauentañ. Peruſij. Aui-
nioneñ. ciuitatis Caſtelli: Tudertineñ. ⁊ alias ciuitates:terras ⁊ loca: vel iura ad
ipſam romanam eccleſiam ſpectantia ⁊ pertinentia ⁊ adherentia: aut fautores ⁊
defenſores eorum:ſeu in his dantes eiſdem auxilium:conſilium:vel fauorẽ. Non
obſtantibus quibuſcunꝗ priuilegijs ac litteris apoſtolicis: ceteriſꝗ in contrariũ
facientibus quibuſcunꝗ.

¶ Vltimo decreuit idem Leo: ꝙ a prefatis excõmunicationibus: nullus per aliũ De reſerua-
ꝗ̃ per romanum pontificem (niſi duntaxat in mortis articulo conſtitutus) ab- tione abſolu
ſolui poſſit. Nec etiam tunc:niſi de ſtando ſancte matris eccleſie mandato: ſatiſ- tiõis a p̃fatis
ctione:vel ſufficienti cautione preſtitis:etiã pretextu confeſſionalium:ſeu quarum- excõicationi
uis facultatũ: verbo:litteris:aut quauis alia ſcriptura:quibuſlibet:ſeu quomodo- bus.
libet conceſſarium:vel imposterum concedendarum.

¶ Illos autem qui contra tenorem preſentium:talibus:vel alicui eorũ : ſeu aliqui-

UVA. BHSC. IyR_230_1

Pene cõtra abſoluẽtes a predictis excõicationibꝰ — bus abſolutionis beneficiũ impẽdũt de facto: excõicationis ſñia voluit innodari. Eiſq; p̃dicationis: lectiõis: adminiſtrationis ſacramẽtorũ: ⁊ audiẽdi cõfeſſiões officia interdixit. Et declarauit apte p̃dictꝰ pontifex: tranſgreſſoribꝰ ⁊ contẽptoribus predictis ſe grauius cõtra eos ſpũaliter ⁊ tẽporaliter (put expedire cognouerit) pceſſurũ. Et nihilominꝰ quicquid egerint abſoluẽdo vel alias: nullius eſſe roboris vel momenti declarauit.

Collector. ¶ Quia (vt ſupra diximꝰ) diuerſi ſũmi põtifices p̃cedẽtes ſub diuerſis formis fecerũt ſupradictũ pceſſũ ſeu bullã cene dñi: ⁊ ſimiliter credẽdũ eſt ꝙ faciẽt ſucceſſores eorũ: ideo opꝫ ſemp inquirere quolibet anno: vtrũ aliquid fuerit innouatum

Nota. per põtificẽ tunc p̃ſidentẽ. Nã alias forte ex ignorantia iuris (q̃ neminem excuſat) mitterent falcẽ in meſſem alienã: ſeu abſoluerẽt a quibus nõ poſſent: ⁊ ſic inciderent in excõicationem papalẽ ⁊ penas ſupraſcriptas.

Secũdũ notabile circa excõicatiões — Alterũ ſciendũ quo ad predictã materiã excõicatiõis eſt: ꝙ Sixtꝰ. 4. in extrauagãti q̃ incipit Et ſi dñici gregis: poſuit multos alios caſus a quibꝰ etiã nequeunt fr̃es abſoluere: quorũ tñ aliqui ſunt de cõtentis in bulla cene dñi: et ſunt ſequẽtes: vꝫ. Offenſa eccl̃iaſtice libertatis. Violatio interdicti a ſede ap̃lica. Crimẽ hereſis poſtq̃ de eo fuerint ſentẽtialiter cõdẽnati: delati: ſeu publice diffamati. Cõſpiratio in romani põtificis perſonã: aut eiꝰ ſtatũ: vel dicte ſedis. Mutilatio mẽbrorũ: aut cuiuſcũq; in ſacris cõſtituti occiſio. Offenſa perſonalis in epiſcopum: ſeu aliũ prelatum. Inuaſio romipetarũ: ſeu quorũcũq; ad romanã curiã venientiũ. Prohibitio deuolutionis cauſarũ ad dictã curiam. Inuaſio: occupatio: depredatio: aut deuaſtatio terrarũ romane eccl̃ie: mediate vel immediate ſubiectarum. Delatio armorũ ⁊ aliorũ phibitorũ ad partes infideliũ. Impoſitio nouorum onerũ realiũ: vel perſonaliũ eccl̃ijs: vel eccl̃iaſticis perſonis. Demum ſimonie ſuper ordinibus: vel beneficijs aſſequendis: in dicta curia: vel extra eã quomodolibet contracte.

Collector. ¶ Aduertendum eſt: ꝙ prefata bulla Sixti ſolũ habet locũ in conceſſionibus ab ip̃o factis: nõ aũt in alijs: put ex ip̃a bulla clare colligitur. Et ſic quidaꝫ famoſus doctor vniuerſitatis Salmantine declarauit. Itaq; de caſibꝰ in ea contẽtis nõ eſt curandũ: niſi tm̃ de illis qui in dicto proceſſu cene dñi continentur: excepto ꝙ per aliqđ cõfeſſionale Sixti nullus poſſet ab aliquo predictorum abſolui.

Tertiũ notabile circa excõicationes. — Aliud inſuper notandũ eſt: ꝙ in caſibus inferius annotatis incurrunt excõicationis ſententiã fratres predicti. Et ideo vt ab illis ſe abſtineant: ponuntur hic ſuccinte. Qui aũt illas plenius voluerit intelligere: videat originalia: vel ad minus ſummiſtas.

Collector. Sequuntur excõmunicationum ſententie: que in iure canonico reperiuntur contra religioſos: preſertim ordinum mẽdicantium ſpecialiter late.

1 Ex iure cõi. Studium. Honorius. 3. protulit excommunicationis ſententia in religioſos de clauſtris ad audiendum leges vel phiſicam exeuntes: ⁊ infra duos menſes ad clauſtrum non redeuntes. Quam ſententiam vel penam voluit ip̃o facto incurrere. Ac diſtricte precepit: tam a dioceſanis ⁊ capitulis ip̃orum: q̃; a ceteris epiſcopis in quorum dioceſibus huiuſmodi ſtudent: tales excommunicati publice nuncientur. Habetur in. c. Super ſpecula: extra Ne clerici vel monachi.

2 Ex iure cõi. Bonifacius. 8. vt periculoſa religioſis vagãdi materia ſubtrahat̃ diſtrictius inhibuit: ne de cetero aliquis quãcũq; religionẽ

UVA. BHSC. IyR_230_1

tacite vel expreſſe profeſſus: in ſcolis vel alibi temere habitũ religionis ſue dimit- Habitus.
tat. Nec accedat ad quevis ſtudia litterarũ: niſi a ſuo prelato cum conſilio ſui cõ-
uentus vel maioris partis eiuſdem ſibi eundi ad ſtudium licentia primitus fit cõ Studium.
ceſſa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit: excõmunicationis ſen
tentiam voluit incurrere ipſo facto. Doctores quoq3 ſiue magiſtros: qui religio-
ſos habitu ſuo dimiſſo leges vel phiſicam audientes: ſcienter docere: aut in ſco-
lis ſuis preſumpſerint retinere: ſimili eo ipſo ſunt ſentẽtie innodati. Habetur in. c.
Ut periculoſa. Ne clerici vel monachi. lib. 6.

Clemens. 5. in con ilio Vienenſi protulit ſententiam excõmunicationis 3
contra religioſos ſimplices: ſeu ſubditos non habentes ali- Ex iure cõi.
quam adminiſtrationem vel beneficium: qui decimas eccl'ijs debitas vſurpare Decime.
preſumant: niſi poſt requiſitionem deſiſtant a premiſſis infra menſem: et dãnifi
catis eccleſijs emendã infra duos menſes faciant: prout latius poſitũ eſt ſupra
in dictione Decime.

¶ IDEM Clemẽs temerarios violatores illius cõſtitutionis: q̃ religioſis et cle 4
ricis ſecularib⁹ prohibet ne aliquos ad vouendũ vel fide interpoſita: ſeu alias pro- Ex iure cõi.
mittendũ inducãt vt ſepulturas apud eorũ eccl'ias eligant: vel iam electã vlterius Sepultura.
non mutent: ſententiã excõmunicationis (pena in dicta conſtitutione cõtenta in
ſuo perdurante robore) incurrere voluit ipſo facto: ab alio q̃ a ſede apoſtolica (p̃-
terq̃ in mortis articulo) nullatenus abſoluendos: nullis priuilegijs aut ſtatutis
cuiuſcunq3 tenoris exiſtant: in contrarium, ſuper his valituris. Habetur in Clemẽ
tina Cupientes. de penis. ¶ Conſtitutio de qua hic fit mentio eſt Bonifacij. 8. q̃
ponitur in dictione Sepultura. §. 6.

¶ IDEM Clemens prohibuit: ne monachi: aut regulares canonici adminiſtra- 5
tionem aliquã nõ habẽtes: ad curias principũ: abſq3 ſpeciali prelatorũ ſuorum li- Ex iure cõi.
centia ſe cõferãt. Q̃d ſi vt dãnũ aliq̃d inferant ſuis p̃latis: aut monaſterio: ſe con
ferre preſumpſerint: excommunicationis ſententiam eos incurrere voluit ipſo fa-
cto. Habetur in Clementina Ne in agro. de ſtatu monachorum.

¶ IDEM Clemens: monachos infra ſepta monaſterij ſine licentia abbatum 6
ſuorum arma tenentes: excõmunicationis ſententie ipſo facto decreuit ſubiacere.
Habetur in Clemen. Ne in agro. §. prefate. De ſtatu monachorum. Ex iure cõi.

¶ IDEM Clemens ſtatuit: q̃ religioſi qui clericis aut laicis ſacramentum vn Arma.
ctionis extreme vel Euchariſtie miniſtrare: vel matrimonium ſolennizare: non ha 7
bita ſuper his parrochialis preſbiteri licentia: aut quemq̃ excommunicatum a Ex iure cõi.
canone (preterq̃ in caſibus a iure expreſſis: vel per priuilegia ſedis apoſtolice Sacramẽta
conceſſis eiſdem) vel a ſententijs per ſtatuta prouincialia aut ſynodalia promul
gatis: ſeu ſi a culpa et pena abſoluere quẽq̃ preſumpſerint: excommunicationis
ſententiam incurrant ipſo facto: a ſede apoſtolica duntaxat abſoluendi. Habe-
tur in Clementina Religioſi. De priuilegijs.

¶ IDEM: Clemens: religioſos qui aliq̃ (vt audientes a decimarũ eccl'ijs debi 8
tarum ſolutione retrahant: in ſermonibus ſuis vel alibi) proferre preſumunt: excõ Ex iure cõi.
municationis ſubiacere ſententie decreuit ipſo facto. Habetur in Clemẽtina Cu- Decime.
pientes: de penis.

¶ IDEM Clemẽs ſtatuit: q̃ religioſi qui ſcienter poſt poſuerint cõfitẽtib⁹ con 9
ſcientiã facere de ſoluendis decimis eccl'ijs debitis: ab officio p̃dicationis tãdiu Ex iure cõi.
manere it ipſo facto ſuſpenſi donec cõfitentib⁹ ipſis (ſi hoc ipm eis dicẽdi cõmode Decime.

UVA. BHSC. IyR_230_1

facultatem habuerint) conſcientiã fecerint: excõicationis incurſuri ſententiã ipo facto ſi pdicare pſumpſerint: pdicta negligentia: vt pmittitur: nõ purgata. Ad religioſos tñ monaſterioꝝ vel eccl'iarũ decimas percipientes: noluit hoc extendi. Habetur in Clementina Cupientes. De penis.

10 Ex iure cõi. Interdictũ.

¶ IDEM Clemens: circa interdictoꝝ obſeruantiã generalium auctoritate ſedis apoſtolice: aut a locoꝝ ordinarijs poſitoꝝ diſtricte precipiendo mandauit quatenus religioſi quicũq;: tã exempti: ꝙ non exẽpti: cuiuſcunq; ordinis et cõditionis exiſtant quũ cathedralẽ vel matricem: ſeu parrochialẽ loci eccleſiã illa viderint aut ſciuerint obſeruare (non obſtantibus quibuſcunq; appellationibꝰ antea etiã ad eandẽ ſedem vel aliũ: ſeu alios interiectis: et alijs obiectionibꝰ quibuſcunq;) abſq; dolo et fraude: cũ moderatione tñ capl'i Alma mater: inuiolabiliter ea obſeruent. Alioquin non ſeruantes: excõicationis ſentẽtie voluit ſubiacere. Quod etiam in interdictis: et in ceſſationibus a diuinis indictis per puincialiũ cõciliorum ſtatuta: vel ipſoꝝ auctoritate voluit obſeruari. In ceſſationibus vero generalibus a diuinis ciuitatũ: terrarũ et alioꝝ locoꝝ quas aliquãdo ex cõſuetudine vel alias capl'a. collegia. vel conuentus ſeculariũ aut regulariũ eccl'iarum ſibi vendicant: idem voluit intelligi. Habetur in Clementina Ex frequentibus. de ſententia excommunicationis.

11 Ex iure cõi. Apoſtaſia ab ordine.

Martinus. 5. ſtatuit: vt nullus ex profeſſoribus alicuius ex ordinibus mẽdicantiũ quoꝝcũq;: in aliquẽ monaſticũ ordinem (tam ſancti Benedicti: ꝙ Ciſterciẽſis. Camaldulẽſis. Vallis vmbroſe. Canonicoꝝ regularium ſancti Auguſtini: vel alioꝝ monaſticoꝝ ordinũ: cartuſienſium duntaxat excepto:) poſſit aut debeat per quẽcũq; recipi vel admitti virtute alicuius indulti: abſq; ſedis apoſtolice licentia ſpeciali: ſub excõmunicationis late ſententie pena incurrenda: pape reſeruata. Quã tam recipientes ꝙ recepti ipo facto incurrant. Et ſecꝰ facta nõ teneãt ipo iure. Habetur in extrauagãti q incipit. Viã ãbitioſe.

12 Ex iure cõi. Alienatio rerũ eccl'ie.

Paulus. 2. ptulit ſententiã excõmunicationis in eos qui bona eccleſiaſtica quecunq; alienant: vel pactum per quod ipſorum dñium transferretur faciunt: et in illos qui ipa alienata recipiunt: ipamq; alienationem nullius voluit eſſe momenti. Habetur in extrauaganti. Ambitioſe. Que habetur latius ſupra in dictione Alienatio. §. 4.

13 Ex iure cõi. Cõtra fr̃es ⁊ ſorores tertij o.dinis.

Sixtus. 4. ſtatuit: ꝙ excõmunicationẽ incurrant ipſo facto fratres et ſorores tertij ordinis: qui collegialiter viuentes: poſt factã profeſſionẽ et emiſſionẽ triũ votoꝝ ſubſtantialiũ ſolenniter in manibus ſui miniſtri vel miniſtre: matrimoniũ contrahunt: ſeu ante contractum: conſumant: aut religionem ipam dimittunt ad ſecularẽ vitã euntes. Et tale matrimoniũ eſt nullum: nec poſſunt abſolui niſi habitu reaſſumpto ſuã profeſſionem collegialiter viuentes obſeruent: et a ſuis ſuperioribus abſolui meruerint. Habetur in extrauaganti que incipit. Ad xpi vicarij preſidentis.

14 Contra fr̃es mi. ⁊ pdica.

¶ IDEM Sixtus ſtatuit: ꝙ excõmunicationem incurrant fratres mi. et predicatores recipientes ſiue admittentes ad priuilegia et immunitates ordinũ ſuoꝝ quoſcũq; laicos vtriuſq; ſexus: pretextu tertij ordinis: ſeu alterius modi: niſi geſtauerint habitũ predicti tertij ordinis ſolitũ: et pfeſſionẽ emiſerint ſolitã: et in aliqua domo: ſeu congregatione dictorum fratrum vel ſororum vitam duxerint in communi. Non obſtantibus quibuſcunq; litteris apoſtolicis. Habetur in bulla que incipit: Deteſtanda nullorum ambitio.

UVA. BHSC. IyR_230_1

# ¶Exempti fratres.

Clemens. 4.prohibuit:ne aliquis frater minor exemptus ab obedientia ordinis: poſſit contra ſtatuta religionis morari in domibus fratrũ dicti ordinis: aut in corum officijs ſe immiſcere vel intromittere.B.ſſfo.75.conce.224. 1 Officia ordinis.

Gregorius. ii.ſtatuit ⁊ ordinauit:ꝙ omnes ⁊ ſinguli religioſi quorumcũꝗ ordinũ: etiã mendicantium:ſedis apoſtolice capellani:perinde eorũ ſuperiorıbꝰ ⁊ ipſorum correctionibus:in omnibus ⁊ per omnia ſint ſubiecti: ac ſi predicti capellani non eſſent. Non obſtantibus exemptionibus ⁊ alijs quibuſcunꝗ priuilegijs in contrarium facientibus.b.fo.37.Et ſſo.35.conceſſione.39. 2 Pro oibus mẽdicãtibꝰ. Correctio.

Bonifacius. 9.ſtatuit ⁊ ordinauit:ꝙ oẽs ⁊ ſinguli religioſi quorũcũꝗ ordinũ:etiam mendicantiũ: ſedis apoſtolice capellani:ꝑinde eorũ ſuperiorıbꝰ ⁊ correctioni ipſorũ in oibus ⁊ per omnia ſint ſubiecti ac ſi predicte ſedis capellani non eſſent.b.ſſfo.126.conce.363. 3

Calixtus. 3.ſtatuit ⁊ ordinauit:ꝙ nullus dictorũ fratrũ beneficia ſecularia:ſeu etiam regularia:quouis modo in titulum vel cõmendam ꝓ tempore habentiũ:poſſint capitulis generalibus:vel prouincialibus : aut congregationibus:ſeu negocijs: vel officijs:aut alijs adminiſtrationibꝰ ordinis (niſi generalis ꝓ tempore cõſenſu interueniente) quomodolibet admitti:ſub excommunicationis pena:quã admiſſi ⁊ admittentes incurrant ipſo facto.B.fo.92.Et ſſo.175.conceſſione.410. 4 Prohibitio Excõicatio.

Nicolaus. 5.conceſſit miniſtro generali fratrũ mi.ꝙ poſſit viſitare ⁊ corrigere quoſcunꝗ fratres exemptos prefati ordinis : prout late poſitum eſt ſupra in dictione Correctio.§.9. 5 Miniſter generalis.

Sixtus. 4.ſtatuit: vt ſi aliqui fratres mi.aut predicato.obtinuerint habilitationem ad habẽda beneficia eccleſiaſtica: ⁊ ꝙ interim:vel poſtꝗ ea habuerint valeant reſidere in domibus dicti ordinis: ⁊ ibidem cameras:ac vocem actiuã ⁊ paſſiuam in capitulis generalibus habere: ⁊ priuilegijs dictorum fratrum ⁊ ordinũ gaudere:ꝙ iſti tales poſtꝗ aliquod beneficiũ pacifice adepti fuerint: aut pro capellanis in aliquibus eccleſijs deſeruire ceperint: conceſſionibꝰ predictis nequeant gaudere:aut alijs conſimilibus ordinẽ concernẽtibus:niſi de prelatorum conſenſu.Et idem ſtatuit de promotis ad cathedrales:etiã titulares: ac alias dignitates eccleſiaſticas.B.fo.66.Et ſſo.149.conce.365. 6 De fr̃ibus ꝑdicatoribꝰ ⁊ minoribus. Officia ordinis. Epiſcopi.

¶IDEM Sixtus cõceſſit ſeu ſtatuit:vt nullus profeſſor ordinis Carmelitarũ beneficia ſecularia:ſeu etiã regularia:quorũuis Romanorũ pontificum: aut ſedis apoſtolice:vel legatorũ eius conceſſione vel indulto:quouis modo in titulũ vel cõmendam pro tẽpore obtinentiũ:aut que futuris temporibus quomodolibet obtinebunt:etiã ſi illa ſimpliciter:vel alio quouis modo dimiſerint: in capitulis generalibus:vel prouincialibus:aut congregationibus:ſeu negocijs:officijs : vel alijs adminiſtrationibus dicti ordinis (niſi generalis pro tẽpore conſenſu interueniente) quomodolibet admittantur:ſub excommunicationis pena:quam admiſſi ⁊ admittentes ipſo facto incurrant.B.ſſo.188.conceſſione.482. 7 Ex ꝓuilegijs carmelitarũ. Excõicatio.

Iulius. 2.committit vniuerſis prelatis: ⁊ alijs perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis:vt requiſiti a prelatis ordinis minorum ⁊ 8 De examina



UVA. BHSC. IyR_230_1

tione priuile commiſſariis romane curie: aut alijs fratribus ad hoc per eoſdē deputatis: exa-
gioꝝ exem- minent quaſcūqꝫ litteras apl'icas: quas fratres dicti ordinis ſuper exēptionibus:
ptionū ſtrm ⁊ habitus mutationibus: ⁊ dimiſſionibus: ⁊ alijs extorſionibus impetratas re-
particulariū pererint: ⁊ ꝙ cauſas per eoſdē fratres in illis allegatas diiudicēt: ⁊ ſi veras non
repererint: eas reuocent ⁊ annullent: ac eiſdē fratribus minime ſuffragari debere
declarent. Ac ꝙ predictis fratribus ad ordinē canonicoꝝ regulariū trāſlatis: ſeu
Nota. vt ſeculares incedētibus: ne in ciuitatibus: oppidis: vel locis vbi domus dicti or
dinis fuerint permaneāt: inhibeāt: vel ſi in eis manere voluerint: vt ad ordinem:
ſeu familiā cuius habitū temere reliquerint: redeant. B. ffo. 13. conce. 50.

9 Leo. 10. ſtatuit: ꝙ nullus frater ordinis mi. obſeruantie: obtinere poſſit ali-
De licētia re quam exemptionem: aut indultū apoſtolicū: ſub quauis forma ⁊ ex-
quiſita ꝓ im preſſione verboꝝ: niſi generalium aut cōmiſſariorum ſuoꝝ in romana curia exi
petratiōe ex ſtentium ad hoc expreſſus accedat aſſenſus. Et ꝙ ſi illa impetrauerit: illa nullate-
emptionis. nus ſibi ſuffragetur: vt illoꝝ obtentu a prelatorum ſuoꝝ iuriſdictione ⁊ regula-
ri diſciplina exemptus cenſeatur. B. ffo. 15. conce. 52.

10 ¶ IDEM Leo ſtatuit: ꝙ nullus prelatus: aut apoſtolice ſedis nuncius: aut lega
tus niſi eſſet de latere legatus: aliquē ex ꝓfeſſoribus ordinis mi. ad ſecū morādū
vel pro ſuis negocijs ꝓmouendū: abſqꝫ gn̄alis ſeu ꝓuincialiū: petita ⁊ obtenta li
centia. ⁊ in ſcriptis habita: aſſumere poſſit: ſine ſpeciali ſedis apoſtolice mādato:
de p̄ſentib⁹ ſpecialē mētionē faciente. Super quo ponit cēſuras. B. ffo. 15. cō. 53.

11 ¶ IDEM Leo iterum ꝓhibuit: ne aliquis frater minor: cuiuſcunqꝫ cōditionis
De licētia cō ⁊ gradus exiſtat: vigore cuiuſuis reſcripti apoſtolici: ſub quauis verboꝝ forma:
miſſariꝝ ꝓ im ⁊ cum quibuſuis derogatorijs ⁊ efficaciſſimis clauſulis quomodolibet emana-
petratiōe ex ti: exēptus a iuriſdictione ſuoꝝ prelatoꝝ in aliquo cenſeatur: niſi prius cōmiſſa-
emptionis. rij dicti ordinis in romana curia reſidētis: ad hoc expreſſus: ⁊ in ſcriptis accedat
aſſenſus: decernēs irritū ⁊ inane: quicquid ſecus a quoqꝫ quauis auctoritate ſciē-
ter: vel ignorauter contigerit attentari. B. ffo. 18. conce. 59.

## ¶ Exemptio.

1 Exēptio a ꝓ Clemens. 4. exemit fratres i multis a iuriſdictiōe ⁊ ſubiectio
latis eccleſia ne prelatorum eccleſie. ¶ Primo conceſſit: ꝙ per
ſticis. litteras apoſtolice ſedis: aut legatorum: ſeu delegatorum ipſius: cō
uenīri a quoqꝫ minime valeant predicti fratres minores. ¶ Secun
do: ꝙ ad pecuniam colligendam cogi non poſſint inuiti: etiam per
litteras ſedis apoſtolice de cetero impetrandas. ¶ Tertio: ꝙ nullus predictoꝝ
fratrum teneatur correctionis: ſeu viſitationis vel inquiſitionis officium in mona-
ſterijs: vel eccleſijs: ſeu quibuſcunqꝫ perſonis impendere: vel ad cognitiones cau
ſarum: ſeu citationes partiū ⁊ denunciationes ſententiarum interdicti ⁊ excom-
De moniali- municationis procedere. ¶ Quarto: ꝙ non teneantur recipere curam monialiū:
bus ⁊ alijs re ſeu religioſarum: quarumlibet ve perſonarū: per quaſcunqꝫ litteras apoſtolicas:
ligioſis. niſi de hoc indulto ⁊ ordine predicto: expreſſam fecerint mentionem. B. fo. 57. et
ffo. 140. conceſſione. 321.

2 ¶ IDEM Clemens conceſſit: vt ad viſitandum aliqua monaſteria monialiū
De moniali- cuiuſcunqꝫ ordinis: vel ad audiendas confeſſiones earum: nequeant predicti fra-
bus. tres aliquatenus compelli. Nec ad recipiendum cōmiſſiones cauſarum: ſeu ſen-
Viſitatio. tentiarum executiones: vel alia contingentia cauſas ipſas per litteras ſedis apo-

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſtolice (in quibus non facta fuerit de indulto hmōi mentio ſpecialis) ſiue per legatos: vel delegatos ipſi⁹: aut etiā p alios quoſcūq3. B.fo.57. Et ffo.140.cō.322.

¶ JDEM Clemens conceſſit inſuper: q nullus archiepiſcopus: vel epiſcopus: nulluſq3 alius prelatus eccleſiaſticus: valeat cōpellere fratres minores ad portandum: ſeu deferendum litteras: vel exequendum: aut denuntiandum ſententias cōtra principes ſeculares: cōmunitates: populos: ſeu alios quoſcūq3 benefactores eorūdem fratrū. Ac etiam q nullus delegatus: vel ordinarius iudex poſſit eoſdem fratres compellere ad faciendum citationes: vel cōmiſſiones recipiendas: ſiue q ſint in aliquibus cauſis aſſeſſores: ſiue ad lites & controuerſias contingentia: in cauſis que coram ipſis tractantur: ſine ſedis apoſtolice ſpeciali mandato vel licētia: expreſſam faciente de huiuſmodi indulto mentionem. Nec quiſq3 eorum teneatur parere vel intendere ſuper his monitionibus: ſeu mandatis: aut iuſſionibus eorūdem: aut facere vel implere quod in hac parte duxerint iniungendum. B.fo.57. Et ffo.140.conceſſione.323. 3

De exēptiōe ab oib⁹ actibus fori iudicialis.

¶ JDEM Clemēs conceſſit: q nullus legatus niſi de latere: auctoritate litterarum apoſtolicarum ſpecialē de indulto hmōi: & ordine predictorū fratrū minorū non facientiū mentionē: nulluſq3 alius prelat⁹: nec aliqua perſona religioſa: vel ſecularis de hmōi fratrib⁹: ad ſua vel alteri⁹ negocia pcurāda: ſeu ad ſecū manendum: aliquem aſſumere valeat: niſi quos generalis vel puinciales miniſtri tanq3 idoneos & diſcretos eis duxerint aſſignādos. Quos etiā ſubiacere voluit ordis diſcipline. B.fo.57. Et ffo.141.conceſſione.325. 4

Exēptio ab occupatiōe ī q̄slibet negocijs extra ordinem.

¶ JDEM Clemēs prohibuit vniuerſis eccleſiarū prelatis & alijs: ne confeſſiones fratrū mi. inuitis prelatis eiuſdē ordinis audire pſumant. Nec eos cōpellāt ad ſynodos: ſeu cōgregationes ſuas accedere: vel cū eis extra ciuitates: vel intra pceſſionaliter exire: aut ſuis cōſtitutionibus ſubiacere: vel capitula: ſcrutinia & inquiſitiones in locis: ſeu monaſterijs fratrū: vel alibi de eiſdē facere. Aut fidelitatē iuramento firmatā: & manualē obedientiā miniſtris: ſeu cuſtodib⁹: vel guardianis eiuſdē ordinis exigere: aut de ipoꝝ inſtitutione: vel deſtitutiōe: ſiue de ſtatutis ordinis ſe aliquatenus intromittere: ſeu prohibere ne ad ciuitates & villas vbi religioſe viuere & morari poſſint: a populis euocati audeāt accedere: ibiq3 pro ſuis vſibus cōſtruere edificia: ſeu eccl'ias & oratoria: aut in ſic accedētes: ſeu in cōſtruētes fratres hmōi: vel receptatores ipoꝝ: excōicationis ſententias pferre pſumāt. B.fo.58. Et ffo.142.conceſſione.338. 5

Cōfeſſiōes. Proceſſiōes. Obedientia. Edificare. Excōicatio. Collector.

¶ JDEM habetur quo ad fratres Carmelitas. B.ffo.186.conceſſione.476. Et quo ad fratres predicatores. B.ffo.238.conceſſione.564. Et quo ad Auguſtinēſes. B.ffo.246.conceſſione.604.

¶ JDEM Clemēs exemit pfatos frēs a ſolutione canonice portionis de ornamētis & plurib⁹ alijs: put ad lōgū poſitū eſt ſupra ī dictiōe Canonica portio. §.3. 6

Canonica portio.

¶ JDEM Clemens conceſſit eiſdem fratribus minoribus: vt ad preſtationem procurationum legatorum ſedis apoſtolice: vel nuntiorū ipſius: ſeu dioceſanorū locorum: aut exactionum: vel collectarum: ſeu ſubſidiorum: vel prouiſionum quorumcunq3 minime teneantur. Nec ad ea ſoluenda per litteras dicte ſedis apoſtolice aut legatorum: vel nuntiorum eiuſdem: ſeu rectorum terrarum eccleſie romane: cuiuſcunq3 tenoris fuerint: compelli poſſint: niſi hmōi littere apoſtolice impetrande: plenam & expreſſam de hoc indulto & ordine predicto: fecerint mentionē. B.fo.59. Et ffo.142.conceſſione.341. 7

Exemptio a quibuſlibet exactionib⁹.



UVA. BHSC. IyR_230_1

8 ¶ IDEM Clemens exemit eoſdē fratres: ita ꝙ non obſtante conſtitutione

De exēptiōe ab oī iuriſdictione prelatorum eccl'ie

Innocentij.4.non teneantur etiam ratione delicti: contractus: ſeu rei de qua agitur locorū ordinarijs ſubiacere. Decernens irritum ⁊ inane quicquid ſecus attētari contigerit. B.fo.59.Et ffo.142.conce.342.

9 ¶ IDEM Clemens prohibuit: ne fratres minores ab aliquo legato (niſi de latere ſedis apoſtolice miſſo) vel delegato: aut ſubdelegato: auctoritate litterarum apoſtolicarum excommunicari: ſuſpendi: aut interdici poſſint: niſi littere ipſe plenam ⁊ expreſſam de predicto ordine ⁊ indulto huiuſmodi facerent mentionem. B.ffo.3.conceſſione.1.

Excōicatio.

10 Nicolaus. 4.conceſſit exemptionem totalē ordini minorum: decernens ordinem predictum: ⁊ fratres eiuſdem immediate ſedi apoſtolice ſubiacere. Ac eccleſias: ⁊ oratoria: domus: loca: libros: vtenſilia: ⁊ alia mobilia ⁊ immobilia (quorum vſum habent fratres prefati) in ius ⁊ proprietatē ſedis apoſtolice ſuſcepit. B.fo.28.Et ffo.112. conce.243.

De imediate ſubiectiōe ſedi ap'lice. Collector.

¶ Vide ampliationem prefate conceſſionis infra.§.14.

11 Bonifacius. 8.confirmauit litteras predeceſſorum ſuorum: ſuper exemptione predicta: ⁊ de nouo exemit fratres mino. prefatos ⁊ illorum ordinē: ab omnium ⁊ ſingulorum quorūlibet prelatorum: et pſonaꝝ eccleſiaſticarum omnimoda poteſtate ac iuriſdictione: decernens prefatos ffes ⁊ ordinem eorum immediate ſedi apoſtolice tantummodo et romano pontifici ſubiacere. b.fo.32.Et ffo.32.conce.34.

Cōfirmatio exēptionū ſuprascriptaꝝ.

12 ¶ IDEM Bonifacius conceſſit monialibus ſancte Clare: vt ad preſtationem decimarū de quibuſcunq; poſſeſſionibus: ⁊ omnib9 alijs bonis: que iuſte habuerint: vel ad contribuendū procurationibus quorūlibet ordinariorum: ⁊ etiam legatorum: ⁊ nuntiorum ſedis apoſtolice: ac quibuſlibet tallijs ⁊ collectis: aut ad exhibendum pedagia: telonea: ⁊ alias exactiones quibuſuis regibus: principib9: ſeu alijs perſonis: minime teneantur: nec ad id cōpelli aliqualiter valeant. B.fo.38.Et ffo.122.conceſſione.267.

Pro monialib9.s.clare.

13 ¶ IDEM Bonifaci9 dedit copioſam exemptionē fratrib9 Auguſtinenſibus ⁊ eorū ordini: ſicut cōceſſerat fratrib9 ⁊ ordini mi. B.ffo.247.cōce.619.

Pro auguſtinenſibus.

14 Benedictus. 11.exemit ordinē fratrum mi. ſicut fecerat Nicolaus.4.ſupra.§.10. ⁊ addidit: ꝙ nec etiam ratiōe delicti cōmiſſi: vel initi cōtractus: aut rei ſite: vel poſite: ſeu exiſtentis extra loca eorūdem fratrū exēpta: poſſint coraꝫ ordinarijs: vel alijs prelatis eccleſiaſticis moleſtari: ſeu quomodolibet conueniri. Non obſtante conſtitutione Innocentij.4.in cōtrarium faciēte. B.fo.24.Et ffo.108.conceſſione.232.

Ampliatio exēptionū ſuprascriptaꝝ.

15 Martinus. 5.approbauit ⁊ confirmauit litteras Bonifacij.9. qui dedit ampliſſimam exemptionem ordini fratrum predicatorum: ⁊ ab ea dependentibus: ſub ſequentibus verbis. Veſtigijs nonnullorum predeceſſorum noſtrorū inherentes: ordinem ipſum: ac magiſtrum generalē: et priores ⁊ fratres predictos: necnon quaſcunq; ſorores: ac domos: monaſteria: ⁊ hoſpitalia quecunq;: que ſub cura ⁊ regimine ordinis fratrum predicatorum fuerint ꝓ tempore conſtituta: ⁊ eorum rectores ⁊ gubernatores: cum omnibus ſuis iurib9 et pertinentijs: que in preſentiarum obtinent: et in futurum (dāte domino) iuſtis modis poterunt adipiſci: ab omni iuriſdictione: dominio: ſubiectione: et poteſtate quorumlibet ordinariorū ⁊ prelatorum: ac perſonarum eccleſiaſticarū: necnō

Pleniſſima exēptio ꝓ frib9 ꝑdicatorib9 ⁊ alijs perſonis eis ſubiectis.

UVA. BHSC. IyR_230_1

a ſolutione cuiuſcunq; collecte: pedagij: aut cuiuſcunq; alteri⁹ generis exactiõis: Exactiones
de apoſtolice poteſtatis plenitudine: ⁊ de certa ſcientia prorſus eximimus ⁊ to-
taliter liberamus: illaq; in ius ⁊ proprietatem beati Petri ⁊ ſedis apoſtolice: ⁊
ſub eorũ ſpeciali ⁊ immediata protectione ſuſcipimus: decernentes: ordinem: ma
giſtrum: priores: fratres ⁊ ſorores qui nunc ſunt et erunt pro tẽpore: domos: mo
naſteria: loca ⁊ hoſpitalia ſupradicta: eorũq; rectores ⁊ gubernatores: cũ omni-
bus iuribus ⁊ pertinentijs hmõi: ſolũ immediate ſedi apoſtolice ſubiacere. Ita-
q; ordinarij ⁊ prelati huiuſmodi: ſiue quevis alia perſona generaliter: vel ſpecia-
liter: aut cõmuniter: vel diviſim: non poſſint quavis auctoritate: excõmunicatio- Cenſure ec-
nis: ſuſpenſionis: ⁊ interdicti ſententias promulgare: aut alias etiam ratione de- cleſiaſtice.
licti: ſeu contractus: vel rei de qua agitur: vbicunq; committatur delictum: iniatur
contractus: aut res ipſa conſiſtat: poteſtatem: ſeu iuriſdictionẽ aliquam quomo
dolibet exercere. ¶ Ibidem etiam concedit omnibus ſupra nominatis: exẽptio-
nem a ſolutione decimarum: ⁊ pedagiorum: et collectarum valde copioſiſſime: Decime.
ita q́ in omnibus exemptionibus ordinum mendicantium: nulla reperitur co-
pioſior. b. ffo. 262. conce. 681. Et habetur ſub autentico. B. ffo. 80. conceſſione.
240. ſub nomine Eugenij. 4.

Eugenius. 4. approbavit ⁊ confirmavit litteras Bonifacij. 9. ⁊ Mar 16
tini. 5. in quibus datur copioſiſſima exemptio ordini fratrū Pro fr̃ibus
predicatorum: vt ſupra poſitum eſt. §. 15. Hec autem approbatio Eugenij habe- pdicatorib⁹.
tur auctentica. B. ffo. 80. conce. 240.
¶ IDEM Eugenius exemit ordinem ſancte Clare: abbatiſſas: conventus: mo-
niales: monaſteria ⁊ loca eiuſdem ordinis: cum omnibus iuribus ⁊ pertinẽtijs: 17 Pro monia
ac bonis mobilibus ⁊ immobilibus quibuſcunq;: ab omni iuriſdictione: ac do- lib⁹. s. clare.
minio et poteſtate quorumcunq; legatorum et prelatorum eccleſiaſticorum: cũ ma-
ximis clauſulis et non obſtantijs. Ac ſimiliter exemit a preſtatione ſeu ſolutione Decime.
decimarum: collectarum: talliarum: ſubſidiorum: angariarũ: ac quarumlibet alia Exactiones
rum exactionum. b. ffo. 41. conce. 46. Et ffo. 85. cõce. 248.

Nicolaus. 5. quia aliqui eccleſiarum prelati et alij: non obſervabant exẽ- 18
ptionis litteras conceſſas fratribus mino. ſtatuit et manda-
vit: vt nulla perſona cuiuſcunq; dignitatis: gradus: ſtatus: vel conditionis exiſtat
de cetero predictos fratres moleſtare: aut perturbare preſumant: ſub excõmunica
tionis pena ipſo facto incurrenda: ſi poſt monitionem ab huiuſmodi fratribus Excõicatio.
factam: contrarium preſumpſerint. ¶ Et ibidem concedit generali miniſtro pote- Generalis
ſtatem corrigendi omnes fratres dicti ordinis: ſiue in monaſterijs monialium: miniſter.
ſiue in alijs domibus ⁊ eremitorijs: ſeu locis cõmorantes: etiam ab obedientia: Correctio.
viſitatione ⁊ correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis apoſtolice indulta: ſe
exemptos eſſe (preter regule ⁊ ſtatutorum dicti ordinis formam) pretendentes.
Non obſtantibus quibuſcunq; privilegijs: exemptionibus ⁊ indultis apoſtoli-
cis: in genere vel in ſpecie conceſſis. b. ffo. 47. conce. 50. Et ffo. 87. cõce. 250.

Sixtus. 4. exemit fratres minores a ſolutione decimarum quaruncunq;:
etiã papaliũ: vt habetur ſupra ad longũ in dictione Decime. §. 5. 19 Decime.
¶ IDEM Sixtus exemit moniales ſancte Clare a ſolutione decimarum: etiã 20
illarum terrarum ⁊ poſſeſſionum quas per colonos faciunt cultivari: prout poſi Decime.
tum eſt ſupra in dictione Decime. §. 7.
¶ IDEM Sixtus exemit eccleſias parrochiales apud quas monaſteria fra- 21

trum mi. ſunt cõſtructa: ⁊ capellanos in illis ꝑ parte fratrũ eorũdē poſitos ad
Parrochia. ecclesie. ſeruiendũ: a iuriſdictione ⁊ ſuperioritate ordinarioꝝ. B. fo. 60. Et ff̄o. 144. conce.
351. Et habetur ſupra latius in dictione Eccl̄ie fratrum. §. 5.

22 Pro fr̄ibus pdi. ⁊ mino. ¶ IDEM Sixtus inhibuit locoꝝ ordinariis: ſub interdicti ingreſſus eccl̄ie ⁊ ſuſpenſionis a regimine: ⁊ adminiſtratione eccl̄iarũ ſuarũ: ac rectoribus ⁊ aliis quibuſcunqꝫ ſub excõicationis late ſentētie: ⁊ priuationis earũdē parrochialium eccl̄iarũ: ac oim alioꝝ beneficioꝝ eccl̄iaſticoꝝ q̄ obtinēt: necnõ inhabilitationis
Excõicatio. ad illa ⁊ alia impoſterũ obtinēda: penis (eoipſo per eos qui cõtrafecerint incurrē dis) ne ordines fratrũ predicatoꝝ: ⁊ minoꝝ: ⁊ illoꝝ domos: ⁊ ꝓfeſſores: preter: aut contra tenorē priuilegioꝝ ſuoꝝ per litteras apl̄icas cõceſſoꝝ: eos inquietare: ſeu moleſtare preſumāt. Ac eos: aut teſtamētoꝝ vltimarũqꝫ volũtatũ executores
Quarta. ⁊ heredes: ſeu quoſcunqꝫ alios: directe vel indirecte: ad ſolutionē cuiuſcũqꝫ quarte parrochialis: ſeu canonice: vel alterius portionis: ſeu oneris: vel ad faciendũ celebrari aliquod officiũ in eoꝝ eccl̄iis: vel alibi: d̄ũ apud ipſos fratres decedentiũ
Sacramēta corpora tumulātur: ante vel poſt eoꝝ ſepulturā cogant. Nec cõceſſis dictis fr̄ib⁹ euchariſtie: ſeu extreme vnctionis ſacramēta ſine rationabili cauſa denegare: vel illorum exhibitionē malicioſe differre: aut eoꝝ parrochianis ne predictis fr̄ibus cõfiteātur ꝓhibere: vel ꝑſuadere: nec etiā ad ꝑmiſſa: aut aliqđ ꝑmiſſoꝝ auxiliũ: cõ ſiliũ: vel fauorē dare directe: vel īdirecte q̄ quõ ꝑſumāt. B. fo. 61. Et fo. 145. cõ. 355.

23 Inhibitio. ¶ IDEM Sixtus ſtatuit: ne locoꝝ diocceſani: aut alii ordinarii: ſeu alii quicũqꝫ in perſonas aut loca fratrũ mi. cõtra prohibitionē ſupra poſitā Clemētis. 4. §. 8. et. 9. ſibi quācũqꝫ iuriſdictionē: aut ſuperioritatē vendicare preſumant. Ac diſtricte inhibuit: ne quiſpiam abſqꝫ ſedis apoſtolice ſpecialis cõmiſſione: aut auctoritate: in perſonas: domos: et loca dicti ordinis (vt pote prorſus exēpta) aliquas
Cenſure. cēſuras vel ſentētias: ſpecialiter vel generaliter promulgare audeat. B. fo. 60. Et ff̄o. 144. conce. 347.

24 Pro fr̄ibus Carmelitis. ¶ IDEM Sixtus cõceſſit fratribus Carmelitanis copioſam exemptionē: dicens in ſumma: qꝫ nullus ordinarius: ſeu legatus quauis auctoritate vtens: quācũqꝫ ſuperioritatē ſuper ꝑdictos fr̄es ſibi vēdicare ꝑſumāt. Neqꝫ aliquis abſqꝫ ſpeciali cõmiſſione ſedis apoſtolice: faciente mentionē de verbo ad verbũ de hu
Excõicatio. iuſmodi indulto: valeat ꝓmulgare aliquas ſentētias excõmunicationis: ſeu alias cēſuras ſuper eoſdē. Et voluit qꝫ ꝓceſſus facti contra fratres prefatos: pro infectis habeantur: etiā ſi eorũ exēptio (vt pote notoria) nõ fuerit allegata. B. fo. 99. Et ff̄o. 183. conce. 449. Et etiā ff̄o. 185. conce. 466. extendit exemptionē predictoꝝ fratrũ ad hoc: vt nullus poſſit cõpellere eos ad cognoſcendũ cauſas: ⁊ pleraqꝫ id gen⁹: etiā ꝑ lr̄as apl̄icas nõ faciētes de indulto hoc ſpecialē mentionem.

25 Pro Carmelitis. ¶ IDEM Sixtus exemit predictos fratres Carmelitas a quacunqꝫ iuriſdictione inquiſitorum heretice prauitatis: cũ magnis non obſtantiis. B. fo. 112. Et ff̄o. 196. conceſſione. 489.

26 Pro fr̄ibus pdicatoꝛib⁹. ¶ IDEM Sixtus dedit copioſam exēptionē fratrib⁹ ordinis predicatorũ: ad inſtar exēptionis date fratrib⁹ Carmelitis ⁊ Mino. B. ff̄o. 238. cõce. 560. et 564. et vſqꝫ ad conceſſionem. 570.

27 Inq̄ſitores hereſis. INNOCENTIUS. 8. cõfirmauit ac de nouo cõceſſit litteras Clementis. 4. et Sixti. 4. eximētes fratres mi. a iuriſdictione inquiſitorum heretice prauitatis: ꝓhibendo eoſdem inquiſitores cõtra fr̄es h̄mõi quomodolibet ꝓcedere: vel inquirere. b. ff̄o. 52. conce. 69.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Leo. 10.confirmauit litteras predictas Innocentij.8.ac de nouo conceſſit 28
eaſdem:inſerendo illas de verbo ad verbum: decernens illas debere
inuiolabiliter obſeruari a qbuſcūqꝫ inqſitoribꝰ heretice ꝑuitatis.B.ffo21.cō.64.
¶Idem Leo iterum ꝓhibuit diſtricte inquiſitoribus heretice prauitatis:ne ſe 29
vllo modo intromittant de fratribus mino. Sup quo dedit cōſeruatores vniuer Inqſitores
ſos eccleſiarum prelatos.B.ffo.20.conce.63. hereſis.
¶Idem Leo approbauit:ac de nouo cōceſſit litteras ſuorum predeceſſorum: 30
qui exemerant moniales ſancte Clare ab omni iuriſdictione:⁊ a ſolutione quarū Pro monia-
cūqꝫ decimarum:etiam de terris ⁊ poſſeſſionibus quas per colonos faciunt cul libꝰ.s.clare.
tiuari.B.ffo.44.conceſſione.139.et.140.
¶Idem Leo poſtea exemit moniales.s. Clare:⁊ tertiarias a ſolutione cuiuſ- 31
uis decime:vel taxe:etiā ꝑ ſedē apl'icā impoſite:ſi tñ ita ſunt pauperes: ꝙ ipſarū Pro mo.s.
redditus nō ſufficiunt ꝓ cōmoda illarū ſuſtentatione.B.ffo.48.cōce.143. cla.⁊ tertia.
¶Idem Leo exemit fratres minores obſer.a iuriſdictione cōmiſſariorū cru- 32
ciate ⁊ alijs cōſimilibus:precipiens hmōi cōmiſſarijs ſub grauibus cēſuris: ne De cōmiſſa-
aſſumāt fratres minores prefatos ad predicandū cruciatā.B.ffo.48.cō.144. rijs cruciate.
¶Hoc poſitum eſt ſupra ad longum in dictione Cruciata.§.4. Collector.
¶De exemptione a quarte funeralis ſolutione:ſunt multe conceſſiones diuerſorū
pontificū ſupra poſite in dictione Canonica portio.
¶Circa prefatam materiā eſt ſciendū: ꝙ ſuprāſcriptarū exemptionū:⁊ nonnulla
rum aliarū conceſſionū in fauorē fratrum mendicantiū cōceſſarū: fuerunt alique
derogate per cōcilium Lateranenſe vltimo celebratū:vt poſitū eſt in dictione Cō
cilium.§.6.Attamē qꝛ vt ibidē.§.7.dicitur:fuerūt reualidata noſtra priuilegia: ⁊
per conſequens ſunt annullate hmōi modificationes:ſeu derogationes: ideo nō
oportet illas hic inſerere:preſertim quia quo ad exemptionem ꝓprie ſumptam:
fere nihil innouatum:ſeu derogatum eſt per concilium prefatum.

¶Ex priuilegijs monachorum ſancti Benedicti.

Eugenius. 4.cōceſſit monachis ſancti Bñdicti cōgregatiōis Italie:vt 33
cum cōtigerit fieri cōcilia gñalia: ꝓuincialia ſeu ſynodalia:
etiā apl'ica:aut quauis auctoritate firmata:ſeu quaſuis cōgregationes: quouis
noīe cenſeantur:eccl'iaſticarū vel laicarū ꝑſonarū:cuiuſcūqꝫ dignitatis aut ſtatus
exiſtāt:ꝑlati ſeu monachi ꝑfati ad ea ire ſeu mittere:niſi ad ipſius cōgregationis
capl'm gñale celebrādum:aut alias iuxta eorū ordinatiōes nullatenꝰ cōpelli poſ-
ſint:etiā ꝑ l'ras apoſtolicas nō faciētes ſpecialē mentionē de hmōi indulto ꝑfate
congregationi conceſſo.¶Nec cōgregatiōis ꝑſone hmōi: ꝙ i eorū locis miſſa Miſſa.
aut alia diuina officia celebrētur:ordines cōferātur:vel agitētur cauſe ciuiles:ſeu
criminales,ꝓceſſiōes conuocētur:aut ſynodꝰ:cōuētꝰ:ſeu quis cōgregatiōes: tā ec
cleſiaſticarū ꝗ laicarū ꝑſonarū cōgregētur:ſiue ꝙ hmōi congregatiōis loca ad
vſum,hoſpitiū habitationē.detētionē ⁊ incarcerationē eccl'iaſticarū vel laicarū
ꝑſonarū deputētur aſtringi ſeu cogi aliqliter valeāt. Cōtra q̄ oīa vel aliqð ꝑdicto
rū quis ꝑſona cuiuſcūqꝫ cōditionis:aut ſtatꝰ exiſtat attēptare ꝑſumēs: niſi facta Excōicatio.
eiſde hmōi indulto notitia deſtiterit:ipo facto ſentētiā excōicationis incurrat.
¶Idem Eugenius:ne prelatos ⁊ monachos ſancti Benedicti cauſarū ſtrepi 34
tus inquietet:et ab ocio deducat:conceſſit:ne quis ꝑlatos:monachos: ⁊ ꝑſonas
predictas ſubire de calūnia ⁊ veritate dicēda iuramentū:aut ad ferendū teſtimo-
nium:quacūqꝫ ex cauſa cōpellat inuictos: ſiue extra ciuitates ⁊ dioceſes ſuas tra



UVA. BHSC. IyR_230_1

hat: ſeu in eos vel eorũ aliquẽ ꝓpterea excõicationis ſententiã vel alterius cenſu-
Excõicatio. re: ſeu pene ſentẽtiam ꝓferat per litteras apłice ſedis vel legatorũ eius: niſi in eiſ-
dem litteris de hmõi indulgentia plena ꝛ expreſſa: ac de verbo ad verbum facta
fuerit mentio ſpecialis. B.

35 ¶ Idem Eugenius ſtatuit: ꝙ nulli hominũ liceat quaſcũq; mulieres laicales
ſeu religioſas: cuiuſcunq; etatis. ſtatus. gradus. auctoritatis vel conditionis exi-
ſtant quauis occaſione ducere: ſiue ipſis mulieribus ingredi: ſeu cõmorari intra-
ſepta monaſteriorũ cõgregationis monachoꝝ ſancti Benedicti. Quod ſi aliter
ſciẽter attẽptatũ fuerit: tã ipſe mulieres ꝙ̃ ductores: ſed ꝛ ipſi receptatores: ſi volũ-
Excõicatio. tarie hoc fecerint: ipſo facto ſniam excõicationis incurrã. A qua dicte cõgregatio-
nis perſone: abſolui poſſint per p̃ſidentẽ ꝛ viſitatores cõgregatiõis hmõi. B.

## ¶ Familiares ſeu famuli fratrum.

1 Interdictuꝫ. Alexander. 4. fecit quandã cõceſſionẽ famulis: ſeu familiaribus ꝛ procuratorib9: ac operarijs fratrũ ꝓ tẽpore interdicti: q̃ ponitur ad lõgũ in dictiõe Interdictũ. 3. in. §. 1.

2 Ex priuileg. carmelitarũ. Alexander. 4. cõceſſit fratribus ordinis Carmelitaꝝ facultatem miniſtrãdi ecclesiaſtica sacramenta familiaribus ſuis: ac tradendi eos ſepulture eccłiaſtice cũ deceſſerint. B. fo. 85. Et ffo. 168. conce. 391.

3 Sacramẽta Sepultura. Clemens. 4. conceſſit fratribus mi. vt his qui in eorum morantur obſequijs: cuncta libere miniſtrare poſſint eccleſiaſtica ſacramenta: et ipſos cũ deceſſerint in ſuis cemiterijs ſepelire. B. fo. 56. Et ffo. 140. cõce. 315.

4 Interdictuꝫ ¶ Idem Clemens ſtatuit: ꝙ ſi q̃n in terras in quibus reſident fratres mi. vel eorũ perſonas excõicationis: ſeu interdicti ſententias contigerit promulgari: pueri ſeruicijs fratrũ deputati: negociorũ quoq; geſtores ꝛ operarij q in locis fratruꝫ eorũ operibus perſonaliter continuo extiterint: hmõi ſententijs obnoxij minime habeantur. Ibiq; poſſint audire diuina: iuxta formã q̃ ipſis locis i eo caſu a ſede apoſtolica eſt cõceſſa: niſi ijdem cauſam dederint: vel excõicari ſpecialiter ſeu interdici contigerit eoſdem. B. ffo. 140. conce. 316.

5 Ex priuileg. frm predi. Gregorius. 11. fecit cõſimilẽ cõceſſionẽ familiaribus fratrũ ordinis predicatorum: per eadẽ verba ſicut Clemens. 4. fecerat familiaribus fratrũ mi. vt ſupra poſitũ eſt. §. 3. et. 4. B. ffo. 236. conce. 546.

6 Indulgẽtia. Sixtus. 4. cõceſſit: ꝙ illi qui ſunt in ſeruitio fratrũ mi. ꝛ ſororũ ſancte Clare: habeant indulgentiam plenariã in morte: ac ſemel in vita de reſeruatis. O. fo. 62. Et ffo. 66. conceſſione. 96.

7 Ex priuileg. frm minimorum. Sepultura. Iuli9. 2. cõceſſit fratrib9 ordinis minimoꝝ: ꝙ famuli domoꝝ ſui ordinis: nec non ceteri eiuſdẽ ordinis habitũ portãtes: ꝛ in articulo mortis in dictis domib9 ſepulturam eligẽtes: oĩbus ꝛ ſingulis priuilegijs ordinis minimorũ hmõi quomodolibet conceſſis: gaudere: libere: ꝛ licite valeant. B. fffo. 8. conce. 22.

8 Prohibitio Leo. 10. in concilio Lateranenſi ſtatuit: ꝙ fratres famulis eorum obſequio inſiſtentibus: ſacramenta eccleſiaſtica nullatenus miniſtrare valeant: niſi illorum durante obſequio. B. fffo. 16. conceſſione. 74.

9 Excõicatio. ¶ Idem Leo vbi ſupra ſtatuit: ꝙ procuratores: ꝛ negociorũ geſtores: ac operarij fratrũ ſeruitijs inſiſtentes: ſententijs excõicationis promulgatis illaqueati ſint ꝛ eſſe cenſeantur: ſi illis cauſam dederint: aut dantibus conſilium: auxilium.

UVA. BHSC. IyR_230_1

vel fauorem preſtiterint. S. ſſſo. 26. conceſſione. 85.

¶ Aduerte: ꝙ nōnulla alia conceſſa ſunt in fauorem familiariū fratrum ꝑ tēpore interdicti. Et hec ponuntur in dictione Interdictum. 3. Collector.

¶ Ex priuilegijs monachorum ſancti Benedicti.

**Martinus.** 5. conceſſit monachis ſancti Benedicti obſeruā. Hiſpanie: 10
vt confeſſiones quorūcūqȝ familiariū ſuorū: tam laicorū ꝗ̄ re Confeſſio.
gulariū ⁊ ſeculariū intra et extra ſepta ſuorū monaſteriorum cōmorantiū audire:
et ꝑ eorum cōmiſſis debitā eis abſolutionem impendere. Necnō dictis familia- Sacramēta
ribus: tam intra ꝗ̄ extra ſepta prefata cōmorātibus: eccleſiaſtica ſacramēta: quo
ties fuerit opportunum miniſtrare valeant. b.

¶ Ex priuilegijs fratrū ſancti Joannis hieroſolimitani.

**Alexander.** 4. confirmauit litteras Honorij: ⁊ Innocentij predeceſſorū 11
ſuorū: quibus auctoritate apl̄ica interdixerunt: vt nemini li-
ceat ſine ſpeciali mandato Romani pontificis: fratres hoſpitalis ſancti Joānis Excōicatio.
hieroſolimitañ. vel ſeruientes eis: clericos ſiue laicos: donec in ſeruicio dom⁹ fue- Interdictū.
rint: excōicationi vel interdicto ſubijcere. Et ſi qua ſententia in prefatos aliter lata
fuerit: eā irritam eſſe ⁊ inanem cenſuit. B.

## ¶ Ferie.

**Sixtus.** 4. cōceſſit: ꝙ qñ quis ſolus dicit matutinū in quadrage 1
ſima: nō teneatur dicere letanias duplices: ꝓut in cho-
ro dicuntur quando fit de feria. o. fo. 64. Et ſſo. 68. conceſſione. 132.
Et ſſſo. 96. conceſſione. 328.

**Iulius.** 2. ſtatuit: vt quoties in aduentu ⁊ quadrageſima oc 2
currunt reſpōſoria aliqua: vel laudes proprie: fiat de
feria: niſi tunc feſtū duplex vel ſolemne occurreret.

¶ Hoc nō habetur in libris priuilegiorum ordinis: ſed fuit impreſſum in Kalen- Collector.
dario ordinato in capitulo generali celebrato apud Rothomagum tempore
prefati pape.

**Leo.** 10. conceſſit: ꝙ fratres p̄dicatores ⁊ confeſſores ordinis mi. de obſer
uantia qñ actu predicāt ⁊ cōfeſſiones audiunt: vt puta in aduentu ⁊ 3
quadrageſima: poſſint officiū feriale anticipare: ⁊ feſta illis diebus reſeruare qui-
bus amplius laborare neceſſe eſt. Ita tamen: ꝙ non fiat in fraudē diuini officij:
ſed vt liberius valeant ſtudio vacare: et ſpirituali conſolationi fidelium populorū
incumbere. o. ſſſo. 91. conceſſione. 265.

¶ IDEM Leo declarauit ſeu conceſſit: ꝙ fratres mi. dicendo officiū extra cho- 4
rum ꝓpter occupationes occurrentes: non teneātur duplicare letanias: que ex or-
dinario in quadrageſima ſolent poſt matutinum dici. o. ſſſo. 91. cōceſſione. 266.
Et ſſſo. 96. conceſſione. 328.

## Feſtiuitas.

**Gregorius.** 9. precepit vniuerſis eccl̄iarū prelatis: vt excitēt
deuotionē fideliū ad venerationē ſancti Franci 1
ſci ac: ꝙ ſolēnitatē eius. 4. nonas Octobris: annis ſingulis ſolēni De ſctō Frā
ter celebrēt: ⁊ celebrādā denūcient. b. fo. 19. Et ſſo. 22. conce. 2. ciſco.

¶ IDEM Gregorius ſimiliter precepit eccleſiarū p̄latis: qua- 2

UVA. BHSC. IyR_230_1

De ſctō Antonio. tenus deuotionē fidelium ad venerationem ſancti Antonij de Padua excitantes: feſtiuitatem ipſius idibus Junij: annis ſingulis celebrent: et faciant ſolemniter celebrari. B.fo.117. Et ff.fo.200.conce.491.

3 Officium diuinum. Octaua.

**Martinus.** 5. ſtatuit: q̄ de oībus feſtis triū lectionū: feſta nouē lectionum fiant. Et q̄ vtrumq̄ feſtum. s. Crucis: ſub duplici officio celebretur. Ac q̄ rubrica de feſtis occurrētib⁹ īfra octa. nō ītelligātur de precedētib⁹: ſeu reſiduis: ſed ſolū de exiſtētib⁹: ſeu occurrētibus īfra octa. b. ff.fo.36.conce.41.

4 Pro ſecularibus laboratoribus.

**Eugenius.** 4. dixit: q̄ ſeculares laborātes in feſtis ſancte Crucis: et ſancti Michaelis ſeptembris: ac ſanctorum Innocentium: et ſancti Silueſtri: ſe nolle q̄ peccent mortaliter: niſi venerint in dominica. o.fo.61. Et ff.fo.64.conce.83. Et ff.fo.101.conce.396.

5 ¶ IDEM Eugenius diſpenſauit cum barbitonſoribus: vbi eſt conſuetudo in ſabbatis ꝛ vigilijs de ſero radere barbas. o. ff.fo.101.conce.400.

6 De cōceptione virginis.

**Sacroſancta.** ſynod⁹ gñalis Baſiliēſis renouauit inſtitutionē de celebrāda feſtiuitate ſancte cōceptionis virginis Marie: quā tam ꝑ romanā: q̄ ꝑ alias eccleſias: ſexto idus decēbris ſtatuit ꝛ ordinauit in omnib⁹ eccleſijs: ꝛ monaſterijs: ꝛ conuentib⁹ xp̄iane religionis: ſub noīe conceptionis: feſtiuis laudibus colendam eſſe. b.fo.42. Et ff.fo.40.conce.45.

7 De. s. bona.

**Sixtus.** 4. cōceſſit: q̄ fiat feſtū ſancti Bonauenture dñica ſcd̄a Julij: niſi fuerit primo ponenda. o.fo.64. Et ff.fo.68.conce.134.

8 De ſancto Franciſco. Indulgētia.

¶ IDEM Sixt⁹ cōceſſit vniuerſis ꝛ ſingulis xp̄i fidelib⁹ vere penitētib⁹ ꝛ cōfeſſis: q̄ glorioſi cōfeſſoris ſcti Frāciſci feſtiuitate (quā ꝑpetuis futuris tp̄ibus celebrē eſſe: et vt feſtū duplex a cūctis xp̄ianis celebrari: ab oībꝫ ope ſeruili abſtineri: et ſub obſeruātia ꝛ ꝑcepto cōprehēdi voluit) celebrātib⁹ annuatī: decē annos ꝛ totidē quadragenas de iniūctis eis penitētijs relaxauit. B.fo.46. Et fo.130.cō.291.

Collector. ¶ Sciendū eſt circa ꝑdicta: q̄ in libro intitulato firmamēta triū ordinū btī Franciſci in gallijs īpreſſo: cōtinetur hec eadē bulla: ſeu breue. Attn̄ vbi hic dr̄ decē annos ꝛc. dicit̄ illic. Quinquaginta annos ꝛc. Et ſimiliter reperi ſcriptū in quadā tabula antiq̄ priuilegioꝝ ordīs. Quid aūt iſtoꝝ ſit veri⁹: nō potui determiate ſcire.

9 De quinq̄ martyribus.

¶ IDEM Sixtus cōceſſit: q̄ fratres mi. poſſint vbiq̄ ſolēniter ꝛ publice feſtū quinq̄ martyrū ſui ordinis (qui apud marrochiū paſſi ſunt. s. Berardi: Petri: Adiuti: Accurſij: et Ottonis ī officio duplici maiori: die. 16. Januarij) celebrare: qua die ab hoc ſeculo per martyrium receſſerunt. B. ff.fo.131.conceſſione.294.

10 De ſctīs oīb⁹ ordinis mi.

¶ IDEM Sixtus cōceſſit: q̄ poſſimus dicere Credo in feſtiuitatib⁹: ſeu ſolēnitatibus ſanctorum noſtri ordinis: ꝛ ſancte Clare. o.fo.63. Et ff.fo.67.conce.118.

11 De. s. lodo.

¶ IDEM Sixtus conceſſit: q̄ fratres mi. poſſint dicere officiū propriū ſancti Ludouici epiſcopi et confeſſoris ſui ordinis. o.fo.63. Et ff.fo.67.conce.119.

12 De officijs ꝓprijs quarūdā feſtiuitatū.

**Alexander.** 6. cōceſſit oībus et ſingulis fratrib⁹ minorib⁹ de obſer. vt in feſto ꝑſentationis virginis Marie: ac ſancti Gabrielis archāgeli: ꝛ ſancte Catherine virginis et martyris ꝓpria officia dictarū feſtiuitatū libere ꝛ licite recitare: ac dicere poſſint et valeāt. Quodq̄ feſtum predicte virginis et martyris Catherine ſub minori duplici celebrare poſſint. Et q̄ ꝑ introitu miſſe eiuſdem dicatur officiū. Gaudeamus oēs ꝛc. o.fo.66. Et ff.fo.70.cōce.165.

13 ¶ IDEM Alexander conceſſit: q̄ fiat feſtum ſancti Gabrielis in vigilia ſancti Joſeph. o.fo.66. Et ff.fo.70.conce.166.

14 ¶ IDEM Alexander conceſſit fratribus mi. de obſer. vt ī ſolēnitatib⁹ ſanctoꝝ:

UVA. BHSC. IyR_230_1

propꝛias eorũ hiſtorias (ꝛ ſi in breuiario non ſint) dicere ꝛ recitare valeant. Et ꝙ De hyſtorijs
feſtum omnium ſanctorum dicti ordinis: ſub vna celebꝛitate poſſint dicti fratres ꝓprijs ſctoꝝ
dicere: ac recitare. o. ffo. 261. conce. 679.

**Julius.** 2. cõceſſit: ꝙ oia que ſunt cõceſſa in feſtiuitatibꝰ ſãctoꝝ ordinis
predicatorũ: oia illa in feſtiuitatibus ſanctorum ordinis mi. (q̃- 15
nis ſint in maioꝛi numero: q̃ feſta predicatorũ) cõceſſa ſint ꝛ eſſe intelligantur. Cõicatio pri
B. ffo. 228. conce. 533. Et ffo. 74. conce. 222. uilegiorum.
¶ IDEM Julius cõceſſit fr̃ibus mi. vt poſſint celebꝛare feſta in quoꝝ honoꝛe 16
eccl̃ie locoꝝ ſuoꝝ ſunt dedicate: ſub ritu maioꝛis duplicis: etiã ſi ſcd̃m ordinariũ
eſſent de ſe ſimplicia. o. ffo. 93. conce. 284.

**Leo** 10. cõceſſit fratribꝰ mi. ꝛ monialibꝰ. s. Clare: vt in eccl̃ijs monaſterio 17
rũ ſuoꝝ dñtarat: poſſint libere ꝛ licite: celebꝛare: publice: ac ſolemniter De ſeptẽ frĩ-
officiũ de beatis martyribꝰ Daniele: Agnelo: Samuele: Romulo: Leone: Nico bꝰ minoribꝰ
lao: ꝛ Hugolino fr̃ibꝰ dicti ordinis mi. (qui ꝓ xp̃i noĩe moꝛtẽ ſubire libenter: ꝛ martyribus.
martyrij palmã in ſarracenoꝝ partibꝰ cõſequi meruerũt) in officio duplici maio
ri: in die determinãda a gñali capl̃o. Ac etiã in letanijs ꝛ alijs diuinis officijs:
ꝓut de alijs ſanctis ꝑ ſedẽ apl̃icã canonizatis memoꝛiã facere. Et ꝙ ſimiliter ꝓ-
priam legendã eoꝛũ in choꝛo cãtare poſſint. B. ffo. 19. cõce. 60.
¶ IDEM Leo cõceſſit monialibꝰ. s. Clare ſub cura ꝛ regimine frm obſer.. exi 18
ſtentibus: ꝙ feſta beate Agnetis: ꝛ vndecim milliũ virginum: perpetuis futuris Pro monia
temporibus: ſub ritu duplicis maioꝛis celebꝛare: libere ꝛ licite poſſint ꝛ valeãt. libꝰ. s. clare.
B. ffo. 42. conceſſione. 134.
¶ IDEM Leo cõceſſit: ꝙ fratres mi. obſeruãtie poſſint celebꝛare feſta ſctoꝝ i q 19
rum honoꝛe eccleſie locoꝛum ſuoꝛũ ſunt dedicate: ſub ritu duplicis maioꝛis: etiã Pro ſanctis
ſi ſcd̃m ordinarium eſſent de ſe ſimplicia. o. ffo. 93. conce. 284. voca. lo. fra.
¶ IDEM Leo cõceſſit: ꝙ fr̃es mi. in vltramõtanis partibꝰ. ſ. Galliarũ ꝛ Hiſ- 20
paniarũ ꝛc. ac moniales ꝛ ſoroꝛes eoꝛũ cura cõmiſſe: poſſint celebꝛare feſta An- De ãgelo cu
geli cuſtodis: ꝛ angeli Raphaelis in diebus in quibꝰ ꝑ ſua capitula ꝓuincialia: ſtode: ꝛ Ra
reſpectiue ordinatum fuerit. O. ffo. 62. conceſſione. 192. phaele.

¶ Ex priuilegijs monachoꝛum ſancti Benedicti.

**Eugenius** 4. cõceſſit monachis ſcti Bñdicti cõgregatiõis Hiſpanie: 21
ꝙ in ſuis monaſterijs nõ teneãtur ſuare ſiue colere alias fe
ſtiuitates: niſi illas ꝑcipue q̃ ꝑ vniuerſam eccl̃iam obſuãtur. Alias licite vacare
laboꝛibꝰ ꝛ cõſuetis exercitijs vel occurrẽtibꝰ poſſint: niſi cõiter ab oibꝰ ſm cõſue
tudinẽ locoꝝ vbi monaſteria ſita fuerint: vel ſuperioꝝ mãdato obſeruetur: qbus
ſine ſcãdalo in huiõi laboꝛibꝰ faciẽdis cõtrauenire non poſſit. o.

## Franciſcus pater noſter ſeraphicus.

**Gregorius.** 9. aſcripſit beatũ frãciſcũ cathalogo ſctoꝝ ma 1
xima cũ ſolẽnitate: ac ꝑcepit oibꝰ eccl̃iarũ ꝑla- Feſtiuitas.
tis: vt quarto nonas Octobꝛis celebꝛẽt ꝛ celebꝛãdã denuncient po
pulis eiuſdẽ ſancti feſtiuitatẽ. b. ffo. 19. Et ffo. 22. conce. 2.
¶ IDEM Gregoriꝰ dedit multas bullas: ſeu breuia in fauoꝛem 2
ſtigmatũ beatiſſimi pr̃is nr̃i frãciſci: q̃ reperiẽtur infra in dictiõe Stigmata.

**Eugenius.** 4. cõceſſit: ꝙ in feſtiuitatibus ſancti frãciſci poſſint fr̃es di Stigmata.
cere ꝓpꝛiã ꝑfationẽ: ꝛ Credo. o. ffo. 101. cõce. 408. 3

UVA. BHSC. IyR_230_1

4 Indulgētia. **Sixtus.** 4.cōceſſit indulgētias celebrātibꝰ feſtum beati frāciſci:ac voluit:ꝙ ſub ritu duplici celebretur ab oībus. Et mādauit hmōi feſtū ſub ꝓcepti vinculo obſeruari:vt ſupra in dictiōe feſtiuitas.§.8.latius poſitum eſt.

5 Credo. ¶IDEM Sixtus cōceſſit:vt poſſit dici Credo:in octaua feſtiuitatis ſancti frāciſci.o.fo.64.Et ffo.68.conceſſione.133.

Collector. ¶Vide ſupra in dictione Credo:declarationem huius conceſſionis.

6 Prefatio. ¶IDEM Sixtus cōceſſit:ꝙ in die ſancti Franciſci:⁊ ſtigmatum eiuſdem poſſint fratres minores dicere ꝓpriā prefationem in miſſa.o.fo.63.Et ffo.67.conce.110.Et fffo.100.conceſſione.186.

7 Prefatio. ¶IDEM Sixtus conceſſit:ꝙ in omnibus miſſis votiuis ſancti frāciſci:dicatur propria prefatio.o.fffo.102.conce.412.

8 Habitꝰ ordi. ¶IDEM Sixtus cōceſſit aliqua in fauorē habitꝰ triū ordinū.s.frāciſci:prout hꝫ in dictione Habitꝰ.§.8.et.9.et.10.et.11.Et in dictiōe Indul.ple.ꝗ ad ffes.§.12.

Collector. ¶Multi alij ſummi pontifices conceſſerunt magnas remiſſiones peccatorum:morientibus ⁊ ſepeliri ſe mandantibus in habitu ſancti Franciſci:que etiā reperientur infra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares.6.

Indulgētia. ¶Quāplures etiā ſummi pōtifices cōceſſerunt multas ⁊ varias indulgentias ⁊ pctōꝝ remiſſiones viſitātibus eccl'ias ſancti patris frāciſci:ac etiā in illis ſepeliri ſe mandātibꝰ:aut in earū clauſtris ⁊ cemiterijs:necnō porrigētibꝰ manus adiutrices ꝓ illarū edificatiōe:aut reparatione:⁊ ſimiliter exhibētibus opera pietatis ⁊ charitatis ffibus mino.filijſqꝫ prefati ſanctiſſimi patris. Que oīa diſtincte reperientur infra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares.1.et.2.et.3.et.4.

Stigmata. ¶Inſuper nonnulla pertinētia ad Stigmata predicti ſeraphici patris:ponūtur infra in dictione Stigmata.

## Generalis ordinis.

1 Electio. **Clemens.** 4.ſtatuit:ꝙ generalis miniſter ſtatim poſtquā lectus (ſcdm regulam et cōſtitutiones ordinis) fuerit:eo ipſo verus eiuſdem ordinis generalis miniſter effectꝰ:curam animarum fratrum ipſius ordinis plenam habeat:⁊ libere gerat. Ac ꝙ fratres predictos auctoritate propria ligare:ac ſoluere. Necnō in eodem ordine agere valeat:que ipſe miniſter ⁊ diffinitores capituli generalis:iuxta conſtitutiones predictas:ordini ⁊ fratribus ſecundū deum viderint expedire. Ipſiqꝫ fratres hmōi generali miniſtro:deuote ac humiliter obediant. Et ſimiliter voluit:ꝙ generalis miniſter a prouincialibus miniſtris ⁊ cuſtodibus ſcdm regulā et conſtitutiones ipſius ordinis:abſolui ⁊ ammoueri poſſit.G.fo.56.et ffo.139.conce.307.

2 Electio. ¶IDEM Clemens fecit aliam conceſſionem circa electionem generalis miniſtri:que poſita eſt ſupra in dictione Electio.§.3.Vide etiam ibidē alias duas Nicolai.4.§.ſexto:et ſeptimo.

3 Reformatio Vendere. **Cōciliū** Cōſtantiēſe ſtatuit:ꝙ gn̄alis fratrū mi.poſſit ⁊ debeat cōuētus ſibi ſubditos:ad ſtatū ſtricte obſeruātie conſonū:iuxta declarationes ⁊ ſtatuta ſedis apoſtolice ⁊ ordinis reducere:tollendo quaſcūqꝫ ſuperfluitates:ſiue ſint in rebus mobilibus:vel immobilibus:quantum fieri poterit bono modo:habito ſemper cōſilio maiorum ⁊ diſcretorū ſibi obedientiū. Ac eligēdo (ſi opus fuerit) aliquas perſonas que ipſas ſuperfluitates:auctoritate dicti

UVA. BHSC. IyR_230_1

concilij vendant: commutent: aut alias in operibus conuentuum cõuertant. B.
fo.26. Et ffo.110. conceſſione.236.

**Urbanus.** 5. cõceſſit gñali miniſtro: poſſe dare de toto ordine ſuffragia 4
indulgentiarum: ⁊ orationũ: ac beneficiorũ ſpiritualium: qui Indulgẽtie
buſcunqꝫ perſonis deuotis: ⁊ benefactoribus ordinis noſtri. b. ffo.261. cõce.671.

**Bonifacius.** Oniſacius.9. cõceſſit magiſtro gñali ordinis predicatorũ 5
ꝓ tẽpore exiſtẽti: ꝙ in quolibet capl'o gñali dicti ordinis Ex pui. pdi.
pro tẽpore celebrãdo: vni ex fratribus dicti ordinis in theologica facultate ꝓuecto Magiſter.
hmõi: ꝑ generalẽ et diffinitores dicti capituli: vel aliquos magiſtros ad hoc aſſu
mendos diligentem examinationem: ſufficientem ⁊ idoneum inuenerint: magi
ſterij honorem et docendi licentiã: ſeruatis conſtitutionibus Vienẽſis concilij
⁊ alijs ſolẽnitatibus in talibus cõſuetis: auctoritate ap'lica elargiri poſſit. Sibi-
qꝫ vt infra dictũ ordinẽ ⁊ extra: oibus gratijs. priuilegijs. libertatibus. ⁊ indulgen
tijs: tam a ſede ap'lica qꝫ ab ordine predictis fratribꝰ eiuſdẽ ordinis in eadẽ theo-
logia Pariſius magiſtratis cõceſſis: perinde vti ⁊ gaudere valeat ac ſi in Pa
riſienſi ſtudio hmõi magiſteriũ recepiſſet. b. ffo.117. conce.426.

**Eugenius.** 4. conceſſit: vt generalis poſſit tollere ſuperflua a conuenti- 6
bus ſibi ſubiectis: ac in alijs conuentibus reponere: aut cõ
mutare. o. ffo.261. conceſſione.676.
¶ IDEM Eugenius diſtricte precipiendo mãdauit ꝓuincialibus ⁊ alijs fratri 7
bus ordinis mi. regularis obſeruãtie: quatenus gñalibꝰ dicti ordinis ꝓ tempore Appellatio.
exiſtentibus: appellatione: ⁊ contradictione quibuſlibet remotis: in oibus ⁊ ſin-
gulis licitis: ⁊ honeſtis: regulã ⁊ ſtatutũ: ac ordinẽ ipõrũ obſer. necnon officiũ eo Statuta.
rumdem generaliũ quomodolibet concernẽtibus: que dicti generales pro tp'e du
xerint ordinanda: ſeu illis iniunxerint: aut mandauerint: humiliter pareant ⁊ in-
tendant: ac illa efficaciter ſtudeant adimplere. b. fo.47.

**Nicolaus.** 5. cõceſſit generali miniſtro predicto: ꝙ oẽs ſinguloſqꝫ fratres 8
ſui ordinis: qꝫtũcũqꝫ exẽptos virtute litterarũ apoſtolicarum: Exẽpti fres.
preter regule ⁊ ſtatutorũ eiuſdem ordinis formã: poſſit viſitare: corrigere: ⁊ puni- Correctio.
re. Non obſtantibus quibuſcunqꝫ in contrarium facientibus: prout latius po ſi-
tum eſt ſupra in dictione Correctio fratrum. §.12.

**Pius** 2. conceſſit: ꝙ generalis ordinis mi. poſſit dare auctoritatẽ celebrandi 9
per vnã horã ante aurorã: eis quibus ſibi videbitur apoſtolica aucto- Celebrare.
ritate. o. ffo.97. conceſſione.346.

**Sixtus.** 4. cõceſſit facultatẽ gñali fratrũ mi. vt qñcũqꝫ viderit fratres ſuos: 10
vel aliquẽ ipõrũ abuti gratijs ⁊ facultatibꝰ ap'licis ab eodẽ cõceſ- De ſuſpẽſiõe
ſis: poſſit gratias ⁊ facultates hmõi ſuſpendere: ac ſuſpenſas tenere: donec cõſu- priuilegiorũ particulariũ.
lat ſummũ põtificẽ: ⁊ ab ipõ reſpõſum accipiat. b. fo.56. Et ffo.52. conce.58.
¶ Vide circa hoc aliã cõceſſionem Leonis infra. §. vltimo. Collector.
¶ IDEM Sixtus cõceſſit: ꝙ gñalis fratrũ Carmelitarũ adminiſtret ⁊ exerceat 11
ea q̃ ad ſuũ officiũ gñalatus pertinent: reiecta quauis ꝓfeſſorũ ſui ordinis: ⁊ alio Ex priuile.
rum ſibi ratione dicti officij ſubditorũ appellatione: q̃ ab eius preceptis: monitio Carmelitarũ Appellatio.
nibus: ordinationibus: ⁊ mandatis: ac decretis: regulari diſciplina: quomodoli-
bet interponi contigerit. B. fo.99. Et ffo.182. conce.446.
¶ IDEM Sixtus fecit cõſimilẽ cõceſſionẽ ſicut immediate ſuprapoſitam ge- 12
nerali fratrũ Auguſtinenſium in ſuo mari magno. B. ffo.251. cõce.636. Appellatio.

UVA. BHSC. IyR_230_1

13 Benedicere — Innocentius. 8. conceſſit: q minister gñalis poſſit benedicere corporalia: et ſimiliter puinciales miniſtri. o. ffo. 98. cõce. 354.

14 Diſpẽſatio. — ¶ Idem Innocentius conceſſit: q generales et puinciales miniſtri poſſint diſpenſare cum fratribus ſuis: vt ad ſacerdotiũ promoueantur in uigeſimo ſecundo anno complecto: hoc eſt eum attingentibus vigeſimum tertiũ annum. o. ffo. 99. conceſſione. 356.

Collector. — ¶ Circa hãc cõceſſionẽ: vide ſupra in dictione Diſpẽſatio. §. 15. et ibi notata.

15 Diſpẽſatio. — Alexander. 6. conceſſit: q generalis poſſit diſpenſare cũ bizochis viuentibus in communitate: ſeu in congregatione: quando fecerunt votum religionis ſancte Clare: q remaneant ibi: ſi cõmode non poſſunt ingredi monaſteria. s. Clare. o. ffo. 99. conce. 360.

Collector. — ¶ Quo ad prefatam conceſſionem: vide ſupra in dictione Diſpẽſatio. §. 20.

16 Pro auguſtinenſibus. Priuilegia. — Iulius. 2. conceſſit generali fratrũ Auguſtinenſium: et fratribus ſui ordinis: motu pprio ac ex certa ſcientia: et de plenitudine ſue poteſtatis: vt quecunq inſtrumenta: exemplaria: ſeu tranſumpta ſuorum priuilegiorum oſtendantur firmata: ſeu ſignata ſigillo generalis predicti: eandem omnino vim habeant: ac illis eadẽ fides adhibeatur: ac ſi plumbi ſignum: vel ſigillũ haberẽt. b. ffo. 267. conceſſione. 698.

17 — Leo. 10. confirmauit ac de nouo conceſſit immediate precedentẽ cõceſſionem Iulij ſecundi. b. ffo. 123. conceſſione. 559.

18 Declarare. Paupertas. — ¶ Idem Leo conceſſit: q generalis miniſter poſſit etiam extra capitulum declarare que res debeant dici viles: aut parui valoris: ad hoc vt intra et extra ordinem poſſint a fratribus dari: put latius poſitum eſt ſupra in dictione Dare. §. 2. Et habetur. O. ffo. 59. conceſſione. 175.

19 Electio. — ¶ Idem Leo in bulla vnionis ſtatuit: q ex tunc in perpetuum eligatur miniſter generalis totius ordinis mino. a miniſtris et cuſtodibus reformatis: ſeu obſeruantibus eiuſdẽ ordinis. Qui ſimiliter ſit reformatus: et p reformato habitꝰ a cõmunitate fratrum reformatorũ. Et q huiuſmodi generalis habeat plenariã auctoritatẽ ſuper omnes fratres mino. prout ex regula ei competit. Ac q miniſteriatus officium duret tm̃ per ſexenium: niſi antea vniuerſitati miniſtrorum prouincialium: et cuſtodum viſum fuerit debere deponi. Et q dicto ſexennio elapſo: ſit abſolutus ab officio. Decernẽs irritum et inane quicquid in contrarium factũ fuerit: ſicut magis late habetur ſupra in dictione Electio. §. 10. et. 11. B. ffo. 29. cõceſſione. 93. et. 94.

20 Electio. — ¶ Idem Leo ſtatuit: q miniſter generalis eligatur ſemel: ſeu vno ſexenio ex fratribus ciſmontanis: et alio ſexenio ex vltramontanis etc. prout habetur vbi ſupra in dictione Electio. §. 11. B. ffo. 29. conce. 93. et. 94.

21 De gñali facto cardiali. — ¶ Idem Leo ordinauit: q primus miniſter generalis ex obſeruãtibus electꝰ Rome tẽpore eiuſdẽ Leonis: non obſtante illius aſſumptione ad cardinalatum: haberet officiũ generalatus vſq ad primum ſequens capl'm generale in feſto pẽthecoſtes anno ſequenti celebrandum. B. ffo. 34. conce. 117.

22 Electio. — ¶ Idem Leo annullauit electionem generalis magiſtri fratrũ mi. conuentualium: factam ſub nomine miniſtri generalis. B. ffo. 33. conce. 116.

23 De viſitatiõe monialiũ. — ¶ Idem Leo cõceſſit: q generalis miniſter poſſit viſitare et corrigere moniales: ſeu ſorores quaſcunq: que per prouinciales: vel viſitatores ſolite ſunt viſitari: precipiens monialibus et ſororibus huiuſmodi in virtute ſancte obedientie: ac

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſub excōmunicationis late ſententie pena: quatenus prefato generali pro tempore Excōicatio.
exiſtenti humiliter obediant: ⁊ ipſum ad viſitationis officium admittant: ſecꝫ et Viſitatio.
earum domos: ac monaſteria ⁊ loca viſitari in capite ⁊ in membris: ⁊ corrigi ac
puniri libere permittant. B. ffo. 34. conce. 118.

¶ IDEM Leo conceſſit generali fratrū mi. vt in ſuo capitulo generali de cōſen- 24
ſu eiuſdem capituli: vel maioris partis declarare poſſit ⁊ valeat: vtrū ab vſu ali- Oracula.
cuius conceſſionis viue vocis oraculo facte abſtineri debeat. Poſt quā quidē de- Capłꝫ gñale
clarationem: tam fratres ꝙ moniales ſue obedientie: ac ſi conceſſio huiuſmodi
per ſanctitatem ſuam ſuſpenſa: vel reuocata fuiſſet: conceſſione eadem impoſterū
non vtantur. o. ffo. 94. conceſſione. 296.

## ¶ Gloria in excelſis deo.

Alexāder. 4. conceſſit fratribus vniuerſis ordinis mi. ꝙ in 6
miſſis votiuis: tam ſolēnibus ꝙ priuatis: quas
de ſpiritu ſancto: aut de beata virgine Maria dixerint: poſſint dice-
re hymnū angelicū. ſ. Gloria i excelſis deo. Ac ꝙ ſimiliter poſſint
dicere proſas: ſeu ſequētias. b. fo. 23. Et ffo. 25. conce. 14.

Sixtus. 4. conceſſit fratribus mino. de obſeruantia: vt poſſint dicere in 2
omnibus miſſis votiuis Gloria in excelſis deo. o. ffo. 69. conce.
143. Et ffo. 100. conce. 389.

¶ Licet ſupra dicatur: in omnibus: nō per hoc eſt intelligendum poſſe in illis miſ- Collector.
ſis: que in ſuis proprijs diebus carent illa: vt in miſſis dominicarum aduentus:
⁊ ſeptuageſime: et conſimilium.

Leo. 10. ad inſtantiā cuiuſdam boni patris: qui ignorabat ſupraſcriptas 4
conceſſiones generales: conceſſit fratres predictos poſſe dicere Glo-
ria in excelſis deo in miſſis votiuis: quando vocātur ad loca vbi requieſcunt cor-
pora ſanctorum ad celebrandum: vel vbi habetur de illis celebris memoria: ſicut
Ianue: de ſancto Ioanne baptiſta: ⁊ in ꝓuincia. s. Lodouici: ſancte marie Mag-
dalene. o. ffo. 92. conce. 266.

¶ Aduertat qui hec legerit: ꝙ hec vltima conceſſio ſtricta non derogat in aliquo Collector.
precedentibus magis amplis: quia pontifex conceſſit conformiter ad relationē
petentis: qui vt alias dictum eſt: ignorabat cōceſſiones latiores ante factas. Ali-
ter enim non eſt credibile: ꝙ ſic petiſſet.

## ¶ Guardianus.

Clemens. 4. cōceſſit ſiue ſtatuit: vt guardiani qui ſcđm ſtatuta 9
ordinis fratrū mi. aliter ꝙ per electionē inſtituūtur: Abſolutio.
poſt ipſam inſtitutionē: ſeu ꝓuiſionē de ipſis factā: curā animarum
fratrū ſibi ſubditorū habeant: ipſoſcꝫ ligare: ac ſoluere poſſint: iuxta
ipſius ordinis inſtituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 309. 2

Sixtus. 4. fecit cōſimilē cōceſſionē priorib⁹ cōuentualib⁹ fratruꝫ ordinis
Carmelitarū: vt hꝫ in ſuo mari magno. B. ffo. 182. conce. 446.

¶ IDEM Sixtus ſtatuit: ꝙ habitus fratrum mino. non poſſit dari his qui cū 2 Habitus fra-
eo ſe elegerint ſepeliri: niſi per guardianos dicti ordinis: vel eoruꝫ ſuperiores. B. trum.
ffo. 149. conceſſione. 364. Collector.

¶ Iſta conceſſio habetur latius infra in dictione Habitus fratrum. §. ij.

UVA. BHSC. IyR_230_1

**Iulius.** 2.conceſſit:ꝙ oia priuilegia ⁊ indulta aplica conceſſa ordini fratrum p̄dicatoꝝ que ſpectant ad priores conuētuales dicti ordi-

4 Priuilegia.

nis:pertineāt etiā ad guardianos conuentuū ordinis mino.G.ffo.73.cōce.222.

Collector.

¶ Quo ad prefatā conceſſionē eſt notandū:ꝙ auctoritas priorū conuentuū ordinis predicatoꝝ eſt valde magna:vt patet in mari magno predicti ordinis:⁊ alijs eorū priuilegijs:qꝛ ſemper parificantur priores conuentuū prioribus prouincialibus:quo ad ſuos ſubditos:quod nunq̄ aut raro reperitur in priuilegijs fratrum mino.in guardianis ⁊ ꝓuincialibus. Attamen virtute ſupraſcripte cōceſſionis: poterunt guardiani vti oibus conceſſis priorib⁹ fratrū predicatoꝝ:ſaltē inquātū non fuerit eis reſtrictū per ſuperiores. Et circa hmōi auctoritatē:vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres:poſt.§.7. Et in eadem dictione ꝓpe finem vbi dicitur. Tertiū dubiū eſt. Vide etiā ſupra in dictione Apoſtate poſt.§.8.et.9.et.11. Et in dictione Nouitius.§.21.

5 Declarare. Scrupula. Collector.

**Leo.** 10.cōceſſit:ꝙ oēs fratres qui ſunt nimis ſcrupuloſi: poſſint in oibus dubijs conſcientiā ſuā tangentibus:ſecura conſcientia ſtare determinationi ſui guardiani:vel cuiuſcunq̄ alterius prelati.o.ffo.93.conce.287.

¶ Circa ſupraſcriptam conceſſionē eſt aduertendū:ꝙ in ipſa nō cōceditur aliqua auctoritas noua prelatis vt valeant determinare ad libitū ſuum: ſed ſolum ꝓuidetur ſerenitati conſcientiarum ſubditorum.

¶ De duratione autē officij guardiani:vide infra i dictione Officia ordinis.§.2.

## ¶ Gradus ſcolaſtici.

1 Prohibitio. De aſcēſu ad gradū magiſterij.

**Martin⁹.** 5.precepit in virtute ſancte obedientie vniuerſis cācellarijs: rectoribus:decanis:magiſtris:⁊ doctoribus ſtudiorū:ac vniuerſitatibus eorūdem vbicūq̄ cōſiſtentibus: ne fratribus mino.ſeu alicui eoꝝ gradum ⁊ honorē: ac inſignia magiſterij conferre preſumant:niſi curſum per cōſtitutiones apoſtolicas:⁊ ordinis prefati inſtituta perfecerint:⁊ alias ad dictum gradum obtinendū idonei exiſtant. Et decreuit ac ſtatuit:ꝙ quilibet ex magiſtris aut doctoribus qui alias (q̄ vt predictum eſt) gradū ⁊ inſignia alicui fratrū predictorum impēdere preſumpſerit:gradu ⁊ honore magiſterij careat: atq̄ a lecturis ⁊ alijs actibus ⁊ gratijs magiſtralibus:ipſo facto ſit perpetuo priuatus:⁊ ad eadem de cetero inhabilis exiſtat. Voluit inſuper:ꝙ eiſdem penis ſubiectus ſit: quicunq̄ qui preter rigorem huiuſmodi:gradū et inſignia predicta ſuſcipere preſumpſerint.b.ffo.35.conce.40.

2 De gradu bachalariatus.

¶ IDEM Martinus ordinauit:ꝙ ſi aliqui ex fratribus predictis bachalariatum pro huiuſmodi gradu magiſterij aſſequendo:contra conſtitutiones apoſtolicas ⁊ inſtituta predicta fuerint adepti:⁊ illius pretextu libros ſententiarū publice ⁊ actualiter legant:a lectura huiuſmodi (ſub penis ſupradictis) penitus ⁊ omnino ceſſent:alias ab eorum ſuperioribus:penis grauioribus:per cenſuram eccleſiaſticam arceantur.b.ffo.35.conceſſione.40.

3 De gradu magiſterij.

¶ IDEM Martinus ſtatuit ⁊ decreuit:ꝙ quicunq̄ fratres ordinis mi.ꝓmoti fuerint ad magiſterij gradū in theologia extra vniuerſitates (ab ipſo ordine per generalia capl'a) ad hoc ſpecialiter electas:et abſq̄ eoꝝ ꝙ ante perfecerint debitos curſus ſuos: ac ſentētias legerint in vniuerſitatib⁹ approbatis:et act⁹ legitimos ⁊ cetera exercitia ſcolaſtica fecerint:prout legere ⁊ facere tenentur de conſuetudine

UVA. BHSC. IyR_230_1

vel de iure in hmõi rite magiſtrãdi ſcientia: minime de cetero gaudere poſſint beneficijs: officijs: honoribus: gratijs: priuilegijs: exemptionibus ꝛ indulgẽtijs: tam in dicto ordine ꝙ̃ extra: magiſterio in theologia (apoſtolica vel alia quauis auctoritate) cõceſſis: ꝛ quibus magiſtri huiuſmodi vti: ꝛ gaudere conſueuerũt. Et inſuper ſtatuit: ꝙ predicti promoti non ſeruatis modis debitis: non habeantur: nec reputentur ꝓ magiſtris in theologia: nec ſe ꝓ talibus gerere ꝛ nominare preſumant. Ac etiam mãdauit generali ꝛ ꝓuincialibus miniſtris: cuſtodibꝰ: ꝛ guardianis: ꝛ eorum vices gerentibus: ac generalibus ꝛ ꝓuincialibꝰ capl'is: ꝛ officialibus quibuſcũq; predicti ordinis ſub pena excõicationis: quatenus has litteras (quãtũ vnũquẽq; cõcernũt) obſeruẽt ꝛ faciãt inuiolabiliter obſeruari: nõ obſtãtibus quibuſcunq; in contrarium facientibus. b. ffo. 39. conce. 43. Excõicatio.

Eugenius. 4. predictas litteras Martini. 5. quo ad promotos poſt ipſarum litterarũ datam: voluit inuiolabiliter obſeruari: ꝛ eas auctoritate apoſtolica confirmauit inſerendo illas de verbo ad verbum in ſuis litteris. b. ffo. 39. conceſſione. 43. 4

Bonifacius. 9. conceſſit magiſtro generali ordinis predicatorũ: vt in capitulo ſuo generali poſſit ꝓmouere vnũ fratrem ſui ordinis ad gradum magiſterij: ꝓut poſitũ eſt ſupra in dictione Gñalis. §. 5. 5 Magiſtri.

Innocẽtius. 8. ſtatuit: ꝙ nullus frater ordinis predicatorũ reformatorꝫ: ſeu de obſeruantia ꝓuincie aut cõgregationis Hiſpanie: magiſterij: vel aliũ quẽq; gradũ in ſacra theologia (niſi ad illũ per capl'm dicte congregationis expoſitus fuerit) aſſumere quoquomodo p̃ſumat. Et ꝙ ſi qui aliter ꝓmoti fuerint: ꝓ non promotis habeantur: ꝛ ad hmõi gradus inhabiles ſint ꝛ eſſe cenſeantur. b. ffo. 75. conceſſione. 194. 6 Pro fribus predicato. Particularis ꝓ hiſpania.

¶ IDEM Innocentius cõceſſit fratribus ordinis predicatorũ: vt q2 ꝓpter magnas expenſas: q̃ in ſuſcipiendis gradibus in vniuerſitate Salmãtina fiunt: fratres predicte congregationis: gradus hmõi ibidẽ ſuſcipere cõmode non poſſũt: ꝙ regẽs: ꝛ in eiꝰ abſẽtia prior domꝰ ſcti Stephani Salmãtine dicte cõgregationis: poſſint conferre quoſcunq; gradus fratribus eiuſdem congregationis: p eãdem congregationem expoſitis ꝛ admiſſis per capitulum: vel magiſtrum generalem dicti ordinis: dummodo ſic graduandi peregerint curſus ſuos. b. ffo. 75. conceſſione. 194. 7 Pro fribus pdicatoribꝰ. Particularis ꝓ hiſpa.

## ¶ Habitus fratrum: et monialium.



Innocentius. 3. firmiter inhibuit: ne quis monachorũ: ſeu religioſorum lineis camiſeis vtatur. Habetur in capl'o Cũ ad monaſteriũ: extra de ſtatu monachorꝫ. 1 Ex iure cõi.

Gregorius. 9. prohibuit; ne ſub habitu fratrũ mi. liceat alicui extra obedientiã euagari. Et ꝙ ſi qui forte preſumpſerint: liceat generali: ꝛ ꝓuincialibꝰ miniſtris: ꝛ cuſtodibus in fratres ipſos: donec reſipuerint: cenſuram eccleſiaſticã exercere. B. ffo. 201. conceſſione. 494. 2 Apoſtate.

¶ IDEM Gregorius precepit eccleſiarum prelatis: quatenus mulieres deferẽtes habitum ſancte Clare: ꝛ cũ illo per ciuitates diſcurrentes (cum requiſiti ſup hoc fuerint) monitione premiſſa: compellant per cẽſuras eccleſiaſticas ad dimittendum huiuſmodi habitum. b. fo. 21. Et ffo. 23. conce. 7. 3 De habitu. S. Clare.



UVA. BHSC. IyR_230_1

4 Prohibitio **Innocentius** 4. prohibuit: vt nullus qui non ſit de religione fratruꝫ mi-
norum habitum dictorum fratrum: aut ita conſimilem ꝙ
propter eum frater minor credi poſſit: deferre preſumat: abſqꝫ mandato ſpeciali
ſedis apoſtolice. Et mandauit eccleſiarum prelatis: quatenus ſinguli eorum in
ſuis ciuitatibus ⁊ dioceſibus illos qui prefatum habitum vel ei conſimilem de
ferre preſumpſerint: ad deponendum ipſum: cum a fratribus predictis fuerint re
quiſiti (monitione premiſſa) eos compellant. B. fo. 19. Et ffo. 103. conce. 216.

5 Prohibitio **Clemens.** quartus inhibuit: vt nullus: ſiue religioſus: ſiue ſecularis ha
bitum fratrum minorum: aut ita conſimilem: ꝙ propter eum
frater minor credi poſſit: deferre valeat abſqꝫ mādato ſpeciali ſedis apoſtolice. Et
vt dicta inhibitio maiorem conſequatur effectum: ſtatuit: vt ij qui habitum predi
ctum: vel ſibi conſimilem deferre preſumpſerint: ad deponendum ipſum per dio-
ceſanos locorum cum requiſiti fuerint (monitione premiſſa) per cenſuram eccle
ſiaſticam (appellatione poſtpoſita) compellantur. B. fo. 58. Et ffo. 141. conceſ-
ſione. 333.

6 Indulgētie. ¶ IDEM Clemens: ⁊ multi alij ſummi pontifices ſucceſſores eius: conceſſe
runt plures indulgentias morientibus ⁊ ſepultis cum habitu fratrum minorum:
ac etiam oſculantibus habitum ordinis: prout habetur infra in dictione Indul-
gentie quo ad ſeculares ratione habitus. 6. Ac ſimiliter alie indulgentie pertinen
tes ſolum ad fratres ratione huiuſmodi habitus: habentur in dictione Indulgē-
tie plenarie quo ad fratres. §. 3.

7 Ex iure cōi. **Bonifacius** octau⁹: vt periculoſa religioſis vagādi materia ſubtraha-
tur: diſtrictius inhibuit: ne de cetero aliquis quācumqꝫ reli
gionem tacite vel expreſſe profeſſus: in ſcolis vel alibi temere habituꝫ religionis
Studium. ſue dimittat. Nec accedat ad queuis ſtudia litterarum: niſi a ſuo prelato cum cō
ſilio ſui conuentus vel maioris partis eiuſdem: ſibi eundi ad ſtudiuꝫ licentia pri
mitus ſit conceſſa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit: excom
Excōicatio. municationis ſententiam voluit incurrere ipſo facto. Doctores quoqꝫ ſiue ma-
giſtri: qui religioſos habitu ſuo dimiſſo leges vel phiſicam audiētes: ſcienter do-
cere: aut in ſcolis ſuis preſumpſerint retinere: ſimili eo ipſo ſint ſententie innoda-
ti. Habetur in capi. Ut periculoſa. Ne clerici vel monachi. lib. 6.

8 Sepultura. **Sixtus.** quartus: auctoritate apoſtolica perpetuo indulſit omnibus ⁊ ſin
gulis vtriuſqꝫ ſexus perſonis in habitu fratrum minorum ſepeli-
ri volentib⁹: ꝙ id eis liceat (ſine tamen aliquo alterius preiudicio) diſtrictius in-
hibens curatis ⁊ rectoribus eccleſiarum ſub excommunicationis pena: quam
Excōicatio. (canonica monitione premiſſa) contrafacientes incurrant: ⁊ a qua per alium ꝗ
romanum pontificem et in mortis articulo dumtaxat: abſolui non poſſint: ne ta-
liter ſepeliri volentibus: quouis modo impedimentum afferant: ſed permittant il
los patenter ad eccleſias ⁊ locum ſepulture in habitu huiuſmodi defferri. Iure
parrochialium eccleſiarum: ⁊ cuiuſlibet alterius in omnibus ſemper ſaluo. b.
ffo. 88. conceſſione. 251.

9 Sepultura. ¶ IDEM Sixtus decreuit: vt illi qui ordinauerint ꝙ eorum corpora cum ha-
bitu fratrum minorum ſepeliantur: ne ex illorum corporuꝫ delatione ad alia loca
ordini ⁊ fratribus predictis iniurie irrogentur: tales apud fratres huiuſmodi eſ-
ſe ſepeliendos: etiam ſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturam: niſi fiat de licentia ⁊ aſ-
ſenſu fratrum domus loci in quo tales deceſſerint. B. fo. 60. Et ffo. 144. con-

UVA. BHSC. IyR_230_1

ceſſione.350.

¶ Circa hoc vide infra.§.vltimo decretum Leonis in concilio Lateraneñ: quod in foro exteriori ſaltem debet obſeruari. Collector.

¶ IDEM Sixtus fecit conſimilem conceſſionem fratribus Carmelitis per eadem verba: addendo: ꝙ contradictores ſint excommunicati. B. ffo.182. conceſſione.444. 10 Pro carmelitanis.

¶ IDEM Sixtus in bulla aurea ſtatuit: ꝙ habitus fratrum minorum vel predicatorum: non poſſit dari his qui cum eo elegerint ſepeliri: niſi per guardianum domus ordinis minorum: aut per priorem domus ordinis predicatorum loci in quo tales decedere contigerit: vel per ſuperiorem prelatum dictorum ordinum: aut cui illi duxerint committendum: ꝛ non per alium quauis auctoritate vel prelatione fungentem exhiberi debere. Et voluit: ꝙ predictum habitum recipientibus declarare teneantur predicti prelati: ꝙ apud eorum ordinum eccleſias debent ſepeliri quorum habitum ſuſcipiunt. Ac etiam ſtatuit: ꝙ illorum ſic indutorum cadauera diſcoperta: nullo pallio vel tegumento ſuper impoſito cum habitu huiuſmodi ad ſepulturam deferri poſſint. Non obſtante ordinariorum locorū (etiā ſub cenſuris) prohibitione: ꝛ ordinatione qualibet in contrarium edita. B.fo.65. Et ffo.149. conceſſione.364. 11 Pro ꝑdicatorib⁹: ꝛ mi. inſimul. Sepultura.

**Alexander.** ſextus conceſſit: vt generalis fratrum minorum per ſemetipſum: ꝛ prouinciales cum conſenſu maioris partis capituli prouincialis: poſſint fratres predicti ordinis quos incorregibiles repererint: tanꝗ membra putrida: habitu ſui ordinis expoliare: ꝛ a ſe eijcere. Ac etiam poſſint contra quoſcunqꝫ eis forſan auxilium: conſilium: vel fauorem: publice vel occulte: directe vel indirecte: aut quouis quęſito colore: ſuperdicti habitus delatione preſtantes: etiam cuiuſcunqꝫ dignitatis: gradus: ordinis: vel conditionis exiſtant: per cenſuras eccleſiaſticas ꝛ alia iuris remedia (appellatione poſtpoſita) procedere. b.ffo.56. conceſſione.65. 21 De electiõe incorregibiliū ab ordie.

¶ Circa prefatam conceſſionem: oportet notare illa que ſupra in dictiõe Eijcere: poſt.§.4. poſita ſunt. Collector.

**Leo.** 10. in concilio Lateraneñ. ſtatuit: ꝙ volentes ſepeliri in habitu fratrū: ſi non ſunt perſone in clauſtro: ſeu in eorum domibus degentes: ſed in proprijs domibus habitantes: in eorum vltima voluntate ſepulturam ſibi alibi libere eligere poſſint. B.fffo.26. conceſſione.77. 13 Sepultura.

## ¶ Hereditas: et heredes.

**Clemens.** quartus conceſſit: ꝙ fratres ordinis predicatorum ꝛ minorum poſſint libere ſuccedere in bonis temporalibus in quibus ſuccederent in ſeculo exiſtentes: ac bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere: ꝛ vendere libere bona ipſa: eorumqꝫ precium in vtilitatem ſuam conuertere: prout prelatis dictorum ordinum melius viſum fuerit expedire. B.fo.64. Et ffo.147. conceſſione.357. 1 Pro fr̄ibus mi. ꝛ ꝑdica.

¶ Huiuſmodi conceſſio ſeu relaxatio non habet locum in fratribus mi. obſeruātibus: vt in ſequentibus.§. apparebit: preſertim in.§.2.ꝛ.4. Collector.

**Clemēs.** 5. in declaratione q̄ īcipit Exiui de paradiſo: ſup regulā fratrū mino. declarauit: ꝙ hmōi fratres nullatenus ſunt capaces ſuc- 2 Paupertas



UVA. BHSC. IyR_230_1

ceſſionum hereditatum. Ac etiam: ꝙ non licet eiſdem fratribus: valorem heredi tatum talium: vel tantam earum partem: quaſi ſub modo ⁊ forma legati dimitti ſibi facere (ꝙ preſumi poſſit hoc ĩ fraudẽ fieri) vel ſic dimiſſa recipere. Quin po
Legata. tius iſta ſic fieri ab ipſis fratribus: ſimpliciter prohibuit. B. fo. 14. in tracta. 3. Et ffo. 15. tractatu ſecundo.

**Sixtus.** 4. conceſſit fratribus mi. ꝙ hereditates que eiſdem fratribus (ſi
5 Pro couentualibus fratribus mi. in ſeculo forent) ab inteſtato deferentur: deferantur eccleſie romane: que ipſorum fratrum (quo ad hoc) locũ tenet. Et ꝙ ipſa eccleſia romana quo ad hereditates ⁊ bona que ordinem predictum ingredientes: ſub cõditione mortis eorum ſine filijs reſtituere grauati ſunt: filiorũ locum teneat: ſicut tenent monaſteria proprium habentia in communi: ſi tales fratres grauati illũ ingreſſi forent. Ac conceſſit: vt predicta petere poſſit ſyndicus romane eccleſie prefato ordini deputatus. B. fo. 63. Et ffo. 146. conce. 356.

Collector. ¶ Huiuſmodi conceſſio non eſt intelligenda de fratribus mino. obſer. vt inferius ab eodem Sixto: ⁊ ab alijs ſummis pontificibus declaratur.

4 Pro obſeruantib⁹ fratrib⁹ mino. ¶ IDEM Sixtus poſtea declarauit: ſe feciſſe predictam conceſſionẽ gñalẽ ad importunã nonnullorum inſtantiã. Ac ex certa ſcientia decreuit ⁊ declarauit: ſue mentis ⁊ intentionis fuiſſe ⁊ eſſe: vt predicte ſue littere: ⁊ alie ſimiles circa ſucceſſionem hereditatum huiuſmodi: ad fratres de obſeruantia nullatenus extendantur: nec eis aut illorum alicui: in iudicio vel extra quo quomodo ſuffragentur: nec aliquam vim habeant. Et inſuper mandauit predictis fratribus de obſeruantia
Paupertas. in virtute ſancte obedientie: ne quis eorũ conceſſione huiuſmodi vti velle p̃ſumat quouis pretextu vel colore: quinimmo in puritate ſue regule (ſicut eos decet) permaneant: perinde ac ſi littere predicte nunq̃ emanaſſent. B. fo. 22. Et ffo. 106. conceſſione. 228.

**Alexander.** 6. decreuit: ꝙ null⁹ pfeſſor ordinis mi. de obſeruantia: ſi illã
5 Pro fratribus obſer. tranſeuntibus ad conuentuales fratres mi. egrediatur ⁊ ad conuentuales eiuſdẽ ordinis tranſeat: poſſit ſuccedere parentibus: propinquis: vel affinibus ſuis quouis modo: nec aliquo indulto predictis fratribus conuentualibus ad hoc cõceſſo: gaudere valeat. Nec etiam conuentus aliquis occaſione fratris ſic egredientis: ius aliquod in hereditate vel quauis alia ſucceſſione propinquorum acquirere et cõſequi poſſit. b. ffo. 56. conceſſione. 66. Et fffo. 3. conceſſione. 4.

6 Prohibitio ¶ IDEM Alexander iterum decreuit ⁊ prohibuit ſupradicta: ſcilicet ne fratres obſer. tranſeuntes ad conuentuales: ſuccedere propinquis valeant vllo modo: prout habetur ſub autentico ad litteram ſicut in conceſſione immediate ſupra poſita. B. ffo. 136. conceſſione. 302.

Collector. **C**Irca prefatam materiam hereditatum: eſt aduertendum ⁊ notandum: ꝙ licet fratres minores non ſint capaces hereditatum ⁊ relictorum in teſtamentis: vt patet in Clemẽtina Exiui de paradiſo. §. Cũ igitur: de verbo. ſigni. Et per Bar. in. l. Ne quicquã. §. fi. ff. de offi. procon. Et in. l. 1. colũ. 4. de lega. primo. Attamen eis conſulitur duplici remedio ſecundũ doctores. ¶ Primo enim eis
Primũ remedium. conſulitur iudicis officio. ¶ Poteſt nãq; iudex ex ſuo mero officio (nemine etiam ad hoc agente) compellere heredem vel illum qui ad hoc tenetur ex teſtamento vel alias: quatenus relicta monaſterio: vel fratribus mino. adimpleat ⁊ exſoluat. Hoc tenet ſpeculator in titulo de inſtru. edi. §. Nunc vero aliqua. Et Barto. in dicta. l. Ne quicq̃. Et Ioan. and. in. c. Si heredes: extra. de teſta. Et eſt vidẽdus ad

UVA. BHSC. IyR_230_1

hoc Baldus in.l.Nulli.C.de epis ⁊ clericis. ¶Sed circa hoc q̃rendū vř: ꝙ po- Queſtio.
tuit eſſe ratio iſtiꝰ deciſionis: ⁊ vnde potuit hoc venire? R̄n̄deo: ꝙ duplex eſt ra- Reſponſio.
tio huiꝰ. ¶Prima q: intereſt rei publice: ne ſua quis re male vtatur. vt in.§.Sed
hoc tpe. Inſti. De ĳs q ſunt ſui vel alieni iuris. Et ratio etiā iſtiꝰ ratiōis eſt: ⁊ col
ligitur a fortiori. Nā ſi cōmodum rei priuate ꝓuidetur: vt in.l.Si quis.C.de bo-
nis preſcrip. fortius circa volūtates defunctoꝝ ꝓuidendū eſt. De quo ꝑ Andreā
barba. in rubrica De teſta. colū.25. Et per glo. in.l. Julianus.ff.de actio.emp. Et
arguit bene in hoc caſu Barba. in.c.Tua nobis. colū.26. extra de teſta. Facit etiā
q: anima cunctis rebus p̃ferēda eſt.l.Sācimus.C.de ſacroſan. eccle. Et autētica
Multo magis.⁊c. Numeroſa eſt ad hoc iuriū ſilua. ¶Secūda ratio eſt: q: ſi ita
cautū non eſſet: accideret nōnūq̄: ꝙ piū ꝓpoſitum defunctoꝝ: improba fraudan
tium calliditate celaretur: vt dicit ille textus notabilis in dicta.l.Nulli.C.de epis
⁊ clericis. Et q: magna eſt pietas volūtatē illius adimpleri: qui nec ſe iuuare: nec
iam loqui pōt. Qua ꝓpter volūtati defunctoꝝ ita cōſultū iri oportet. Et hec quo
ad primū remediū quo fr̄ibus mino. ⁊ alĳs pauperibꝰ non valētibus agere in iu
dicio: ſubuentū eſt officio iudicis. ¶Deinde aūt dicunt doctores: ꝙ alterū reme-
diū quo dictis fr̄ibus cōſulitur: eſt illud qđ ſequitur. Quia cuilibet de populo cō- Alterum remedium.
petit actio: ⁊ quilibet de populo poteſt agere vt legata ⁊ relicta ad pias cauſas:
puta monaſterio: hoſpitali: fr̄ibus: pauperibꝰ: ⁊ ſimilibꝰ adimpleātur per illū qui
grauatꝰ eſt a teſtatore: vel alias ad h̄ tenet. Jura ſūt de hoc bona: textꝰ in autētica
De eccleſiaſticis titul. §. Si aūt: collatione.9. Et tenet Lodouicus romanꝰ in
autentica Simile.C.ad legē falci. Et fuit originale dictū Angeli de peruſio in di-
cto.§.Sin aūt. Jta etiā tenet Bar. in dicta.l.Ne quicquā: qui allegat.l.Heredi-
tas.ff.de pe. here. Et.l.Quintus. de annuis legatis. Et eſt de hoc caſus formalis
⁊ in indiuiduo in dicta.l.Nulli.C.de epiſ.⁊ cle. in fine. Et facit ad hoc dictū Bar
ba. in.c.Nos quidem: colū.16. De teſta. ¶Predicta fuerunt praticata in ciuitate Collector.
Barbaſtri regni Aragonie: vbi ab vniuerſitate eiuſdē ciuitatis fuit cōſtitutus ꝓ-
curator: ſeu ſyndicꝰ ad agēdū ꝓ legatis relictis monaſterio beati Frāciſci: anno a
natiuitate dn̄i.1521. q̄ tp̄e erat aduocatꝰ dicti monaſterĳ qdā inſignis vtriuſq̄ iuꝝ
doctor noīe Leonardꝰ de ſancto Angelo: q ſupraſcripta fundauit ⁊ exequi fecit. Nota.
¶Ex ſupradictis infertur: ꝙ purius facerent hoc modo prefati fratres q̄ꝫ procu-
rando: ꝙ eis vel ſuis eccleſĳs: aut conuentibus relicta in teſtamentis: petantur in
iudicio per ſyndicuꝫ deputatum a ſede apoſtolica: vtendo cōceſſionibus relaxa-
tiuis ⁊ deſtructiuis perfectionis voti paupertatis in ſua regula promiſſi: preſer-
tim cum facilius poſſint obtinere huiuſmodi relicta in teſtamentis medio alicuiꝰ
deuoti iudicis qui in hoc poteſt prouidere ex ſuo officio: vt ſupra probatū eſt: aut
vtendo altero remedio. ſ. ꝙ aduocatus fratrū: vel alius amicus ſpiritualis petat
predicta in iudicio: non tamen vt ſyndicus: ſed ſicut vnus de populo: cum etiam
hoc fieri poſſit: ſicut ſupra dictum eſt.

## Hereſis: et hereticus.

GRegorius.9. conceſſit fratribus minoribus proficiſcenti- Pro terris infidelium. Abſolutio.
bus in terras infideliū: vt eos qui per apoſta-
ſiam: ſciſma: vel hereſim: a chriſtiani nominis confeſſione receſſe-
runt: inter ſarracenos habitantes: abſoluere poſſint: ac reconcilia
re per gratiam penitentie ſalutaris: ſi ad obedientiam eccleſie ro-



UVA. BHSC. IyR_230_1

mane: in humilitatis ſpiritu voluerint redire. b. ffo. 22. conceſſione. 4.

1 Pro terris infidelium. Abſolutio. ¶ IDEM Gregorius conceſſit prefatis fratribus eũtibus ad terras infideliũ: vt eos qui quomodolibet a fide vel vnitate romane eccleſie diſceſſerunt: ſi redire voluerint ⁊ ſatiſfacere: ꝓ cõmiſſis: valeant recõciliare: ⁊ ab anathematis vinculo (quo tenentur) abſoluere. b. ffo. 257. conce. 641.

3 Abſolutio. quo ad fres ⁊c. relapſos. Alexander. 6. conceſſit oĩbus ⁊ ſingulis prelatis ordinis mi. de obſer. (.ſ. generalibus: prouincialibus: ⁊ cuſtodibus) plenariã facultatem ⁊ auctoritatem: vt quoſcunqꝫ ſubditos ſuos (fratres videlicet ⁊ moniales ſancte Clare: ac vtriuſqꝫ ſexus tertiarios) inuenerint in aliquo hereſis vel apoſtaſie crimine lapſos: ac etiam relapſos: poſſint eos abſoluere: ⁊ cũ eis diſpẽſare: prout magis late poſitum eſt hoc ſupra in dictiõe Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 18. et. o. fo. 65. Et ffo. 70. conceſſione. 164.

Collector. ¶ Aduertendum: ꝙ ſupradictus caſus eſt de contentis in proceſſu bulle cene domini: ⁊ ideo dicendum eſt de illo ſicut de alijs ſimilibus: ꝓut habetur ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres: poſt. §. 13.

¶ Reliqua attinentia ad hmõi materiam: preſertim circa inquiſitores huius criminis: vide infra in dictione Inquiſitores heretice prauitatis.

## ¶ Ieiunium.

1 Pro monialib⁹. s. Clare ⁊ tertiarijs. Eugenius. 4. ordinauit: ꝙ moniales ſãcte Clare: ac tertij ordinis ſancti Franciſci: ⁊ aliorum ordinum ſorores (.ſ. ſub obedientia predictorum fratrum exiſtentes) ſolũmodo teneantur ad illa ieiunia ad que fratres ordinis mi. regulam obſeruãtes obligati ſunt: ⁊ eoſdem modos ſeruẽt in cibis quadrageſimali tempore: exceptis debilibus ⁊ infirmis. b. fo. 46. Et ffo. 42. con. 47.

2 Pro ſecularibus laboratoribus. ¶ IDEM Eugenius declarauit: ꝙ artifices laborioſas artes exercentes: ⁊ ruſtici: ſiue diuites ſint ſiue pauperes: nõ tenẽtur ieiunare ſub precepto peccati mortalis. Et ꝙ abſolui poſſunt: ⁊ induci ad elemoſinas: ⁊ alia bona facienda. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 82. Et fffo. 101. conce. 395.

Collector. ¶ Aduerte: ꝙ hoc precipue intelligendum eſt de ruſticis laboratoribus qui arant vel ſimilia opera laborioſa exercent.

3 Pro infirmis fribus. Sixtus. 4. conceſſit: ꝙ fratres minores non potẽtes ieiunare bono modo propter infirmitatem vel debilitatem: nõ teneantur. o. fo. 62. Et ffo. 66. conceſſione. 99. Et fffo. 100. conceſſione. 384.

4 Pro itinerãtib⁹ fribus. Leo. 10. conceſſit: ꝙ fratres mino. obſeruantes itinerãtes: poſſint transferre ieiunium diei itinerationis in aliam diem. o. fffo. 93. conce. 286.

5 Pro frib⁹ ꝑdicantibus. ¶ IDEM Leo cõceſſit: ꝙ fratres mino. maxime predicatores actu predicãtes: poſſint ſine ſcrupulo: ⁊ ſeruato ieiunio anticipare: ſeu retardare (iuxta ſuam conſolationem) horas comeſtionis: ⁊ ſerotine collationis. o. fffo. 93. conce. 282.

¶ Ex priuilegijs fratrum ſancti Hieronimi.

6 Pro frib⁹: et domeſticis. N. cõceſſit: ꝙ in diebus ieiuniorum ad que fratres obligantur ex precepto eccleſie vel ordinis ſtatuto ſeu cõſuetudine: priores iuxta eorũ conſcientiaꝫ: fratres vero ⁊ domeſtici iuxta conſilium ⁊ licentiam priorum ſiue ſuperiorũ ſuorum: cum aliqua infirmitate vel debilitate grauantur: poſſint licite ſumere aliquaꝫ collationem de pane et vino aut fructibus: ſeu alias. o.

2 Eugenius. 4. conceſſit: ꝙ prior monaſterij dicti ordinis: ſeu vicarius in

UVA. BHSC. IyR_230_1

eius abſentia poſſit dare licentiam de conſilio medici: vel ſine eius conſilio: ſi cō- Pro fr̃ib9 & familiarib9
mode non poſſit haberi: vt fratres religioſi: & familiares monaſterij preſentes et futuri: infirmi ſeu debiles poſſint: comedere carnes: vel oua: ſeu alia ſanis interdicta i quadrageſima & alijs ieiunijs eccleſiaſticis: ſine licētia dioceſani. Uel ꝙ nō teneantur ieiunare in p̄dictis tēporibus: etiam ſine cōſilio medici. Et ꝙ eandem licentiam poſſit concedere predictis priori & vicario eorum confeſſor.o.

## Impetrare litteras apoſtolicas.

PAulus. 2. ſtatuit: ꝙ nullus fratrum mino. impetrare nec recipere valeat aliquem locum ſeu domum: etiam quarumcumqꝫ litterarum apoſtolicarum obtentu: niſi de licentia generalis vel prouincialis illius prouincie in qua locus ſeu domus ipſa conſiſtit: niſi his litteris fuerit ſpecialiter derogatum. B. fo. 10. Et ffo. 94. conceſſione. 203. 1 Licentia.

Sixtus. 4. diſtricte inhibuit fratribus mi. ne impetrent a protectore ordinis aliquas litteras vel aliquid aliud: vltra ꝙ̄ ſua facultas in regula predictorum fratrum conceſſa ſe extendit: nec etiam taliter ab alijs impetratis vtantur. Et voluit: ꝙ qui contrarium fecerint: puniātur illis penis quibus eſſent ꝑ grauibus culpis (ſm ſtatuta dicti ordinis) puniendi. Ac ꝙ tales ſint nihilominus priuati actibus legitimis: & a ſuis (ſi que habent) ſuſpēſi officijs ipſo facto. B. fo. 53. Et ffo. 137. conceſſione. 303. 2 Protector ordinis.

Qualiter nequeant predicti fratres impetrare aliquod indultum apoſtolicum: preſertim exemptionem: ſine licentia ſuorum ſuperiorum: vide ſupra in dictione Exempti fratres. §. 9. & 11. Collector.

## Imprimere libros.

CLemens. 7. quia in concilio lateranenſi ꝓhibitum eſt ne imprimatur aliq̃ ſcripture: niſi pri9 ꝑ loci ordinarium & inquiſitorē viſe & approbate fuerint: conceſſit fratribus mino. obſeruan. licentiam imprimi faciendi ſpectātia ad eorū ordinem: ſine dicta ordinarij & inquiſitorū reuiſiōe. o. 1

## Incarcerare.

QUaliter poſſint & debeant fratres minores delinquentes incarcerari: vide ſupra in dictione Correctio. Collector.

## Incorregibiles fratres.

INnocentius. 4. prohibuit diſtricte: ne fratres minores quos generalis aut ꝓuinciales miniſtri ab ordine pro ſuis culpis & demeritis expellere contigerit: preſumant predicare: ſeu confeſſiones audire: vel docere: niſi (de licentia ſedis apoſtolice aut predictorum miniſtrorum) ad aliū tranſierint ordinem: prout latius poſitum eſt ſupra in dictione Eijcere ſeu expellere ab ordine. §. 1. Et habetur. B. fo. 36. Et ffo. 120. conce. 261. 1 De eiectis ab ordine.

Alexander ſextus conceſſit facultatem generalibus & prouincialibus ordinis minorum: vt poſſint fratres incorregibiles: habitu ordinis expoliare: & ab ordine eijcere: prout hr̃ ſupra in dictiōe Habitus ſm. §. 9. 2



UVA. BHSC. IyR_230_1

# ¶ Indulgentie.

¶ Diſtinctio materie indulgentiarum.

Collector. CIrca materiam indulgentiarum ordini minorum: ⁊ alijs ordinibus mendicantium conceſſarum: ſic proceditur. Primo enim ponuntur indulgentie tam plenarie q̃ alie q̃ ſolum attinent ad perſonas fratrū minorum: necnō ad alias perſonas que eorūdem priuilegijs vniuerſaliter gaudere poſſunt. Deinde ſubiunguntur alie: q̃ pertinent ad ſeculares deuotos ordinis: tā eccleſias eorūdē fratrū viſitantes: q̃ aliqua alia reſpectu ipſorum fratrū ⁊ ſuorum monaſteriorum facientes: ac etiam multe alie indulgentie: ꝓut infra patebit.

## ¶ Indulgentie: quo ad fratres.

¶ Diſtinctio materie indulgentiarū quo ad fratres.

Collector. CIrca indulgentias pertinentes ſolum ad fratres: ſic ꝓceditur: ꝙ primo ponuntur omnes plenarie. ¶ Secundo adduntur alie indulgentie nō plenarie ¶ Tertio ſuperadduntur indulgentie ſtationum vrbis Rome: ac Hieruſalem et ſancti Jacobi.

## Indulgentie plenarie: quo ad fratres.

1 Pro articulo mortis. MArtinus. 5. Eugenius. 4. Nicolaus. 5. Calixtus. 3. Pius. 2. ac Sixtus. 4. conceſſerunt oībus fratribus mino. de obſeruātia: ꝙ poſſint eligere cōfeſſorē qui ipſis poſſit concedere indulgentiā plenariā in articulo mortis. Et ꝙ ſi occurrerit caſus ꝙ nō poſſint confeſſorē eligere: ſeu habere: tunc etiā conſequātur ꝑdictā indulgētiā: ſi ſunt in ſtatu gratie. b. ffo. 71. cōce. 185.

2 Pro receptione habit[9]. Sixtus. 4. cōceſſit: ꝙ in receptione habitus cuiuſlibet triū ordinū ſancti Franciſci: ſit indulgētia plenaria recipiēti. Et ſimiliter in die obitus. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 104. Et ffo. 95. conce. 320.

3 Pro feſtis domine nr̃e. Ex ꝑuile. auguſtinenſiū. ¶ IDEM Sixtus cōceſſit vere penitentibus ⁊ cōfeſſis viſitantibus eccleſiam ſancte Marie de populo vrbis Rome: in feſtiuitatibus precipuis dn̄e noſtre. ſ. Conceptionis: Natiuitatis: Purificationis: Annunciationis: Viſitationis: ⁊ Aſſumptionis: a primis veſperis vſq₃ ad ſecundas veſperas plenariā omnium peccatorum remiſſionem ⁊ veniam. B. ffo. 77. conceſſione. 233.

Collector. ¶ Hac conceſſione gaudere poſſunt fratres: ratione generalis conceſſionis indulgentiarum vrbis Rome: necnon ⁊ alterius ſpecialis conceſſionis que habetur hic infra. §. vltimo.

4 Pro ſabbatis quadrageſime. ¶ IDEM Sixtus conceſſit omnibus vere penitentibus ⁊ confeſſis qui predictam eccleſiam ſancte Marie de populo viſitauerint qualibet die ſabbati ſingularum hebdomadarum quadrageſime: omnium peccatorum ſuorum remiſſionē ⁊ veniam. B. ffo. 78. conceſſione. 234.

Collector. ¶ Huiuſmodi conceſſione poſſunt etiam gaudere fratres extra vrbem Romam: propter generalem conceſſionem indulgentiarum predicte vrbis eis pleniſſime factam. Non tamen poterunt gaudere huiuſmodi indulgētijs perſone ſeculares que viſitauerint eccleſias huiuſmodi fratrum extra dictam vrbē: prout aliqui fratres aſſerere niſi ſunt. Quapropter Leo. 10. fecit ſuper hoc quandam declarationem ⁊ conceſſionem: que ponitur infra. §. vltimo.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Innocētius. 8. conceſſit: vt fratres mino. ſacerdotes celebrantes in die- 5
bus dominicis: ⁊ ſolēnitatibꝰ dñi: ⁊ beate Marie: ⁊ ſan- Cōicare.
ctorum noſtri ordinis: habeant indulgentiam plenariam: ⁊ fratres laici quando
communicant. o. ffo. 69. conce. 148. Et ffo. 99. conce. 361. 6
¶ IDEM Innocentius conceſſit: vt moniales cōmunicātes habeant indulgē Cōicare.
tiam plenariam. o. ffo. 69. conceſſione. 150.

Julius. 2. conceſſit: ꝙ fratres mino. obſeruātes: toties quoties coronam
virginis Marie q̄ continet. 72. Aue maria: ⁊ octo Pater noſter 7
(premittendo ante quaſlibet decē Aue maria vnū Pater noſter) dixerint: lucrē- De corona
tur indulgentiam plenariaꝫ: addendo tamen vnū Aue maria pro ipſo domino dñe noſtre.
papa. o. ffo. 92. conceſſione. 273.
¶ Uide infra. §. 11. cum additionibus ſequentibus. Collector.
¶ IDEM Julius cōceſſit: ꝙ predicti fratres: dicendo coronā ſaluatoris noſtri 8
Jeſu chriſti q̄ continet. 33. Pater noſter: ⁊ totidem Aue maria: in memoriā an- De corona
norum vite chriſti: lucrentur conſimilem indulgentiam plenariam: ſicut pro coro dñi noſtri.
na beate virginis. o. ffo. 92. conce. 274.
¶ Uide circa hoc infra. §. 11. cum ibidem additis. Collector.

Leo. 10. conceſſit: ꝙ ſorores ſancte Clare: ⁊ tertij ordinis de penitentia nū- 9 De corona
cupate in congregatione cōmorantes: ⁊ ſub cura fratrum minorum bte vginis.
obſer. viuentes: toties quoties coronam virginis Marie dixerint: lucrentur plena
nariam indulgentiam. o. ffo. 62. conce. 272.
¶ De huiuſmodi coronis ponitur infra alia conceſſio melior. §. 11. Collector.
¶ IDEM Leo conceſſit ſupradictis monialibus: vt quoties ſacram ſumūt cō 10
munionē: ea die plenariam indulgentiā conſequantur. B. ffo. 42. conce. 133. Pro monia
¶ IDEM Leo cōceſſit ſororibus: ſeu ancillis ordinis beate Marie: vt dicendo libus. 11
coronas dñi Jeſu: et beate Marie virginis: conſequantur plenariam indulgētiā De coronis.
ſuorū peccatorum. Et declarauit: ꝙ hoc idem (licet forte minus clare) conceſſerat
ipſemet Leo monialibus ſancte Clare. B. ffo. 43. conce. 134.
¶ Ex hac conceſſione: ⁊ ex alijs ſuprascriptis colligitur: bis conceſſum eſſe fratri- Collector.
bus mino. et monialibus ſancte Clare vt dicendo coronas domini noſtri: et do-
mine noſtre conſequantur indulgentiam plenariam: licet clarius in oraculis viue
vocis ſupra poſitis. ſ. §. 7. et. 9.
¶ Notandum eſt autem: ꝙ corona domini noſtri Jeſu Chriſti continet. 33. Pa-
ter noſter: et totidem Aue maria in honorem annorum vite eiuſdem Chriſti. Co-
rona vero beate virginis: dicitur ab aliquibus continere. 63. Aue maria: et de de-
cem in decem vnum Pater noſter. Et ſic habetur in litteris Leonis ſuperius al-
legatis. Sed vt alij dicunt et melius: continet. 72. Aue maria in memoriam. 72.
annorum quos beata virgo in hoc ſeculo creditur vixiſſe. Et ita ponitur in alijs
litteris eiuſdem Leonis. B. ffo. 63. conce. 204.
¶ IDEM Leo cōceſſit ſupradictis ancillis beate Marie: ⁊ monialibus ſancte 12
Clare: vt quoties ſacram ſumpſerint communionem: ea die plenariam conſequi Cōicare.
valeant indulgentiam. Et ꝙ poſſit eis impendi benedictio papalis. B. ffo. 43. Nota.
conceſſione. 127.
¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ fratres infirmi: ac ſenes in decrepita etate conſtitu- 13
ti: dicendo vnum pſ. vel hymnum virginis: vel dñi noſtri: lucrentur indulgētias Pro īfirmis
conceſſas dicētibus coronas Jeſu chriſti domini noſtri: et matris ſue: q2 hmōi

UVA. BHSC. IyR_230_1

perſone non poſſunt ſemper tot dicere. O. ffo. 60. conceſſione. 181.

14 Liberatio aiaꝝ a purgatorio.
¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ in ſabbato in ramiſpalmarū: ⁊ in die ſancti Joannis euangeliſte: ac in feſto eiuſdem quod dicitur ante portā latinā: quilibet fratrū mino. regularis obſer. dicendo ps̄. penitentiales: vel quinquies Pater noſter cū totidem Aue maria ante ſacramentum altaris: poſſit liberare vnā animam a purgatorij penis. Voluit tñ prefatus pontifex: ꝙ fratres predicti in perpetuū die qua predicta gratia vtentur: dicant pro ſanctitate ſua vnam coronam beate virginis Marie. O. ffo. 61. conceſſione. 184.

Collector. Nota.
¶ Solum tres prefate conceſſiones pro liberandis animabus purgatorij inueniuntur autentice. Alie autem que ponuntur vbi explicantur indulgentie per ſingulas ferias quadrageſime: reperiuntur in multis ſummarijs Rome impreſſis. Et ideo non debent contēni: q̃uis de ipſis nulla habeatur certitudo: nec practicētur Rome. Valeant tamen prout valere poſſunt.

15 De officio defunctorum. De ps. peni.
¶ IDEM Leo cōceſſit: ꝙ fratres minores dicentes: vel recitantes officium defunctorum pro animabus exiſtentibus in purgatorio: vel ſeptem ps̄ penitentiales: eaſdem conſequantur indulgentias quas conſequuntur dicentes coronā beate virginis Marie: ſcȝ indulgentiam plenariam: toties quoties dixerint. O. ffo. 61. conceſſione. 187.

16 De viſita. cōuētuū q̄ fit a ꝓuincialib⁹.
¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ omnes prouinciales fratrū mino. obſeruan. acta viſitatione ordinaria in conuentibus ſue ꝓuincie: habeant facultatem concedendi indulgentiam plenariam omnibus fratribus cuiuſlibet conuentus ſic viſitati. Et idem de monialibus ſancte Clare: ⁊ tertiarijs in congregatione viuētibus. o. ffo. 93. conceſſione. 285.

17 Pro dicen. miſſā cōcep.
¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ toties quoties fratres mino. de obſeruan. dicūt miſſam conceptionis virginis Marie: ac intendunt orare ꝓ ſua ſanctitate ⁊ vniuerſali eccleſia: habeant indulgentiam plenariam. o.

Collector.
¶ Predicta conceſſio nō eſt al's impreſſa: q: poſt impreſſionē librorū priuilegiorū fuit obtēta: ſeu ad partes Hiſpanie aducta. Nihilomin⁹ tñ ꝓ indubitata hrī pōt: cū hēatur in regiſtro cōmiſſarioꝝ curie Romane: ac ex ide ſit ſidel'r extracta.

18 Pro audiētibus miſſaȝ cōceptionis.
¶ IDEM Leo ampliauit ſupradictā indulgentiā: ꝓ fratrib⁹ eiuſdē ordinis audientibus prefatā miſſam cōceptionis: ac etiā ꝓ monialibus. s. Clare in congregatione viuentibus: ſimiliter audientibus predictam miſſam. o.

Collector.
¶ Hec conceſſio non eſt al's impreſſa propter cauſam ſupradictam in fine cōceſſionis precedentis.

19 De cantico graduum.
¶ IDEM Leo conceſſit monialibus ſancte Clare ſub cura fratrū mino. obſer. exiſtentibus: ac per conſequens eiſdem fratribus: ꝙ dicendo canticum graduum lucrentur indulgentiam quam lucrantur dicendo coronam virginis Marie. ſ. indulgentiam plenariam. o.

Collector.
¶ Iſta cōceſſio non eſt impreſſa ꝓpter cauſam ſupraſcriptam in calce. §. 17.

20 De decē. ps. paſſiōis xpi.
¶ IDEM Leo cōceſſit p̄fatis religioſis: ꝙ dicēdo decē ps̄. paſſionis xpi. ſ. Deus deus meus reſpice in me ⁊c. vſqȝ ad ps̄. In te dn̄e ſperaui incluſiue: lucrentur qđ lucrantur dicendo coronam dn̄i noſtri Jeſu xpi. ſ. indulgentiam plenariam. o.

Collector.
¶ Prefata conceſſio non eſt alibi impreſſa ꝓpter cauſam ſupradictam. §. 17.
¶ Aduertendum eſt circa hanc vltimam conceſſionem: ꝙ decem pſalmorum de quibus in ea fit mentio: quinqȝ ſunt primi. 5. pſalmi: qui habētur in principio prime dn̄icalis. Reliqui vero quinqȝ: ſunt etiam primi exiſtētes in principio ferie ſe-

UVA. BHSC. IyR_230_1

eandē. Appellantur aūt p̄s. paſſionis Chriſti: quia pie creditur: ꝙ redemptor noſter pendens in cruce dixit illos. Nam primū verbum quod dixit in cruce. ſ. Heloi ⁊c. eſt in hebreo principium primi p̄s. predictorum. Et vltimum verbum qḋ ibidem protulit. ſ. In manus tuas ⁊c. habetur in vltimo pſalmo prefatorū decē.

¶ Sciendū: ꝙ vltra ſupradictas indulgētias plenarias fratribus minoribus conceſſas: ſunt etiam eiſdem fratribus cōceſſe multe abſolutiones plenarie in varijs feſtiuitatibus: alijſq; diebus ⁊ tēporibus anni: quarū nonnulle habent initium indulgentias plenarias. Sed quia hmōi conceſſiones poſite ſunt in dictione Abſolutio extra ordinaria quo ad fratres: ideo hic non ponuntur. Collector.

## ¶ Sequuntur nonnulle alie indulgentie plenarie conceſſe directe alijs fratribus ordinum mendicantium.

¶ Pro fratribus predicatoribus.

**Sixtus.** 4. conceſſit fratribus ordinis predicatorum: ⁊ monialibus eorūdem de obſeruātia: ac tertiarijs eiuſdē ordinis in regnis Caſtelle et legionis conſiſtentibus: vere penitentibus ⁊ cōfeſſis: vt anno quolibet in feſto ſancti Dñici: ⁊ ſemel in mortis articulo plenariā indulgentiam oīm peccatorum ſuorū conſequātur. Ac etiā oēs indulgētias: ⁊ peccatorū remiſſiōes quas certis anni tpībus (alme vrbis ſtationes nūcupatas) viſitātes cōſequūtur: valeāt cōſequi: put fr̄ibus mi: cōceſſum eſt. b. fo. 55. Et ffo. 73. cō. 191. et fffo. 119. cōce. 540. 21 Pro feſto ſcti Dñici. Particularis p regnis caſtelle et legionis.

¶ Huiuſmodi conceſſione indulgentie plenarie nequeūt vti fratres mi. niſi illi qui ſunt in prouincijs dictorum regnorum: qꝛ ipſi habēt ad hoc ſpecialem conceſſionem. Dico autem: ꝙ poſſunt hac conceſſione vti: non in die ſancti Dominici (vt littera dicit) ſed in die ſancti frācīſci: put declaratum eſt per Julium. 2. et poſitū eſt ſupra in dictione Cōmunicatio priuilegiorum. §. 12. et. 13. Collector.

¶ Pro fratribus Auguſtinenſibus.

**Innocentius.** 8. conceſſit fratribus Auguſtinenſibus obſeruantibus congregationis Hiſpanie: ⁊ monialibus: vt priores dicte congregationis: ⁊ confeſſores ab eis deputati: eiſdem perſonis dicte congregationis vere penitentibus: ⁊ cōfeſſis (quādiu ſub obſeruantia regulari dicti ordinis vixerint: ac in ſinceritate fidei: ⁊ vnitate ſancte matris eccleſie: ⁊ obedientia ſedis apoſtolice permanſerint) ſemel in quolibet anno in feſto natiuitatis domini noſtri Jeſu chriſti: ⁊ deinde in mortis articulo omniū peccatorum ſuorum (de quibus corde contriti: ⁊ ore confeſſi fuerint) plenariam indulgentiam impendere valeant. b. fo. 131. Et ffo. 264. conce. 683. 22 Pro die natiuitatis domini noſtri. Particularis p hiſpania.

**Julius.** 2. conceſſit fratribus Auguſtinēſibus: vt confeſſores idonei: ⁊ regulares: quos ipſi de licentia ſuorum ſuperiorum duxerint eligēdos: poſſint eos abſoluere: ab omnibus exceſſibus: ⁊ delictis: ac ſemel in vita: ⁊ in mortis articulo oīm pctōrū ſuorū remiſſionē elargiri. B. ffo. 66. cōce. 207. 23 Pro ſemel ī vita ⁊ ī mortis articulo.

¶ Pro omnibus fratribus mendicantibus: ac eorum tertiarijs: et familiaribus eorūdem.

**Leo.** 10. conceſſit: ꝙ vniuerſi ⁊ ſinguli ordinū mēdicantiū fratres. ⁊ moniales: tertijq; ordinis vtriuſq; ſexus: ⁊ familiares eorū dūtaxat: poſſint gaudere omnibus ⁊ ſingulis indulgentijs: ⁊ gratijs per predeceſſores ſuos: ⁊ p ipſum domū beate Marie de populo de vrbe conceſſis: et concedendis: perinde ac ſi ipſi predictam domum de Populo perſonaliter viſitarent: illis dieb⁹ etiā: 24 De indulgētijs ſctē Marie de pplo.

UVA. BHSC. IyR_230_1

feſtiuitatibus quibus indulgentie hm̄oi cōceſſe ſunt: aut fuerint. B. ffo. 56. cōce. 157. ¶ Que autē ſint hm̄oi indulgentie: dictum eſt ſupra. §. 4. et. 5.

Collector. ¶ Sciendū eſt circa predicta: ꝙ quia idē Leo fuit informatus: ꝙ aliqui aſſerebāt: ꝙ prefatis indulgentijs poterant gaudere ſeculares viſitantes eccleſias fratrum predictorum: fecit quandam inhibitionem poſt conceſſionem ſupraſcriptā ſub ſequentibus verbis.

Excōicatio. ¶ INHIBEMUS in virtute ſancte obediētie: ⁊ ſub excōicationis late ſententie pena: eo ipſo per cōtra facientes incurrēda: oībus ⁊ ſingulis fratribꝰ cuiuſcunqꝫ ordinis: ⁊ quibuslibet alijs perſonis: ne predicent: aut publice: vel priuate nuncient: ꝙ indulgentie ⁊ gratie hm̄oi ſancte Marie de populo: ad perſonas ſeculares extendantur. Non obſtantibus quibuſcunqꝫ in contrarium facientibus: que (quo ad premiſſa) reuocamꝰ ⁊ annullamꝰ. B. ffo. 56. cōce. 157. in fine.

Collector. ¶ Vide circa hoc: ſupra in dictione Cōicatio priuilegioꝝ. poſt. §. 23.

# Indulgentie non plenarie: quo ad fratres.

1 Pro itinerātibus. Alexāder. 4. conceſſit indulgentiam vnius anni et. 40. dierum fratribus euntibus per obediētiam ad capitulum generale. Euntibus autem ad capitulum ꝓuinciale: centum dierum indulgentiam. b.

Collector. ¶ Hanc conceſſionem reperi in quadam tabula priuilegiorum antiqua: facta per quēdam cōmiſſarium Romanum.

2 Eugenius. 4. conceſſit: ꝙ toties quoties fratres minores dixerint orationem Deus omnium: pro vero papa: habeant centū dies indulgentie. o. ffo. 101. conceſſione. 402.

Collector. ¶ Aduerte: ꝙ ſupradictū vr̄ debere intelligi ꝓ tempore ſcimatis ſolum.

3 pro. v. Maria mr̄. gratie. ⁊c. Alexander. 6. cōceſſit omnibus dicentibus in officio beate virginis: in hymnis Quē terra pōtus: ⁊ O glorioſa domina: verſum Maria mater gratie ⁊c. decem annos indulgentiarum ꝓ qualibet vice. o. fo. 66. Et ffo. 70. conceſſione. 170. Et ffo. 100. conce. 378.

4 Pro vulneribus xp̄i. Leo. 10. cōceſſit ancillis beate virginis: ⁊ monialibus. s. Clare: ac ſororibꝰ tertij ordinis in cōgregatione viuentibus: necnō fratribus mino. de obſeruātia: vt dicēdo qualibet die quindecim Pater noſter: ⁊ totidē Aue Maria in cōmemoratione oīm vulnerū q̄ ſaluator nr̄ Jeſus xp̄s in ſuo ſacratiſſimo corpore paſſiōis tp̄e ꝓ hūani gn̄is ſalute ꝑtulit: cōſequātur quindecim millia annorū de vera indulgētia ⁊ remiſſione peccatorū ſuorū. B. ffo. 43. cōce. 135.

5 Pro indulgētijs etiam plenarijs. ¶ IDEM Leo cōceſſit fratribus mino. obſer. vt indulgentias q̄ generaliter conceduntur porrigentibus manus adiutrices: poſſint predicti fratres: oēs hm̄oi indulgentias: etiā plenarias promereri: dicēdo quinquies Pater noſter: ⁊ Aue maria: pro felici ſtatu pape: ⁊ ſancte Romane eccleſie. Et hoc in eiſdē locis vbi ſunt conceſſe: aut in eccleſijs ſuis. O. ffo. 59. conce. 173.

6 Pro nomine Jeſu. ¶ IDEM Leo cōceſſit: ꝙ oēs dicētes infraſcriptos quinqꝫ pſalmos cum antiphona: verſu: ⁊ orone: eādem indulgentiā habeāt quā habēt dicentes orationes pietatis: ſeu ſancti Gregorij. Aña. In noīe Jeſu. pſ. Jubilate deo oīs terra ⁊c. Exaudiat te dñs. Saluum me fac dñe qm̄ defecit ſanctus. Vſqꝫquo domine obliuiſceris me ⁊c. Sepe expugnauerunt me. Aña. In nomine Jeſu omne genufletatur celeſtiū: terreſtrium: ⁊ infernorū: ⁊ omnis lingua confiteatur quia dñs no-

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſter Jeſus Chriſtus in gloria dei eſt patris. ℣. Sit nomen dñi benedictum in ſe-
cula. ℟. Ante ſolẽ permanet nomen eius. Oro. Omnipotens ſempiterne deus
dirige act⁹ noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui: mereamur bo-
nis operibus abundare. Per eũdem xp̄m dñm noſtrũ. o. ffo. 92. conce. 270.

¶ IDEM Leo conceſſit fratribus mi. obſer. vt indulgentie corã imagine pieta- 7
tis a ſancto Gregorio conceſſe: poſſint etiam pro animabus defunctorum lucra- Pro defun
ri. o. ffo. 92. conceſſione. 383. ctis.

¶ Ampliatio huius conceſſionis ponitur immediate infra. Collector.

¶ IDEM Leo conceſſit: vt indulgentias a ſanctitate ſua cõceſſas ꝓ viuis. ſ. de 8
corona dñi: ⁊ beate Marie virginis: ac de orationibus ſancti Gregorij ad pieta- Pro defun
tem: ⁊ de pſalmis nominis Jeſu: ⁊ alias ſimiles: etiã ab alijs ſanctitatis ſue pre- ctis.
deceſſoribus datas: poſſint fratres mino. obſeruantie ad animas defunctorũ ex-
tendere: ac ꝓ illarum redemptione ſicut ꝓ viuis lucrari. Et hoc per modũ ſuffra-
gij. o. ffo. 94. conceſſione. 302.

¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ omnes tam fratres ꝗ ſeculares dicẽtes quindecim 9
Pater noſter: ⁊ totidem Aue maria ꝓ exiſtentibus in peccato mortali: in quali- Pro exiſtẽ.
bet vice conſequantur remiſſionem tertie partis ſuorum peccatoꝝ: cum hoc ſit in pctõ mor-
opus maxime charitatis. o. ffo. 94. conce. 300. tali.

¶ IDEM Leo cõceſſit: ꝙ religioſi ordinis mino. qui officiũ diuinũ ſoluerint ꝑ 10
librum: conſequantur remiſſionem dimidie partis peccatorum commiſſorum in Pro officio
illa die qua predictum ſoluerint officium. o. ffo. 94. conce. 298. diuino.

¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ fratres trium ordinum ſancti Franciſci dicentes ſe- 11
mel Pater noſter: ⁊ ter nomen Jeſus. ſemel in die: lucrentur tria millia annoꝝ Pro pr̃ nr̃.
de indulgentia. o.

¶ Huius conceſſionis nõ ponitur hic quotatio: ꝓpter cauſam ſuperi⁹ dictam. Collector.

¶ Ex priuilegijs monachorum ſancti Benedicti.

**Benedictus.** 13. cõceſſit monachis ſancti Benedicti: quadraginta dies 12
indulgentie ꝓ cerimonijs ordinis: ꝓ qualibet die. o. Pro cerimonijs.

**Eugenius.** 4. cõceſſit: ꝙ oẽs ⁊ ſinguli monachi ſupradicti ꝓfeſſi. con- 13
uerſi. ffes ⁊ nouicij cum fuerint debiles. infirmi aut occu- Pro feſto
pati: obtineãt perpetuis tẽporib⁹ quaſcũq; indulgentias: a ſanctitate ſua ⁊ alijs corporis xp̄i
romanis põtificibus: exiſtentibus in diuinis officijs in feſto Corporis chriſti: per
eiuſq; octauas: necnon in ꝓceſſione ac veneratione eiuſdem quomodolibet cõceſ-
ſas: ac ſi preſentes illo tunc ibidem eſſent: et cetera alia in venerationem eiuſdem
dominici corporis peregiſſent. O.

¶ Ex priuilegijs monachorum Cartuſieñ.

**Benedictus.** 13. Cartuſienſib⁹ qui in matutinorũ officio dũ in hymno 14
Te deũ laudamus: ille magne deuotiõis ℣ſus Te ergo Pro. ℣. Te
q̄s tuis famulis ſubueni quos ꝓcioſo ſanguine redemiſti: cãtatur: genibus flexis ẽ q̄ſum⁹ ⁊c.
ſteterit: tres quadragenas de penitentijs iniunctis relaxauit. O.

¶ IDEM Bñdict⁹ Cartuſienſibus: quotieſcũq; i ꝑfatiõe miſſe: hec verba vꝫ 15
gr̃as agam⁹ dño deo nr̃o: audiẽtes genuflexerit: ⁊ p̄ſbyteri ſic celebrãtes: caput Pro. ℣. gra
reuerẽter inclinauerint: cẽtũ dies de iniunctis eis penitẽtijs relaxauit. O. tias agam⁹

¶ Ex priuilegijs fratrum ſancti Hieronimi.

**Martinus.** 5. cõceſſit: ꝙ ffes ordis ſancti Hieronimi ꝓ qualibet horaꝝ: 16
vꝫ Matutino. Prima. Tertia. Sexta. Nona. Miſſa. Veſ- Pro ſingulis

UVA. BHSC. IyR_230_1

# Indulgentie ſtationũm q̃uo ad fratres.

horis cano- peris et Cõpletorio cũ eas dixerint i choro cũ alijs: lucrẽtur cẽtũ dies indulgẽtie.o.
nicis.
17 ¶ IDEM Martinus conceſſit: q̃ ffes clerici vel laci ordinis ſancti Hieroni-
Miſſa. mi dum in eccleſia vel in capellis eccleſie contiguis interfuerint miſſis ⁊ horis di-
Hora cano- uinis: vel ſteterint intra monaſteria de mãdato prioris vel vicarij: in prioris abſen-
nica. tia: lucrentur ⁊ obtineant omnes ⁊ ſingulas gratias ⁊ indulgẽtias cõceſſas fra-
tribus clericis qui hmõi miſſis ⁊ horis interfuerint.o.
18 ¶ IDEM Martinus conceſſit: q̃ fratres occupati per obedientiam in mona
Pro feſto ſterio vel extra: ita q̃ non poſſint intereſſe horis: gaudeant indulgentijs conceſ-
corporis xpi ſis intereſſentibus miſſis ⁊ horis in feſto Corporis chriſti ⁊ in octauis eius:
vt continentur in Clementina Si dominum. de reli. ⁊ vene. ſanctorum: et in
alijs bullis apoſtolicis.o.
19
Nota. **Eugenius.** 4. conceſſit: q̃ prior ⁊ ffes pfati eccliam ſuã viſitantes: in dulgentijs gaudeãt: licet manus nõ porrigãt adiutrices.o.

# Indulgentie ſtationum quo ad fratres.

1
Pro fribus **Pius** 2. conceſſit fratribus mi. regularis obſer. vt ipſi certas ca-
mino. obſer. pellas: ⁊ loca deuota in ſuis eccleſijs: et oratorijs conten
ta viſitando: illas ⁊ eaſdẽ indulgentias promereri valeant: quas
perſonaliter viſitando eccleſias: oratoria: capellas: ⁊ altaria in al-
ma vrbe conſiſtentia (etiã in diebus ſtationũ) promereri poſſent.
Pro monia Et hanc eandẽ conceſſionem extendit ad moniales ſancte Clare in obediẽtia re-
lib⁹. s. clare. gulari viuentes ſub obedientia generalis obſeruantie fratrũ minorũ. Ita tñ: q̃
ſeptem pſalmos penitentiales cũ Letania dicant: viſitando loca predicta per pre
latos deputanda: ſeu deputata.o. fo. 52. Et ffo. 66. conce. 93.
Collector. ¶ Vide ſuper hoc latiorem conceſſionem infra. §. 7. et. 11. ac. 15.
2 ¶ IDEM Pius poſtea confirmauit predictam conceſſionem: declarando: q̃
Pro fribus fratres laici dicere poſſint loco ſeptem pſalmorum Pater noſter: ſcdm diſcretio
laicis. nem ſuorum prelatorũ. ¶ Et circa hoc fuit determinatum per generalem qui tunc
temporis erat: q̃ quilibet frater laicus pro hmõi indulgentijs dicat viginti Pa-
ter noſter: ⁊ totidem Aue maria.o. ffo. 66. conce. 93.
3 **Sixtus.** 4 conceſſit fratribus mino. obſer. ⁊ monialibus ſancte Clare: atq̃
Pro fribus tertiarijs vtriuſq̃ ſexus: ⁊ ſeruitoribus fratrũ: ⁊ ſeruitricibus mo-
mi. ⁊ mo. s. nialium ⁊ ſororũ in eccl'ia exteriori: vel vbi queſtuando ſteterint: indulgentiã ſan-
Clare. ⁊ ter- cte Marie de angelis: atq̃ oẽs alias indulgentias generales: tam plenarias: q̃
tiarijs. non plenarias alme vrbis: dicendo quinq̃ Pater noſter. cũ totidẽ Aue maria in
ſuis eccl'ijs: ac ſi viſitarent loca perſonaliter vbi ſunt iſte indulgentie diebus ſuis.
o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 136. Et ffo. 67. conce. 123. Et fffo. 96. conce. 333.
Collector. ¶ Vide ampliationem huius conceſſionis infra. §. 7. et. 11. ac. 15.
4 ¶ IDEM Sixtus conceſſit iterum: q̃ omnes indulgentias ſtationũ Rome ⁊
Pro monia portiuncule conceſſas fratribus in locis ſuis: habeant moniales: ſiue ſorores in
lib⁹. s. clare ⁊ earum eccleſijs ab intra: eo modo ⁊ forma quo fratres: videlicet cũ quinq̃ Pa-
ſeruitricibus ter noſter: ⁊ totidem Aue maria: cũ Gloria patri. Et q̃ earũ ſeruitrices in eccl'ia
earum. exteriori: ſimiliter habeant eaſdem indulgentias.o. ffo. 67. conceſſione. 114. Et fffo.
96. conceſſione. 327.
5 ¶ IDEM Sixtus conceſſit: q̃ confeſſores monialium: ⁊ ſocij eorum: habeant
Pro fribus omnes indulgentias vbi adeſſe eos contigerit: quas habent in eccleſijs ſuis. Et

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſimiliter fratres: maxime predicatores: ⁊ ſocij eorum.o.ffo.67.conce.122.Et ffo. extra cōuēt⁹
96.conceſſione.332.et.333.

¶IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ omnes fratres exeuntes: ⁊ ſeruitrices monialiū 6
pro queſtu euntes: habeant omnes indulgentias: quas lucrari poterāt modo ſu- Pro fr̄ibus
pradicto in eccleſijs vbi adeſſe contigerit: ſicut in eccleſijs ſuis.o.fo.64.Et ffo. itine.⁊ ſerui-
68.conce.139.Et f.fo.96.conce.333. tri.mo.

¶IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ omnes indulgentie plenarie: ⁊ non plenarie que 7
ſunt Rome in ſingulis eccleſijs: quocūqȝ tempore ⁊ die: eodem tēpore et die ſint Stationes ⁊
in eccleſijs fratrum mino.pro ipſis tantum. Et dixit: ꝙ per nullam aliam bullam indul. ple ꝓ
factam: vel fiendam: intendit ſua ſanctitas tali indulgentie derogare: que nō pre- fratrib⁹ mi.
iudicat cruciate.o.fffo.67.conceſſione.351.

¶Notandum eſt hic tā pro iſta conceſſione q̄ꝫ ꝓ ceteris alijs: ꝙ (cū par in parē Collector.
non habeat imperiū) nō eſt dubitandum quin ſucceſſor ſi voluerit poſſit a prede Nota.
ceſſore conceſſa derogare: ac ſimiliter ⁊ idē pontifex ea q̄ ipſe conceſſit: ſi mutaue
rit intentionē. Ac ꝓpterea: non obſtantib⁹ quibuſcūqȝ clauſulis: etiā ſi dicatur in
prima bulla: ſeu cōceſſione: ꝙ niſi de verbo ad verbū fiat de illa mētio nō poſſit re
uocari: vel alie inſolite clauſule ponātur: reuocabitur per ſequētem: ſi ponātur iſte
clauſule. Non obſtātibus quibuſcūqȝ priuilegijs: etiā ſi de illis deberet fieri men-
tio de verbo ad verbū: vel alie ſimiles. Nā licet ſuper hoc fuerit aliq̄ altercatio in
ter iuriſtas: tñ ſtilus curie hoc decidit: q2 ſic habet in pratica ⁊ cōſuetudine: q̄ eſt
optima legū interpres. Et ita determinauit Felinus in caplo Nōnulli: de reſcri-
ptis: dicens: ꝙ ſtilus curie preualet: preſertim q2 maior pars doctoꝝ hoc tenet.
Et ideo nō decipiantur fratres credēdo: ꝙ ſua priuilegia ſint irreuocabilia.

¶IDEM Sixtus cōceſſit: ꝙ moniales.s. Clare q̄ dicūtur collectanee.i. prime
regule eiuſdē ſancte: ⁊ earū nouicie poſſint ꝓ mereri oēs indulgētias alme vrbis 8
viſitando ſuas eccl̄ias.o.ffo.261.conce.678. pro nouicijs.

¶Aduertendū: ꝙ cū nos nō habeamus alicubi expreſſe: ꝙ nouicij poſſint ꝓme- Collector.
reri indulgētias alme vrbis: ex iſta cōceſſione poterimus adiuuare illos.

INNOCENTIUS. 8.cōceſſit: ꝙ fratres minores predicatores: ⁊ alij qui per 9
obedientiam reperiuntur extra conuētus ⁊ loca: poſſint Pro fr̄ibus
promereri indulgentias ſtationum: ⁊ alias eiſdem fratribus conceſſas in ſuis ec itinerātibus.
cleſijs: dicendo quinquies Pater noſter: ⁊ Aue maria in quacūqȝ eccleſia ⁊ lo-
co ea dixerint pro intentione ⁊ propoſito illius indulgentie: prout illi qui in pre-
dictis ſuis locis dicunt. Ac etiam infirmi in ſuis infirmarijs ⁊ cellis: ⁊ etiam in
lectulis: quando commode aliter dicere non poſſunt.o.fo.65.Et ffo.69.cōceſſiōe Pro infir-
160.Et fffo.100.conceſſione.390. mis.

IULIUS. 2.conceſſit fratribus ordinis minimorū: qui ſingulis quadrageſi 10
me: ⁊ alijs cuiuſlibet anni tēporibus ſtationū aliquā ſui ordinis Ex priuile.
eccleſiam: vel aliā in qua eos ꝓ tempore cū obedientie merito fore contingeret vi fr̄z minimo
ſitauerint: ⁊ inibi ante illius altare manus quinquies orationē dñicā: ⁊ toties ſa- rum.
lutationem angelicā deuote recitauerint: vt oēs ⁊ ſingulas indulgētias cōſequā-
tur quas temporibus hmōi conſequuntur viſitantes eccleſias ſtationum vrbis:
⁊ alias extra ipſius muros ꝓ ſtationibus deputatas: quaſqȝ fratres ipſi conſeq̄-
rentur ⁊ conſequi poſſent ſi eccleſias ſtationum huiuſmodi: eiſdem temporibus
perſonaliter viſitarēt. B.fffo.6.conce.17.

¶Iſta cōceſſio eſt ſolū ꝓ ſtatiōib⁹: ⁊ nō ꝓ alijs indulgentijs Rome. Collector.

11 Pro monialib⁹.s.clare. **Leo.** 10.conceſſit per quodã breue monialibus ſancte Clare ſub cura fratrũ mino.obſer.viuentibus: ac etiã eiſdez fratrib⁹ indulgẽtias ſancte Marie de angelis: ſiue portiuncule in aſſiſio ſecunda die Auguſti: ⁊ de quinqȝ Pater noſter cũ gloria patri coram ſacramẽto altaris recitanda: ⁊ de pſ penitentialibus pro ſtationibus vrbis conſequendis: ꝓut dictis fratribus antea erant cõceſſe. B.ffo.42.conceſſione.131.

Collector. ¶ Uide circa hoc infra.§.15.latiorem conceſſionem eiuſdem Leonis.

12 Pro monialib⁹ dñe nr̃e. ¶ IDEM Leo conceſſit ancillis: ⁊ ſororibus ordinis beate Marie ſub cura ⁊ regimine fratrum minorum de gentibus: indulgentias ſancte Marie de angelis: ⁊ ſtationum vrbis Rome: prout ante conceſſerat monialibus ſancte Clare: vt ſupra poſitum eſt. B.ffo.42.conceſſione.134.

13 ¶ IDEM Leo cõceſſit: ꝙ fratres mi.obſer.poſſint quocũqȝ tempore diei vel noctis: dicendo orõnes vel pſ.ꝓut ipſis conceſſum eſt: conſequi indulgentias ⁊ ſtationes Rome: in domibus ꝓprijs. O.ffo.61.conce.193.

14 ¶ IDEM Leo fecit conceſſionem magnam ꝓ liberatione aĩarũ purgatorij tribus diebus anni: ꝓut habetur ſupra in dictione Indulgentie plenarie.§.14.

15 Pro frĩbus mino.⁊c. Statiões ac Indulgẽtie plenarie. ¶ IDEM Leo cõceſſit omnibus fratribus mi.regul.obſeruan. ac monialibus ſancte Clare: ⁊ tertij ordinis: ꝙ dicendo quinquies Pater noſter cum Aue maria: ⁊ in fine cuiuſlibet Gloria patri: ⁊ pro ſanctitate ſua vnum Pater noſter cũ Aue maria: ſimiliter cũ Gloria patri: lucrentur ſtationes: indulgẽtias: ⁊ remiſſiones: tam vrbis: ꝗ etiam portiuncule: ſiue Hieruſalem: ac ſancti Jacobi in cõpoſtella. Et ꝙ quãcũqȝ hora diei: vel noctis: et quocũqȝ loco dicant, ſ. choro: eccleſia: clauſtro: oratorio: ac cella: lucrentur illas. O.ffo.50.conce.180.

Nota.

Collector. ¶ Hec conceſſio eſt melior: ⁊ latior reliquis omnibus precedentibus in hac materia: ſi tñ in ipa expecificatio facta eſſet de indulgentijs plenarijs. ¶ De oibus tñ intelligi debet: q͡ꝛ petens (ꝓut ab ipomet ego accepi) de oibus habuit intentionem. In huiuſmodi autem: ſemper voluntas concedentis: intelligitur conformari intentioni petentis.

16 **Clemens.** 7.confirmauit omnes indulgentias: ⁊ remiſſiones peccatoꝝ contentas: et annotatas in libris impreſſis priuilegioꝝ fratrũ mino. illaſqȝ etiam de nouo conceſſit.o.

Collector. ¶ Prefata conceſſio facta eſt anno dñi.1527. Idcirco intelligenda eſt de contentis in libris vſqȝ ad illud tempus impreſſis.ſ. Monumenta ordinis. Supplemẽtum: ⁊ Cõpendium. Nec debet intelligi additis nunc in hmõi libello: q͡ꝛ de preteritis: ⁊ non de futuris loquitur ſupraſcripta conceſſio.

¶ Ex priuilegijs monachorum Cartuſieñ.

17 De pſ. Miſerere mei deus. **Sixtus.** 4.conceſſit Cartuſienſibus: vt viſitando maius ⁊ alia altaria conſiſtentia in ambitu eccleſie domus in qua eos ꝓ tẽpore degere cõtigerit: ⁊ ante quodlibet altare earũdem genibus flexis pſ. illũ penitentialẽ qui incipit: Miſerere mei deus: ſeu ſi illiterati forent: ſeptem dñicas orõnes: cum totidem angelicis ſalutationibus: deuote dicendo: vere penitentes ⁊ confeſſi: eaſdem prorſus indulgentias ⁊ peccatorum remiſſiones: etiam plenarias conſequantur quas conſequerentur cum vel ſine adiutricum manuũ porrectione: ex apoſtolica vel alia conceſſione: q̃ hactenus vel ꝓ tempore tũc iam emanaſſent: ſi ea die qua id fecerint Baſilicas vel aliam ſeu alias eccleſiã vel eccleſias conſiſtentes in vrbe aut alia ciuitate, terra, caſtro, villa: ſeu alio loco dioceſis in qua domus ipa cuius

Nota.

UVA. BHSC. IyR_230_1

eccleſie altaria ſic per eos viſitata forent: exiſterent: viſitarent: in oībus ⁊ per oīa:
perinde ac ſi ipſi fratres ſic dicta altaria viſitantes: baſilicas ſeu eccleſias predi
ctas vrbis. ciuitatis. terre vel caſtri. loci. vel dioceſis in qua domus ipa cuius ec-
cleſie altaria ꝓ tempore fuerint per eos viſitata conſiſtit: perſonaliter viſitaſſent: ⁊
omnia illa feciſſent que ad conſecutionem indulgentiarum huiuſmodi forēt quo
modolibet oportuna. B.

¶ IDEM Sixtus conceſſit poſtea: ꝙ prefati Cartuſienſes litterati: dicentes ⁊ 18
deuote recitantes ſeptem pſ. penitentiales: illiterati vero viginti quinqꝫ orones De ſeptē pſ.
dn̄icas: totidemqꝫ ſalutationes angelicas in oratorijs cellarum vel locorū in qui- ꝑnialibus.
bus ex ordine perſoluunt officiū diuinum: conſequantur illaſmet indulgentias q̄
in ſuprascriptis litteris exprimuntur: ⁊ quas cōſecuti fuiſſent ſi illa altaria: vt pre
mittitur: viſitaſſent: ⁊ pſ. Miſerere mei deus: ſeptēqꝫ orationes dn̄icas corā ipis
altaribus dixiſſent. B.

Alexander. 6. conceſſit predictis Cartuſienſibus infirmis ⁊ debilib⁹: 19
prefatos ſeptē pſ. cum ſocio dicentibus: vel ipis infirmi- Pro iſirmis
tate impeditis: aliquē ex confratribus illos dicentem audientibus: necnon priori ⁊ itinerātib⁹
bus ⁊ ꝓcuratoribus dicti ordinis ꝓ tēpore exiſtentibus. itinerantibus. pſ. hmōi
cum vno ſocio ſimiliter dicentibus: vt eas indulgentias in omnibus ⁊ per oīa
cōſequātur quas cōſequerētur ſi cōtēta in ſupradictis lr̄is plene adimplerēt. B.

CIrca ſtationes eſt notādum: ꝙ ſicut dicit ſanctus Thomas in. 4. diſtin. 20. Collector.
et Cardinalis de turre cremata i. c. Mēſurā. de penitētijs. di. ꝓma: illas inſti Nota.
tuit beatus Gregorius: ⁊ in qualibet die ſtationis: ſeptem annos remiſſionis cō-
ceſſit. Atn̄ in multis tabulis ⁊ ſummarijs ampliores remiſſiones reperiuntur:
prout hic ſequuntur.

¶ NOTANDUM eſt: ꝙ (ſm aliquos) Rome eſt cotidie ad min⁹ in tribus Epilog⁹ mul
locis (vbi mulieres non ingrediuntur) remiſſio plenaria omnium peccatorū. Et tarū indulgē
in octo locis ad min⁹: remiſſio tertie partis. Et in vno loco remiſſio quarte. Et in tiarum.
alio ſeptime. Et in diuerſis eccleſijs ⁊ locis ipſi⁹ vrbis: indulgētie quaſi innume-
rabiles. Et ſm aliquos ſunt in ſumma quadringenta millia annorū: ⁊ mille qua-
dringente quadragene indulgentiarum. ¶ Item ſunt alie multe ⁊ magne indulgē
tie in diuerſis locis ⁊ eccleſijs cotidie: ⁊ in dedicationibus altarium ⁊ eccleſiarū:
⁊ in diuerſis temporibus: ⁊ locis: ⁊ feſtiuitatibus ſanctorum augentur indulgē-
tie. Et duplicantur omnes in quadrageſima. ¶ Ultra predictas indulgentias: ad
dite ſunt nonnulle alie de nouo a Sixto. 4. ⁊ ab alijs: maxime in eccleſijs ab eo-
dem factis: ſeu reedificatis: preſertim in ſancta Maria de pace: ⁊ in ſancta Ma-
ria de populo in feſtis beate virginis: ⁊ ſabbatis quadrageſime: ⁊ a ſabbato de
paſſione vſqꝫ ad octauas paſche: vbi eſt maximus concurſus populi Romani.
¶ Has autem omnes indulgentias (vt premittitur) poſſunt cotidie lucrari fra-
tres ⁊ ſorores: ⁊ alij ſupra expreſſi: viſitando eccleſias in quibus morantur: ⁊ di-
cendo quinquies Pater noſter: ⁊ Aue maria: vt ſupra. Uel viſitando ſeptem lo-
ca deputata ſpecialiter in memoriam ſeptem principalium eccleſiarū vrbis Ro-
me: ⁊ dicendo ſeptem pſalmos penitentiales cum letania. Et laici dicendo certū
numerum Pater noſter ſibi a ſuperioribus pretaxatum. Qui quidē modus ad
huc ſeruatur a multis laudabiliter: ne tanta gratia faciliter cōtēnatur. Atn̄ per illū
non lucrantur indulgentie Hieruſalem ⁊ ſancti Jacobi: niſi dicantur. 6. Pater
noſter ⁊ Aue maria. ꝓut hr̄ ſupra. §. 15.



UVA. BHSC. IyR_230_1

Collector. ¶ ADVERTENDVM eſt etiam: ac valde memorie cōmēdandū (ne quis
de cetero decipiatur ſicut hucuſqȝ multi decepti ſunt) ꝙ indulgentie plenarie ſu-
Nota. perius annotate: nec alique alie ꝗ per anni circulū in eccleſijs vrbis Rome habē
tur: non conceduntur accipientibus bullas cruciate: vel fabrice ſancti Petri: aut
habentibus alias conceſſiones: vel cōfeſſionalia. Quia (prout apparet in bullis
originalibus hmōi cruciate ⁊c̄) ibi ſolū conceduntur ſtationes: ⁊ indulgentie ꝓ-
pter ſtationes conceſſe. Et ſi forte aliqñ ibi abſolute concederentur indulgentie ec
cleſiarum vrbis: tñ ex quo nunꝗ̄ expreſſe fit ibidem mentio de indulgentijs plena
rijs (quod tamen ſcd̄m ſtylū curie Romane: et regulā expreſſam cancellarie apo
ſtolice: neceſſario requiritur ad hoc vt tales indulgentie intelligantur cōceſſe: ꝓut
aperitiſſimis curialibus aſſeritur) ideo virtute hmōi bullaꝝ: nequeunt lucrari: niſi
ad plus ſtationes ⁊ indulgentie non plenarie. Immo credo: ꝙ non amplius ꝗ̄
ſeptem anni: prout beatus Gregorius conceſſit: ſicut ſupradictum eſt. Nec multo
minus indulgentie liberationis animarū a purgatorio: niſi ſpecificentur in bul-
lis predictis. Que tñ ſpecificatio nunꝗ̄ reperitur facta. Sed queſtores: ſeu com
miſſarij) lucri cauſa vel ex ignorantia) ponūt tales indulgentias in ſummarijs:
quos ipſi ꝓ libito ſuo cōponūt: ſubducēdo ex ſummarijs ordinis noſtri minoꝝ:
quibus vt ſupradictū eſt: expreſſe omnes indulgentie: etiā plenarie conceſſe ſunt.
Propter quod ſuperfluū: et perinde ꝓhibitū eſt nobis ſtrictiſſime: tales bullas
accipere: niſi cū magnis modificationibus: que vix ſimul concurrent: vt habetur.
ffo. 60. conce. 178. et ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 21.
et. 22. Et in dictione Cruciata. §. 3.

Collector. ¶ NOTANDVM eſt inſuper: ꝙ vltra predictas indulgentias: directe ac pre
ciſe conceſſas perſonis fratrū mino. ⁊ monialiū ſancte Clare ⁊c̄. poſſunt etiam
ijdem fratres: ⁊ moniales gaudere indulgentijs conceſſis generaliter viſitantibꝰ
ſuas eccleſias: vel monaſteria in certis feſtiuitatibus: ⁊ alijs diebus anni: viſitan-
Nota. do ſimiliter ſuas eccleſias: vel capellas cū intentione lucrandi hmōi indulgētias:
aut remiſſiones peccatoꝝ. Et hoc etiā ſi in conceſſionibus talium indulgentiarū
ſit additū: ꝙ eas lucrentur porrigentes manus adiutrices. Nā tunc dicēdo quin
qȝ Pater noſter: ⁊ totidem Aue maria ꝓ felici ſtatu ſancte eccleſie: poterūt illas
abſqȝ dubio lucrari: etiā ſi eſſent in alijs eccleſijs cōceſſe. Et hoc virtute cuiuſdā cō
ceſſionis Leonis decimi ſupra poſite in dictione Indulgentie nō plenarie quo ad
fratres in. §. 5. et ſupra. §. 17.

CIrca prefata tñ dicit Felinus in quodā ſermone quē fecit de hac materia:
et incipit. Hodie mecū eris in paradiſo. Quid autem de clericis cōmoran
Queſtio. tibus in loco vbi conceditur indulgentia: ⁊ diuina officia celebrantibus: Reſpō
det Nicolaus de lira in ſuis quotlibetis: ꝙ ſi cōceditur indulgentia venientibus
Reſpōſio. et benefacientibus illi loco: ⁊ aliud non dr̄: non participant ipſi de indulgentia: qꝛ
non videtur intentio dantis dirigi ad hoc: ſed vt alliciat ad deuotionez illius loci:
et ſubueniatur adminiſtrantibus: vt poſſint ſeruire eccleſie. Qd̄ nota: dicit predi
ctus Felinus: qꝛ non inueni ab alio tactū. ¶ Sed lȝ ita ſit reſpectu alioꝝ: nō tñ re-
ſpectu fratrū mi. ꝓpter ſupradicta. §. 17. et in dictiōe Indul. nō ple. ꝗ ad fres. §. 5.
Collector. ¶ Pro validitate: ⁊ firmitate ſupradictarum indulgentiarum: notanda eſt ſe-
quens conceſſio.

LEO. 10. conceſſit ⁊ declarauit: ꝙ virtute bullarum cruciate cōtra infideles:
aut aliarū indulgentiarum generalium quaſcunqȝ reuocationes: vel

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſuſpenſiones priuilegiorũ ordinum: etiam mendicantium continentes: nunq̃ intel-ligantur reuocata: nec ſuſpenſa indulta: priuilegia: et gratie conceſſe quo ad per-ſonas fratrum minorum obſer. ⁊ quo ad ſuſpendendum interdictum in feſtiuita-tibus ſanctorum ſui ordinis: niſi de ipſis ſpecifice: ac nominatim mentionẽ face-rent. O. ffo. 59. conceſſione. 177.

¶ Aduertendũ tñ eſt circa hec: q̃ non ꝓpterea debet credi non poſſe reuocari pre-fatas indulgentias: ⁊ alia priuilegia fratribus conceſſa. Circa quod vide que ſu-pra poſui in hac dictione Indulgentie ſtationum quo ad fratres: in fine cuiuſdã conceſſionis Sixti poſt. §. 7. Et ſimiliter vide infra poſita in dictione Priuilegia: in fine conceſſionum. — Collector.

## Indulgentie quo ad ſeculares: Primo.

¶ Diſtinctio indulgentiarum quo ad ſeculares. — Collector.

**Quia indulgentie** que cõtinẽtur in priuilegijs fratrũ mino. quib⁹ poſſunt gaudere perſone ſeculares: ſunt diuerſe: ac reſpectu diuerſorũ operũ que ad illas ꝓmerendas oportet hmõi ſeculares fa-cere: ideo vt melius agnoſci valeant: ſub ſequenti ordine diſtinguũtur. ¶ Primo namq̃ ponũtur indulgentie conceſſe viſitãtibus eccleſias fratrũ minorũ in pre-cipuis feſtiuitatib⁹ anni. Secũdo apponũtur q̃ ꝓ tpe quadrageſimali cõceſſe ſũt. ¶ Tertio alie q̃ pro reliquis diebus anni conceſſe reperiuntur. ¶ Quarto ſequun-tur indulgentie conceſſe facientibus predictis fratribus aliqua opera pietatis. ¶ Quinto adduntur nonnulle remiſſiones peccatorum quas concedere poſ-ſunt fratres predicantes. ¶ Sexto ſuperadduntur multe alie indulgentie conceſſe ſecularibus ratione habitus predictorũ fratrũ. ¶ Septimo annectuntur nõnulle alie in fauorem conceptionis beate virginis date. ¶ Octauo ſubſequuntur alie in dulgentie: ab eiſdem fratribus ꝓ ſecularibus obtente.

Diſtinctio in dulgẽtiarum quo ad ſeculares. 1.

## ¶ Indulgentie pro viſitantibus eccleſias fra-trum minorum in precipuis feſtiuitatibus: Primo.

**Gregorius.** 9. conceſſit oĩbus viſitantibus eccleſias fratrũ minorũ in feſtiuitatibus principalibus dñi no ſtri: ac in feſtiuitatibus: ⁊ cõmemorationibus dñe noſtre: ac Joan nis baptiſte: et oĩm ſanctorũ: ac ſancti Franciſci: et beati Antonij: et beate Heliſabeth: centũ annos: et totidem quadragenas indul gentie. b. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 73. Et ffo. 107. conce. 426. — 1 Pro feſtis dñi nr̃i: ac dñe nr̃e: et alijs.

¶ IDEM Gregorius conceſſit omnibus viſitantibus eccleſiam montis aluer-ne in die ſtigmatum beati Franciſci remiſſionem medietatis omniũ delictorum. Viſitantibus autem alias eccleſias ordinis eadem die: dedit de indulgentia an-nos triginta. b. ffo. 260. conce. 647. — 2 Pro die ſtig matum.

**Innocentius.** 4. al's. 6. conceſſit viſitantibus eccleſias fratrũ minorũ in feſtiuitatibus dñi noſtri Jeſu chriſti: et beate Marie virginis: ac beatorum Joannis baptiſte: apoſtolorum Petri et Pauli: necnon ſancti Franciſci: ⁊ aliorum ſanctorum ordinis predicti: Indulgentiam quadra-ginta annorum. b. ffo. 261. conce. 669. Et ffo. 109. conce. 453. — 3 Pro feſtis precipuis.

**Alexander.** 4. conceſſit omnibus viſitantibus eccleſias noſtras in feſtiuitatibus: ⁊ tranſlationibus beatorum Franciſci — 4 Pro feſtis ordinis.



UVA. BHSC. IyR_230_1

et Antonij: ⁊ Clare de indulgẽtia annos quinquaginta.b. ffo. 260. conce. 652.
Vel prout habetur in ſupplemento: ſunt anni quadraginta. fffo.108. con. 429.

5 Pro feſtis precipuis. **Clemẽs.** 4. conceſſit viſitantibus eccleſias fratrum mi. in feſtiuitatibus dñi noſtri Jeſu chriſti: ⁊ beate Marie virginis: ⁊ apoſtoloꝝ: ac beati Joannis baptiſte: ⁊ beati franciſci: ⁊ ſanctorum noſtri ordinis: indulgẽtiam. 46. annorum. b. ffo. 260. conce. 658.

6 Pro dedicationibus. ¶ IDEM Clemens conceſſit viſitantibus eccleſias fratrum minorum in dedicationibus earum: ⁊ per octo dies ſequentes: ⁊ in feſtiuitatibus beate Marie: ac ſanctorum franciſci: ⁊ Antonij: ⁊ Clare: ac aliorum ſanctorũ quibus altaria maiora dedicata ſunt: indulgentiam centum dierũ. b. fffo.108. conce. 449.

7 Pro feſtis precipuis. **Gregorius.** 10. conceſſit omnibus viſitantibus ecclñas fratrũ mino. in feſtiuitatibus dñi noſtri Jeſu chriſti: ⁊ beate Marie virginis: ⁊ apoſtolorum: ac beati Joannis baptiſte: ⁊ ſancti franciſci: ac ſanctorum ordinis noſtri: indulgentiam annorũ quadraginta. b. ffo. 260. conceſſione. 659. Et fffo. 109. conceſſione. 457.

8 **Nicolaus.** 3. conceſſit omnibus viſitantibus eccleſias fratrum minorũ in feſtiuitatibus ſuprаſcriptis immediate: indulgentiam annorum quadraginta. b. ffo. 260. conce. 660.

9 Pro feſtis precipuis. **Martinus.** 5. conceſſit omnibus viſitantibus eccleſias fratrum minorũ in feſtiuitatibus natiuitatis dñi: Circunciſionis: Epiphanie: Purificationis: Annunciationis beate Marie: ac Reſurrectionis: Aſcẽſionis: Penthecoſtes: beati Joannis baptiſte: apoſtolorum Petri ⁊ Pauli: Aſſumptionis virginis Marie: Natiuitatis eiuſdem: ac omnium ſanctorum: ⁊ beatoꝝ franciſci: Antonij: Clare Heliſabeth: necnon in tranſlationibus eorũdem: indulgentiam annorum quinquaginta: ⁊ duodecim quadragenarum. b. ffo. 260. cõce. 662. Et fffo. 108. conce. 433.

10 Pro feſtis angelorum. **Nicolaus.** 4. cõfirmauit ordini fratrũ minorum omnes indulgẽtias datas a ſuis predeceſſoribus: ⁊ extendit eaſdem indulgentias ad feſtiuitates angelorum: ⁊ illorum ſanctorum in quorũ honorem ſunt edificate eccleſie predictorum fratrum: vel quorum reliquie ibi habentur. b. ffo. 261. conce. 665. Et fffo. 109. conceſſione. 456.

11 Pro feſtis precipuis. ¶ IDEM Nicolaus conceſſit omnibus viſitantibus eccleſias fratrum minorum in feſtiuitatibus dñi noſtri Jeſu chriſti: ⁊ beate Marie virginis: beati Joãnis baptiſte: apoſtolorũ Petri ⁊ Pauli: beati franciſci: ⁊ ſanctorũ ſui ordinis: quadraginta annos indulgentie. b. fffo. 108. conce. 446.

12 Cõfirmatio indulgẽtiaꝝ. **Joannes.** 22. confirmauit indulgentias datas a ſuis predeceſſoribus viſitantibus eccleſias fratrum minorum in feſtiuitatibus beate virginis Marie: ſanctorumq; franciſci: Antonij: Lodouici: Clare: ac in conſecrationibus eccleſiarum: ⁊ altarium: ⁊ vocationibus earũdem: ⁊ per octauas. Iſte autem indulgentie: put prefatus papa epilogauit: ſunt decem anni ⁊ quinquaginta dies. B. fo. 24. Et ffo. 108. cõce. 231. Et. b. fffo. 108. conce. 436.

13 De indulgẽ. portiũcule. **Benedictus** 12. cõfirmauit indulgẽtiã ſctẽ Marie de portiuncula: ſeu de angelis: declarauitq; datã eſſe a xpo viua voce. b. ffo. 261. cõce. 668. Alias hr: q est Benedicti vndecimi. b. fffo. 190. conce. 455.

14 Pro feſtis precipuis. **Urbanus.** 5. conceſſit viſitantibus eccleſias fratrum mino. in feſtiuitatibus dñi noſtri: ac dñe noſtre: ⁊ apoſtolorum: ⁊ beati Joan

UVA. BHSC. IyR_230_1

nis baptiſte:ac beati franciſci:⁊ ſanctorū ſui ordinis:indulgentiam,40,annorū.
b,ffo,261,conce,67 o,Et fffo,109,conce,458.

Sixtus.4.vniuerſis ⁊ ſingulis xp̄i fidelibus vtriuſq; ſexus vere penitenti- 15
bus ⁊ confeſſis:qui eccl'ias:⁊ oratoria domorū fratrū predicatorū Proſcris ordinis p̄dicator:et minō.
et minorum viſitauerint in ſingulis feſtiuitatibus ſanctorum Dominici: ⁊ fran-
ciſci:centum annos et totidem quadragenas de iniunctis penitentijs relaxauit.
Et ſimiliter viſitantibus dictas eccleſias fratrum predicatorum in feſt; ſanctoꝝ
Petri martyris.Thome de aquino:Vincentij.s.Katherine de ſenis: ac viſitā
tibus eccleſias fratrum minorum in feſtis ſanctorum Anthonij de padua:Lodo
uici epiſcopi:Bernardini:Clare:ac Helisabeth:a primis veſperis et per totū diē
ipſarum feſtiuitatum:quinquaginta annos:et totidez quadragenas de iniunctis
penitentijs relaxauit:dum tamen manus porrigant adiutrices.B,ffo.148,cōce.
359.Et,b.fffo.109.conce.463.

¶IDEM Sixtus in bulla que appellatur aurea directa fratribus predicatori- 16
bus ⁊ minoribus:motu proprio ⁊ ex certa ſcientia:quaſcūq; gratias ſpirituales: Cōfirmatio ⁊ noua cōce. oim idulgē.
conceſſiones ⁊ indulgentias:ac peccatorum remiſſiones: in genere vel in ſpecie:
viſitantibus predictorum fratrum domos:⁊ capellas:⁊ oratoria: cōceſſas( qua
rum tenores ac ſi de verbo adverbū inſerti fuiſſent:haberi voluit ꝑ expreſſis )ap
probauit ⁊ robur perpetue firmitatis obtinere decreuit: ⁊ potior pro cautela,de
nouo conceſſit.B.fo.65.Et ffo.148.conce.358.

¶IDEM Sixtus conceſſit omnibus vere penitentibus celebrantibus feſtum 17 Pro.s.Frā
beati franciſci:de indulgentia quinquaginta annos:⁊ totidem quadragenas,b. cuco.
fffo.109.conceſſione.465.

¶Predicta conceſſio fuit extracta ex libro intitulato firmamenta trium ordinuz Collector.
in gallijs copilato ⁊ impreſſo.Aliter tamen habetur in monumentis ordinis vbi
continetur:ꝙ prefatus Sixtus vniuerſis fidelibus vere penitentibus ⁊ cōfeſſis
qui glorioſi confeſſoris franciſci feſtiuitatem deuote celebrauerint annuatim:de-
cem annos ⁊ totidem quadrage.de iniunctis eis penitētijs relaxauit.B.fo,46.
Et ffo.130.conceſſione.291.

Iulius.2.conceſſit viſitantibus eccleſias fratrum mi.in feſto.s.Bonauē 18
ture.indulgētias quas ſui predeceſſores conceſſerant ꝑ feſtiuita Pro.s.Bonauentura.
tibus aliorū ſanctorū dicti ordinis.B.fo.43.Et ffo.127.conce.284.Et hoc idem
conceſſerat antea Sixtus,4.B.fo.51.Et ffo.135,conce.300.

¶IDEM Julius declarauit:ꝙ verba in priuilegijs fratrum mino.contenta.ſ. 19
ꝙ viſitantes ſua loca:⁊ manus porrigentes adiutrices conſequantur indulgen- Eleemoſinas
tias tales: vel tales:referantur etiam ad facientes eleemoſinas de pane ⁊ alijs ꝑ
eorum victu:et veſtitu:ac domorum ſuarum reparatione neceſſarijs,B,fo,39.Et
ffo.126,conceſſione.280.

¶Supraſcripte indulgentie:ac nonnulle alie que ad manus noſtras non peruene Collector.
runt:reperiūtur ſummatim recollecte in monumētis ordinis ſub forma ſequēti.

¶Hec eſt ſumma indulgentiarum ordini fratrum minorum a diuerſis ſummis Epilogatio notabilis.
pontificibus conceſſarum:circa quas nullus dubitare velit obſecro: quia reueren
dus pater frater Joannes de argumanes:prouincialis prouincie.s.Jacobi aſſe
rit ſe vidiſſe in aucenticis litteris veritatem huius rei.Que littere habentur in ar-
chiuo conuentus Salmantini,Et ſequitur.

¶VISITANTES eccleſias fratrum minoruz in feſtiuitatibus dn̄i noſtri Nota.



UVA. BHSC. IyR_230_1

et dñe noſtre: beati Joãnis baptiſte: apoſtolorũ: beati Franciſci: omniũq; ſanctorum dicti ordinis. habent conceſſionẽ qualibet predictarũ feſtiuitatum mille trecentorum quadraginta annorũ: quadringentarumq; quadraginta ⁊ ſex quadrageſimarum: atq; triginta ⁊ vnus diei. ffo. 71. conceſſione. 180.

Collecto. ¶ Aduertendum eſt etiam: ꝙ in alia ſumma extracta ex libro intitulato Firmamenta trium ordinum habetur ſubſequenti modo.

¶ Summa indulgentiarum feſtiuitatum domini noſtri Jeſu chriſti: eiuſq; ſanctiſſime matris: ac etiam patris noſtri Franciſci: et ſanctorum ordinis: aſcendit ad annos quingẽtos quadragita et octo: et dies ducẽtos ſexaginta. ffo. 109. poſt conceſſione. 467.

## ¶ Sequuntur gratie et indulgentie conceſſe viſitãtibus eccleſias aliorum fratrum mẽdicantium in precipuis feſtiuitatibus. Et primo ponuntur conceſſa viſitantibus eccleſias fratrũ ordinis predicatorum.

20 ¶ Sanctiſſimus dominus Honorius papa. 3. conceſſit. 20. annos: et dies. 180. viſitantibus eccleſias predicatorum in anniuerſarijs dedicationis earum. Clemens papa. 3. annos decem: ⁊ dies quadraginta. Bonifacius papa. 8. annos. 20. et dies. 40. Alexander papa. 4. annos. 20: et dies. 180. Benedictus papa. 10. frater de ordine predicatorum: annos. 30. et dies. 120. Joannes papa. 21. annos decem: et dies. 80. Gregoriꝰ papa. 9. annos. 9. et dies. 80. Nicolaus papa. 4. frater minor: annos. 30. et dies. 180. Alexãder papa. 5. frater minor: annos. 18. et dies 80. b. ffo. 110. conceſſione. 481.

Ex priui. frm predicatoꝝ.

Pro dedicatioibꝰ eccl'iaꝝ.

¶ Summa predictarum indulgentiarum eſt annorũ. 169. et dierum. 350.

21 ¶ In natiuitate virginis Marie viſitantibus eccleſias fratrum predicatorum: conceduntur a Clemente. 4. anni. 10. et dies. 40. a Gregorio. 9. anni. 20. et dies. 40. a Bonifacio. 8. anni. 9. et dies. 40. a Nicolao. 4. anni. 30. et dies. 180.

Pro Natiuitate. b. v'gis.

¶ Summa predictarum indulgentiarum eſt annorum. 69. et dierum. 210. b. ffo. 110. conceſſione. 482.

22 ¶ In purificatione beate Marie ſemper virginis: viſitantibus eccleſias predicatorum conceduntur a Clemente. 4. anni decem: et dies. 40. a Gregorio. 9. anni. 20. et dies. 40. a Bonifacio. 8. anni. 9. et dies. 40. a Nicolao. 4. ãni. 30. et dies. 180

Pro Purificatioe beate virginis.

¶ Summa predictarum indulgentiarum eſt annorum. 69. dierum. 210. b. ffo. 110 conceſſione. 483.

23 ¶ In Aſſumptione virginis Marie viſitantibus eccleſias fratrũ predicatoꝝ cõcedũtur a Clemẽte. 4. anni decẽ: et dies. 40. a Gregorio. 9. ãni. 20. et dies quadraginta: a Bonifacio. 8. anni. 9. et dies. 40. a Nicolao. 4. anni. 30. et dies. 180.

Pro Aſſũptione. b. virginis.

¶ Sũma predictarũ indulgẽtiarũ eſt annoꝝ. 69. et dierũ. 209. b. ffo. 110. cõ. 484.

24 ¶ In feſto beati patris Dominici: viſitãtibus eccleſias predicatoꝝ conceduntur a Clemente. 4. anni. 10. et dies. 40. a Gregorio. 9. anni. 20. et dies. 40. a Bonifacio. 8. anni. 9. et dies. 40. a Nicolao. 4. anni. 30. et dies. 180. ab Innocẽtio. 4. anni 9. et dies. 40. ab Alexandro. 4. anni. 20. et dies. 280. a Benedicto. 11. anni. 30. et dies. 120. a Joanne. 21. anni. 10. et dies. 180. ab Alexandro. 5. anni. 18. et dies. 80. a Sixto. 4. fratre minore anni. 100. et totidem quadragene.

Pro feſto ſãcti Dñici.

¶ Summa predictarum indulgentiarum eſt annorum. 256. et dierum. 320. b. ffo. 110. conceſſione. 485.

25. ¶ In feſto ſancti Petri martyris viſitantibus eccleſias fratrum predicatorum

UVA. BHSC. IyR_230_1

conceduntur a Clemente.4.anni decẽ: ⁊ dies.40.a Gregorio.9.anni.20. et dies quadraginta.a Bonifacio.8.anni.9.et dies.40.a Nicolao.4.ãni.30.et dies.180. ab Innocentio.4.anni.9.et dies.40.ab Alexãdro.4.anni.20.et dies.280.a Benedicto.11.anni.30.et dies.120.a Joanne.21.anni decem: et dies.180. ab Alexandro.5.anni.18.et dies.80.a Sixto.4.anni.50.et totidẽ quadragene. Pro feſto ſancti Petri martyris.

¶Sũma predictarũ indulgẽtiarũ eſt annoꝝ.206.et dierũ.320.b.ffo.110. cõ.486.

¶In feſto ſancti Thome de aquino viſitantibus eccleſias predicatorum conceduntur a Joanne.22.anni.21.et dies.80.ab Alexandro.5. anni.18. et dies. 80. ab Urbano.5.anni.100.et dies.220.a Sixto.4.anni.50.et totidem quadrage. 26 Pro feſto ſ.Thome.

¶Summa predictarum indulgentiarum eſt annorum.189.et dierum.215.b.ffo. 110.conce.487.

¶In feſto ſancti Vincentij confeſſoris: viſitantibus eccleſias fratrum predicatorum conceduntur de indulgentia: a Sixto.4.anni.50.et totidem quadragene. b.ffo.111.conceſſione.488. 27 Pro.ſ.Vincentio.

¶In feſto ſancte Katerine de ſenis conceduntur viſitantibus eccleſias predicatorum: a Sixto papa.4.anni.50. et totidem quadragene.b.ffo.111. conceſſione. 489. 28 Pro.ſ.Katerina.

¶Venientibus ad ſolennitatem primarum miſſarum fratrum predicatorũ conceduntur indulgẽtie: ab Honorio.3.dies.100.a Bonifacio.8.dies.100.ab Alexãdro.4.dies.100.a Gregorio.9.dies centum: ab Innocentio.4.dies.100.a Benedicto.11.dies.20.a Clemente.4.dies.100.a Joanne.21. dies.100.a Nicolao.4. dies.100.ab Urbano.5.dies.100.ab Honorio.4.dies.100. 29 Pro miſſis primarijs.

¶Summa predictarum indulgentiarum eſt annorũ trium: et dierũ duoꝝ.b.ffo. 111.conceſſione.490.

## ¶Sequuntur alique alie gratie conceſſe viſitantibus eccleſias fratrũ Auguſtinenſium in precipuis feſtiuitatibus.

**Innocentius.** papa.omnibus vere penitentibus ⁊ confeſſis qui in Natiuitatis: Circunciſionis: Epiphanie: Reſurrectionis: Aſcenſionis: Penthecoſtes: necnon Aſſumptionis: Natiuitatis: Annunciationis: et Purificationis beate Marie: ac natiuitatis Joannis baptiſte: et apoſtolorum Petri et Pauli: et in ſolemnitatibus apoſtolorum et euangeliſtarum: atqꝫ in omnibus feſtiuitatibus ſancti Auguſtini: ac eccleſiarum dedicationibus: et celebritate omnium ſanctorum: et per ipſarũ Natiuitatis: Reſurrectionis: Aſcenſionis: Penthecoſtes: necnon Natiuitatis ⁊ Aſſumptionis beate Marie: ac natiuitatis Joannis baptiſte: ⁊ apoſtolorum Petri et Pauli predictarum feſtiuitatum octauis: eccleſias ordinis eremitarum ſancti Auguſtini deuote viſitauerint annuatim: et ad reparationem et conſeruationem earum manus porrexerint adiutrices: conceſſit in ſingulis predictis feſtiuitatibus: ac ac per earum octauas: mille annos: et totidem quadragenas.b.ffo.124.conceſſione.562. 30 Ex p.mi.auguſtinenſiũ. Pro feſtis precipuis.

**Julius.** 2.viſitantibus eccleſias predictorum fratrum Auguſtinenſium in ſingulis ſancti Auguſtini: ⁊ Nicolai de tolentino: ac ſancte Monice feſtiuitatum diebus: a primis veſperis vſqꝫ ad ſecundas veſperas feſtiuitatum earũdem incluſiue: ac ibi manꝰ adiutrices porrigẽtibus: centũ annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitẽtijs in dño relaxauit.B.ffo.66. conceſſione.208. 31 Pro feſtis. auguſtinenſium.



UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ Sequuntur alie indulgentie conceſſe viſitantibus eccleſias fratrum Carmelitarū in precipuis feſtiuitatibꝰ: put extracte ſunt ex quadā bulla Sixti. 4. q̄ habetur. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et fffo. 111. et ſunt ordinate per feſtiuitates modo ſubſequenti.

31 Ex pui. frm Carmelitaꝝ Pro feſtis dñi noſtri: et ſancte crucis.

¶ Primo. In feſtiuitatibꝰ dñi noſtri Jeſu xpi. ſ. in ſua Natiuitate: Paraſceue: Reſurrectiōe: Pēthecoſtes: ⁊ duobus feſtis ſancte crucis: ⁊ octauis eorū: Leo papa. 4. cōceſſit ſeptē annos et duodecim quadragenas viſitantibꝰ ecclīas frm: et pias eleemoſinas largiētibꝰ. ¶ Adrianꝰ. 2. Stephanꝰ 5. Sergius. 3. Joannes. 10. et Joannes. 11. Sergius. 5. et Innocentius. 4. tertiam partem peccatorum remiſerunt: viſitātibus eccleſias eorūdē in predictis feſtis: ⁊ eorū octauis. ¶ Honorius. 9. viſitantibꝰ eaſdem eccleſias in die Paraſceue: ⁊ in die ſancte Crucis. 40. annos ⁊ totidem quadragenas de iniunctis penitentijs relaxauit. ¶ Clemēs. 3. Alexander. 2. Gregorius. 5. et Gregoriꝰ. 7. in predictis feſtis et quolibet eorum: ſimilem gratiā largiti ſunt. ¶ Honorius. 9. conceſſit viſitantibꝰ dictas eccleſias: ſeu manꝰ adiutrices porrigētibꝰ in die Paraſceues. 40. annos: et totidem quadragenas de iniunctis penitentijs. ¶ Benedictus. 10. omnes predictas indulgentias duplicauit. ¶ Nicolaus. 5. omnia ſupradicta duplicando cōfirmauit: atq; annos. 7. et totidem quadragenas in domino relaxauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et b. fffo. 111. conce. 497.

32 Pro feſtis dñe noſtre.

¶ Secūdo In feſtis beate Marie. ſ. Natiuitatis: Annūciatiōis: Purificatiōis: Aſſūptionis: ⁊ eaꝝ octauis: oēs p̄dictas remiſſiones ijdē pōtifices cōceſſerūt. ¶ Clemēs. 4. vltra p̄dictas īdulgētias cōceſſit. 30. annos ⁊ totidē quadragenas in p̄dictis quattuor feſtiuitatibꝰ dñe noſtre. ¶ Honoriꝰ. 9. conceſſit in dictis feſtiuitatibus viſitantibus ſupradictas eccleſias: vel manus adiutrices porrigentibus. 40. annos ⁊ totidem quadragenas de iniunctis penitentijs. ¶ Joannes. 22. conceſſit ſimiliter in eiſdem quattuor feſtiuitatibꝰ. 40. annos et totidem quadragenas de penitentijs iniunctis. ¶ Urbanus. 5. in feſto Annunciationis virginis Marie: conceſſit. 7. annos et. 12. quadragenas. ¶ Sixtus. 4. conceſſit in predictis quattuor feſtiuitatibus beate Marie a primis veſperis vſq; ad occaſum ſolis diei feſti: viſitantibus dictas eccleſias. 30. annos: et totidē quadragenas quolibet anno. ¶ Item Sixtus extendit predictas indulgentias a ſe conceſſas ad feſta Conceptionis: Preſentationis: et Uiſitationis beate Marie virginis. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et. b. fffo. 111. conce. 498.

33 Pro feſtis precipuis.

¶ Tertio. In feſtiuitatibus omnium ſanctorum: ſancti Michaelis: et Natiuitatis ſancti Joannis baptiſte: Petri ⁊ Pauli: Fabiani et Sebaſtiani: et per octauas eorum: et in ſanctis quorū vocatiōes principales habent in ſuis eccleſijs cōceſſit Leo papa. 4. ſeptem annos et. 12. quadragenas. ¶ Adrianus. 2. Stephanus. 5. Sergius. 3. Joānes. 10. Joannes. 11. Sergius. 5. et Innocentiꝰ. 4. viſitātibus dictas Carmelitarum eccleſias in predictis feſtiuitatibus: tertiam partem peccatorum relaxauerunt. ¶ Clemens. 4. Alexāder. 2. Gregorius. 5. et Gregoriꝰ. 7. in predictis feſtiuitatibus ſimilem gratiam largiti ſunt. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et. b. fffo. 112. conce. 499.

34 Pro feſtis vocationum eccleſiarum.

¶ Quarto. Honorius. 9. in diebus vocationum eccleſiarum predictaꝝ. 40. annos ⁊ totidem quadragenas relaxauit de iniunctis penitentijs. ¶ Benedictus. 10. eiſdem vocationis diebus: Honorij indulgētiā etiam conceſſit: ⁊ duplicauit omnia conceſſa in predictis ſanctorum feſtiuitatibus: octa-

UVA: BHSC. IyR_230_1

nis: et vocabulis eccleſiarum. ¶ Nicolaus. 5. duplicauit etiam conceſſa a ſuis anteceſſoribus in dictis feſtiuitatibus: ⁊ vltra: annos ſeptem ⁊ totidẽ quadragenas relaxauit. ¶ Sixt⁹. 4. conceſſit etiam in diebus vocabulorum viſitantibus dicti ordinis eccleſias. 30. annos: et totidem quadragenas de iniunctis penitentijs. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et ffo. 112. conce. 500.

## ¶ Indulgentie conceſſe viſitantibus eccleſias fratrum minorum tempore quadrageſimali: Secundo.

Lexander. 4. Nicolaus. 3. Innocentius. 4. et Benedictus 11. conceſſerũt a quarta feria cinerum vſq; ad 1
paſcha Reſurrectionis incluſiue: venientibus ad eccleſias fratrũ minorum ſemel in die: cauſa deuotionis: de indulgentia annos. 122 et dies. 576. ¶ Venientibus autem quando ibidem predicatur feria. 2. et. 4. et. 6. additur indulgentia annorum. 6. et dierum. 26. Et ſic aſcendit cum prima ad annos. 138. ac dies. 202. Habetur. b. ffo. 108. cõce. 439. Predicatio

Urbanus. 4. conceſſit omnibus viſitantibus eccleſias fratrum minoꝝ in quadrageſima indulgentiã quadraginta annorum. b. ffo. 260. conceſſione. 657. 2

¶ In ſumma ſuperius allegata: reperiuntur ſequentia. Collector.

¶ Uiſitanti eccleſias fratrum minorũ qualibet die quadrageſime: conceſſi ſunt quattuor anni: et. 236. dies indulgentie. ffo. 71. conceſſione. 181. 3

¶ In alia ſumma extracta de libro intitulato Firmamenta trium ordinum: habetur modo ſequenti. Collector.

¶ Summa indulgentiarum cõceſſarum viſitantibus eccleſias fratrum mino. in diebus quadrageſime: eſt triũ milliũ et octingentorũ: ac quinquaginta ſeptẽ annorum: et ducentorũ: ac ſeptẽ dierũ. ffo. 109. poſt conce. 467. Nota.

## ¶ Sequuntur Indulgentie: que reperiuntur conceſſe viſitantibus eccleſias fratrum Auguſtinenſium tempore quadrageſimali: ⁊ adhuc a die ſeptuageſime.

Innocentius. omnibus vere penitentibus et confeſſis qui a dominica ſeptuageſime incluſiue: vſq; ad dominicã in palmis incluſiue: deuote viſitauerint eccleſias fratrum Auguſtinenſium annuatim: ⁊ ad reparationem ⁊ conſeruationẽ earũ manus porrexerint adiutrices: cõceſſit mille annos ⁊ totidem quadragenas indulgentie. b. ffo. 124. conce. 562. 4 Ex priui. ffꝝ Auguſtineñ.

¶ IDEM Innocentius omnes vere penitentes ⁊ confeſſos qui predictas eccleſias deuote viſitauerint in die mercurij: ⁊ in die iouis: ac in die veneris hebdomade ſancte: ⁊ ad reparationem ⁊ conſeruationem earũdem man⁹ porrexerint adiutrices: a pena ⁊ culpa miſericorditer relaxauit. b. ffo. 124. conce. 562. 5

Sixtus. 4. fertur conceſſiſſe viſitantibus eccleſias predictorũ fratrũ Auguſtinenſiũ: et manus adiutrices porrigẽtibus: a ſexta feria poſt dominicã tertiam quadrageſime vſq; per totam octauam paſche Reſurrectionis: pro ſingulis diebus indulgentiam triũ millium ſeptingentorũ decem ⁊ octo annorum. et. 130. dierũ. Bulla dicitur eſſe Rome: et Ferrarie. Et a quodam precipuo patre dicti ordinis audiui: ꝗ ipſe viderat tranſumptum autenticum predicte bulle. Habetur tamen. b. ffo. 111. conce. 394. 6 Nota.

## ¶ Sequuntur nonnulle indulgentie alie conceſſe viſitantib⁹ eccleſias

UVA. BHSC. IyR_230_1

fratrum Carmelitarum tempore quadrageſimali.

7 **Benedictus.** 10. viſitantibus eccleſias fratrū Carmelitarū. feria. 2. et. 4. et. 6. quadrageſime: conceſſit octoginta annos ⁊ totidem quadragenas indulgentie: ac bis remiſſionem ſeptime partis peccatorū. B, fo. 107. Et ffo. 190. conceſſione. 485. Et. b. fffo. 112. conceſſione. 502.

¶ Ex priuilegijs ordinis ſancti Joannis hieroſolimitani.

8 **Benedictus.** papa oībus vere penitentibus ⁊ cōfeſſis: quí eccl'ias vel oratoria per vniuerſum orbē ordini ſancti Joānis hieroſolimitani ſubiectas: ter in hebdomada per totaʒ quadrageſimā: videlicet ſecunda: quarta: ⁊ ſexta ferijs: ⁊ in feſto ſancti vocabuli dictarum eccleſiarum viſitauerint: et ſm eorum facultates manus porrexerint adiutrices: quadraginta annos: et quadraginta quadragenas: ⁊ ſeptimaʒ partem de iniunctis penitentijs miſericorditer relaxauit. b.

## ¶ Indulgentie conceſſe viſitantibus eccleſias fratrum minorum in quibuſlibet diebus anni: Tertio.

1 **Alexander** 4. conceſſit viſitātibus eccl'ias fratrū mi. cauſa deuotionis qualʒ hora diei: indulgētiā. 40. dierū. Innocētius. 4. cōceſſit ſimiliter. 40. dies. Clemēs. 4. cōceſſit. 80. dies. Nicolaus. 4. cōceſſit indulgentiā vni⁹ anni. et. 40. dieꝝ. ¶ Summa iſtarum indulgentiarū eſt tres anni et. 240. dies. Et numerando per dies ſunt. 1365. dies. B, fo. 24. Et ffo. 108. conce. 231. Et. b. fffo. 108. conceſſione. 458.

2 ¶ IDEM Alexander conceſſit oībus veniētibus ad horas canonicas in eccleſijs fratrū mi. infra annū: diebus ſingulis: indulgentiā centū dierū. b. ffo. 260. cōce. 653. Alias ſunt centū ⁊ quadraginta dies: vt habetur. fffo. 108. conce. 430.

*Pro horis canonicis.*

3 ¶ IDEM Alexander cōceſſit accedentibus ad eccleſias fratrū mino. cauſa audiendi miſſas beate Marie virginis: vel beati Franciſci: vel ſermones quocunqꝫ tempore anni: qualibet vice indulgentiam centum dierum. B. fo. 24. Et ffo. 108. conce. 231. Et fffo. 108. conce. 437. vbi nihil ſpecificatur de miſſis beate Marie: aut beati Franciſci.

*Miſſa. Predicatio*

4 **Clemens.** 4. conceſſit viſitantibus eccleſias fratrū mi. in quibuſlibet diebus anni: centū dies indulgentie. b. ffo. 260. conce. 658.

5 **Nicolaus.** 3. conceſſit ſimiliter ſicut clemens prefatus cētum dies indulgentie. b. ffo. 260. conce. 660.

6 **Nicolaus.** 4. conceſſit accedentibus cauſa deuotionis ad loca fratrū mi. indulgen. vnius anni et dierū. 40 B. fo. 24. Et ffo. 108. conce. 231. ¶ Et alibi reperitur: ꝙ idē pontifex conceſſit propter prefatam cauſam centuꝫ dies indulgentie. b. fffo. 108. conce. 446. ¶ Et alibi etiā inuenitur: ꝙ conceſſit audientibus miſſas beate virginis: ac beati Franciſci in domibus fratrum minorū indulgentiam centum dierum. b. fffo. 108. conce. 442.

*Miſſa.*

7 **Urbanus.** 5. conceſſit omnibus fraternitatibus que ſunt: et erūt in eccleſijs fratrum minorum centum dies indulgentie. b. ffo. 261. cōceſſione. 672. Et fffo. 109. conce. 459.

*Cōfratnitas*

8 ¶ IDEM Urbanus cōceſſit viſitantibus predictorū fratrū eccleſias quacunqꝫ die de indulgentia centum dies. b. ffo. 261. Et fffo. 109. conce. 458.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ In ſumma autentica indulgẽtiarũ ſuperius ãnotata: reperitur id qđ ſequitur. Collectoꝛ
¶ ITEM quolibet die anni viſitans eccleſias fratrum minoꝛum cõſequitur an 9
num ⁊ ducentos quadraginta quattuoꝛ dies indulgentie. ffo. 71. conce. 182.
¶ In alia ſumma extracta de libꝛo intitulato Firmamenta trium oꝛdinum habe Collectoꝛ.
tur ſub foꝛma ſequenti.
¶ Summa indulgentiarum conceſſarum viſitantibus eccleſias fratrum minoꝝ Nota.
in quibuſlibet diebus: eſt annoꝛũ quadraginta: ⁊ dierum trecentoꝛum. b. fffo. 109.
poſt conceſſionẽ. 467.

¶ **Sequuntur** alique indulgentie conceſſe viſitantibus eccleſias fratrũ Carmelitarum infra annum quacunq; die: ſed preſertim
diebus dominicis et ſabbatis.

**Benedictus.** 10. conceſſit viſitantibus eccleſias fratrum Carmelitarũ 10
in diebus ſabbatoꝛum: ⁊ dominicis totius anni. 40. an- Pro ſabba
nos: et totidem quadragenas indulgentie: ac ſeptimã partem peccatoꝛum rela- tis: ⁊ domini
xauit. Et Nicolaus. 5. predictã indulgentiam ſabbatoꝛum duplicauit. B. fo. 107. cis dieb⁹.
Et ffo. 190. conceſſio. 485. Et fffo. 112. conce. 501.

**Innocẽtius.** 4. et Gregoꝛius. 8. conceſſerũt cuilibet dicenti vnũ Pater 11
noſter ⁊ Aue maria ꝑ viuis ⁊ defunctis in predictis eccle
ſijs Carmelitarũ: quadraginta dies indulgẽtie. Benedictus. 10. eoſdem. 40. dies
duplicando conceſſit. Nicolaus. 5. predictos dies duplicatos iterũ reduplicauit:
et conceſſit. Et ſic ſunt. 160. dies. Uel ſunt ducenti: cõputando: ꝙ quilibet duoꝛũ
pontificum prenominatoꝛũ conceſſerit. 40. dies: q2 nunq̃ ſolent concedere min⁹.
B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et, b. fffo. 112. conceſſione. 503.
¶ Circa omnes indulgentias ſuperius annotatas eſt ſciendum: ꝙ in quadã ſum Collectoꝛ.
ma antiqua priuilegioꝛũ fratrum mi. per quẽdam patrẽ commiſſariũ curie Ro
mane facta: reperitur ſeqnens clauſula.

**Sixtus.** 4. in bulla q̃ incipit: Solet ſedes apoſtolica: declarauit ꝙ indul- 6
gentie cõceſſe viſitantibus eccleſias domoꝛũ vnius oꝛdinis men
dicantiũ non conceduntur viſitantibus eccl'ias domoꝛum alioꝛum oꝛdinum mẽ-
dicantiũ: licet ſit reciprocatio gratiarũ et indultoꝛũ vnius oꝛdinis ad aliũ: ꝓpter
confuſionẽ: ⁊ ne vileſcant indulgentie: aut minuatur deuotio: ⁊ ꝓpter alias ratio-
nes. Hec vbi ſupra. Bullã tñ preallegatã: nullibi potui reperire.
¶ Aduerte: ꝙ nõ obſtãte predicta bulla: poſſunt gaudere viſitãtes eccl'ias fratrũ Collectoꝛ.
minoꝛũ in feſtiuitatibus ſanctoꝝ ſui oꝛdinis: oĩbus cõceſſis viſitãtib⁹ eccl'ias fra
trũ oꝛdinis p̃dicatoꝝ in feſtis ſanctoꝝ eiuſdẽ oꝛdinis: ꝓut hꝫ in dictiõe Cõicatio
priuilegioꝝ. §. 13. ꝓpe ſinẽ. Et viſitãtes eccl'ias fratrũ predicatoꝝ poſſunt gaudere
oĩbus conceſſis viſitãtibus eccl'ias alioꝛũ oꝛdinũ mendicantiũ: virtute cuiuſdã
cõceſſionis eis facte per Leonẽ. 10. q̃ habetur ſupra in prefata dictione Cõicatio
priuilegioꝝ. §. 20. Et ſimiliter poteſt dici de viſitantibus eccl'ias fratrũ minoꝝ ra-
tione ampliſſime cõicationis priuilegioꝝ: q̃ eſt inter ipſos ⁊ fratres p̃dicatores:
prout patet in ſupradicta dictione Cõicatio priuilegioꝛũ. §. 12. et. 13.
¶ ITEM eſt aduertendum et notandum circa omnes ſupraſcriptas indulgen Collectoꝛ.
tias: ꝙ quia ſicut ex tenoꝛe ipſarum patet: fere omnes conceduntur viſitanti-
bus p̃dictas eccl'ias: et man⁹ poꝛrigentib⁹ adiutrices: et q2 ffes mi. nequnt hr̃e ci
pos aut trũcos: ſeu capſas ꝓ recipiẽdis pecunijs: idcirco Juli⁹. 2. cõceſſit: ꝙ p̃fa-
ta verba, ſ. man⁹ poꝛrigẽtes adiutrices: referant etiam ad facientes elemoſinam

UVA. BHSC. IyR_230_1

# Indulgentie: quo ad ſeculares: Quarto.

de pane: ac alijs victui fratrum neceſſarijs: put in ſequenti titulo latius ponitur. §.9. Et habetur. B. fo. 43. Et ffo. 126. conceſſione. 280.

# Indulgentie conceſſe exibentibus fratribus minoribus: aliqua opera pietatis: Quarto.



1 Nnocentius. 4. conceſſit omnibus porrigentibus manus adiutrices fratribus minoribus vbicunqꝫ. 40. dies indulgẽtie. Nicolaus. 3. totidem. Clemens. 4. dies. 100. Et ſunt in ſumma: centum octoginta dies. B. fo. 24. Et ffo. 108. cõceſſione. 231. Et. b. fffo. 108. conceſſione. 441.

2 Pro hoſpitantib⁹ fr̃es minores. Alexãder. 4. conceſſit oibus recipientibus fratres mino. viatores in domibus ſuis: ⁊ miniſtrãtibus eis alimenta: ⁊ ſolnẽtibus naula: ſeu paſſalia: ac alia pietatis obſequia dictis fratribus exibẽtibus: indulgẽtiam. 40. annorũ. b. ffo. 260. conce. 655. Et fffo. 108. conce. 432.

3 Pro aduocatis: ⁊ ꝓcuratorib⁹ fratrũ. Martinus. 4. conceſſit tam procuratoribus ꝙ̃ aduocatis: qui in curijs eccleſiaſticis ⁊ ciuilibus: ſeu ſecularibus laborauerint pro defenſione ordinis fratrũ minoꝝ: eccleſiarũqꝫ eiuſdẽ ordinis ſingulis annis: indulgentiam centũ annorũ. b. ffo. 260. conce. 663. Et fffo. 108. conce. 434.

4 Pro fabrica Sepultura. ¶ IDEM Martinus conceſſit cunctis fidelibus: qui manus adiutrices porrexerint ad conſtruendas eccleſias vel monaſteria ordinis fratrũ minorũ: ac oibus qui ſepulturam elegerint in cemiterijs: aut clauſtris prefatorũ fratrum: indulgentiam. 40. annorũ. b. ffo. 260. conce. 664. Et fffo. 108. conce. 435.

5 Pro fabrica. Nicolaus. 4. conceſſit omnibus porrigentibus manus adiutrices pro fabricis monaſteriorum fratrum minorum. 40. annos indulgentie. b. f. fo. 108. conce. 446.

6 G̃nalis: ⁊ ꝓuinciales. Urbanus. 5. conceſſit: vt generalis ⁊ ꝓuinciales totius ordinis minorũ poſſint cõmunicare ſuffragia: indulgẽtias: orationes: ⁊ bona ſpiritualia bñfactoribus ordinis. b. ffo. 261. conce. 671. Et fffo. 109. conce. 459.

7 Pro ſyndicis ſeu ꝓcuratorib⁹ frm. Innocẽtius. 8. conceſſit: vt procuratores fratrũ minorũ: eorũqꝫ ſubſtituti: liberi: parentes: fratres: ſorores: ⁊ vxores: poſſint ꝓmereri indulgentias ſtationum: ⁊ alias fratribus conceſſas: dicendo in eccleſijs fratrũ predictorum quinqꝫ Pater noſter: ⁊ totidẽ Aue maria ꝓ felici ſtatu Romane eccleſie. o. ffo. 70. conce. 162. Et ffo. 99. conce. 367.

8 Pro medicis fratrum. Alexander. 6. conceſſit: vt medici ordinarij fratrum minorum: ⁊ ſororum ſancte Clare: habeant eadem priuilegia ⁊ gratias: quibus gaudent ſyndici ⁊ procuratores predictorum fratrum. o. ffo. 70. cõce. 177. Et fffo. 99. conceſſione. 370.

9 Elemoſine. Iulius. 2. conceſſit ſeu declarauit: ꝙ verba in priuilegijs fratrum minorum contenta. ſ. ꝙ viſitantes ſuas eccleſias: ⁊ manus porrigentes adiutrices conſequantur indulgentias tales: vel tales: referantur etiã ad faciẽtes elemoſinas de pane: ac alijs ꝓ eorũ victu: ⁊ veſtitu: ⁊ domorũ ſuarum reparatione neceſſarijs. B. fo. 43. Et ffo. 126. conce. 280.

Collector. ¶ In preallegata ſumma autentica: continẽtur infraſcripta.

10 ¶ Porrigentibus manus adiutrices ad fabricam eccleſiarum fratrum minorũ iuxta poſſibilitatem ſuam: conceſſa eſt in articulo mortis remiſſio omnium peccatorum. ffo. 71. conceſſione. 184.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ Item conceſſi ſunt centū viginti anni pro qualibet re: quolibetq beneficio que 11
locis vel monaſterijs fratrum minorum largiuntur. ffo.71.conce.184.
¶ Ultra hoc: ꝓpter communicationem priuilegiorum fratrum predicatorū: ſunt Collector.
conceſſi amplius.79.anni. Et in ſumma ſunt ducenti anni: vno minus. Uide in-
fra.§.13.

¶ Sequuntur alie multe indulgentie conceſſe facientibus opera pie-
tatis fratribus ordinis predicatorum: ⁊ eorum domibus.

¶ Porrigentibus manus adiutrices ad fabricas domus fratrum predicatorū: 12 Ex priuile-
conceduntur ab Honorio.3.anni.25.dies.120.a Clemente.4.anni.25.dies.120.a gijs fra. pdi.
Bonifacio.8.anni.25.et dies.120.ab Innocentio.4.anni.25.dies.120.ab Alexan Pro fabrica
dro.3.anni.25.dies.120.a Gregorio.9.anni.25.dies.120. ab Urbano.5.anni.25. mōaſterior.
dies.120. Alij pontifices in ſumma conceſſerunt annos.40.et dies.300.
¶ Sumantur ſimul anni.218.dies.42.b.fffo.iii.conce.492.
¶ Dantibus eleemoſinas predictis fratribus: ad victum: veſtitum: ⁊ alias neceſ- 13 Pro victua
ſitates graues ordinis: conceduntur a Clemente.4.anni.7.a Bonifacio.8.anni. libus.
7.ab Innocentio.4.anni.7.ab Alexandro.4.anni.7.a Joanne.21.anni.7.a Gre
gorio.9.anni.7.a Benedicto.11.anni.14.a Nicolao.4.anni ſeptē.ab Urbano.5.
anni.14. ¶ Sumantur omnes anni.79.b.fffo.iii.conceſſione.493.
¶ Facientibus miſſas ⁊ alia diuina celebrare a dictis fratribus in eorū eccleſijs 14
conceduntur ab Honorio.3.dies.80.a Bonifacio.8.dies.80.a Clemēte.5.dies Pro facien
octoginta: ab Alexandro.4.dies.80.a Joanne.21.dies.80.a Nicolao.4.dies tibus celebra-
80.ab Innocentio.4.dies centum: a Gregorio.9.dies centum: ab Urbano.4. re miſſas.
dies centum. ¶ Sumantur anni.2.et dies.248. Et numerando per dies: ſunt fere
mille dies.b.fffo.iii.conceſſione.493.

Joannes.23.conceſſit benefactoribus ordinis predicatorum decem an- 15
nos: ⁊ totidem quadragenas de iniunctis eis penitētijs. Et Pro quibuſli
remittit eis iniurias patrum: ⁊ matrū ſine manuum iniectione violenta: ⁊ omnia bet bn̄factoribus frm.
feſta male obſeruata: et omnia iuramenta falſa: ſine dāno alterius. Et remittit ſa
cerdotibus: et clericis in ſacris ordinibus conſtitutis: qui ad exemplum aliorum Pro clericis
manus porrexerint adiutrices: quicquid in diuinis officijs: aut horis canonicis ſecularibus.
dicere omiſerint: nunc ꝓpter infirmitatem: vel per negligentiam: ſeu per defectū
librorum.b.fffo.94.conceſſione.305.
¶ IDEM Joannes conceſſit etiam de gratia ſpeciali: ꝙ huiuſmodi cōfratres: 16
et germani ordinis poſſint ſepeliri (tempore interdicti) in eccleſia: vel cemiterio: Sepultura.
niſi fuerint excommunicati publice: vel nominatim: ibiq diuina celebrare.b.fffo. Interdictū.
95.conceſſione.306.
¶ Supradicta conceſſio: quo ad ſepelitionem confratrum: et germanorū ordinis Collector.
fuit diſcuſſa: et ventilata in vniuerſitate Salmantina: et fuit declaratū et determi-
natum per plures inſignes doctores iuris peritiſſimos: debere ſolum intelligi de
illis confratribus qui licet remaneant in ſeculo: et non mutent habitum ſecularē:
tamen ſunt: vel fiunt oblati ordinis: et faciunt donationem inter viuos omnium
bonorum ſuorum dicto ordini: reſeruando ſibi vſum fructum quādiu vixerint: ⁊
non de alijs confratribus communiter viſitatis. Fundatur autem hec determina-
tio: et declaratio predictorum doctorum in.c. Ut priuilegia: de priuilegijs libro.5.
decretalium. Quod capitulum ad litteram dicit: ꝙ ſolum tales predicti confratres gau-
deant eccleſiaſtica ſepultura tempore interdicti: ⁊ non alij.

UVA. BHSC. IyR_230_1

17 *Pro defunctis.*

¶ IDEM Joannes cõceſſit: ꝙ anime defunctorum ꝑ quibus ordini ⁊ fratribus eiuſdẽ collata fuerit eleemoſina: admitterentur ad omnia beneficia: ⁊ ſuffragia: ⁊ ad omnes gratias totius ordinis. Et remittit eiſdem benefactoribus ſeptimam partem ſuorum peccatorum. b. fffo. 95. conce. 308.

¶ Sequuntur alie plures indulgentie conceſſe exhibentibus opera charitatis erga Carmelitanos: et eorum domos.

18 *Ex priui. fratrũ Carme. Pro fabrica*

Leo. 4. cõceſſit xp̃i fidelibus domos ordinis Carmelitarũ cõfractas reparantibus. 7. annos: et. 12. quadrage. indul. Innocentius. 4. hanc indulgentiam duplicauit. Nicolaus. 5. hanc duplicationem duplicando cõceſſit. Et ſic ſunt anni. 28. et quadragene. 48. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et fffo. 112. conceſſione. 504.

19 *Pro fabrica. Pro ornamẽtis eccl'iarũ. Pro vtẽſilibꝰ ⁊ ornamẽtis eccl'iarũ. Cõfratnitas*

Adrianus. 2. Stephanus. 5. Sergius. 3. Joannes. 10. et Joãnes. 11. Sergius. 5. et Innocentius. 4. reficientibus eccl'ias dicti ordinis vel pro fabricis ipſarũ munera dãtibus: ac confratriã dicti ordinis aſſumentibꝰ: vel etiam vtenſilia: vaſa: mapas: paramenta: aut alia ad cultũ dei neceſſaria tribuentibus: vel ad ea habenda manus adiutrices porrigẽtibus: inuita: vel in morte legãtibus: tertiã partẽ delictorũ relaxarunt. Innocentius. 4. hanc peccatorũ remiſſionẽ duplicauit Nicolaus. 5. iterũ hanc duplicationẽ predictis benefactoribus duplicauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. conce. 485. Et fffo. 112. conce. 505.

20 *Nota.*

Honorius. 10. et Nicolaus. 4. omnibus vere penitentibus: et manus adiutrices dicto ordini porrigentibus: omniũ peccatorũ veniã polliciti ſunt. ¶ Innocentius. 4. et Nicolaus. 5. vnus poſt aliũ hanc peccatorum veniã duplicarunt. ¶ Honorius. 9. oĩbus manus adiutrices porrigentibꝰ ordini predicto. 40. annos: et totidem quadragenas conceſſit de iniunctis penitentijs. ¶ Predicti vero Innocentius. 4. et Nicolaus. 5. vnus poſt alium: etiam dictos. 40. annos et quadragenas duplicauit eiſdẽ. ¶ Benedictus. 10. oĩa a ſupradictis anteceſſoribus conceſſa duplicauit. B. fo. 107. Et ffo. 190. conceſſione. 485. Et fffo. 112. conceſſione. 506.

*Epilogatio ſupraſcriptarũ indulgen.*

¶ Et ſic in ſumma: omnibus vere penitentibus: et manus adiutrices vt ſupra porrigentibus eſt conceſſa: ter remiſſio omnium peccatorum: ⁊ adhuc duplicata. Et trecenti viginti anni: ⁊ totidem quadragene de iniunctis penitentijs.

¶ Sequuntur nonnulla conceſſa facientibus opera pietatis fratribus et domibus ordinis minimorum.

21 *Nota.*

Iulius. 2. conceſſit: ꝙ ſingule perſone que fuerint ordinis minimorũ fundatrices: ſeu cultrices: cũ earũ vtriuſqꝫ ſexus liberis ꝓcreatis: ⁊ procreandis: omnibus ⁊ ſingulis eiuſdem ordinis minimorum priuilegijs: gratijs: immunitatibus: libertatibus: exemptionibus: indultis: conceſſionibus: ⁊ indulgentijs vti: potiri: et gaudere libere: ac licite valeant. B. fffo. 9. conce. 31.

¶ Ex priuilegijs fratrũ hoſpitalis ſancti Joannis hieroſolimitani.

22 *Cõfraternitas.*

Alexãder. 4. et Innocentius. 3. ac Lucius. 3. et Gregorius. 9. ſucceſſiue ſub eadem verborũ ſerie conceſſerunt: vt quicũqꝫ de facultatibus ſibi a deo collatis ſubuenerit fratribus hoſpitalis ſancti Joãnis hieroſolimitani: et in tam ſancta fraternitate ſe collegã ſtatuerit: eiſqꝫ beneficia perſoluerit annuatim: ſeptime partis iniuncte penitentie relaxationem conſequantur. B.

¶ Ex priuilegijs ordinis ſancte Trinitatis.

23 Leo. 10. et Adrianus. 6. conceſſerunt omnibus et ſingulis chriſtifidelibus

UVA. BHSC. IyR_230_1

vere penitẽtibus et cõfeſſis: qui ordinis ſanctiſſime trinitatis et redẽptionis cap- Particula-
tiuorum: tã virorũ q̃z monialiũ: in regnis Caſtelle. legionis. ⁊ Granate conſiſtẽ. ris. p regnis
ecclias illis anni diebus quib⁹ pctõrũ remiſſiones ⁊ indulgentie per eoſdẽ ffes caſtelle: legio
cõſequebãtur viſitauerint: Ac qui deuotiõis feruore ducti in habitu ordinis ſan- nis: ⁊ grana.
ctiſſime trinitatis ⁊ redẽptionis captiuorũ hmõi deceſſerint: Aut eorũ corpora: Habitus.
ſeu cadauera dũ ab hoc ſeculo migrauerint in eccliis monaſteriorũ ordinis pre- Sepultura.
dicti ſepelire ordinauerint: Seu de ppriis bonis p redẽptione captiuorũ aliquã Elemoſina
pecunie q̃titatẽ per miniſtrũ prouincialẽ dicti ordinis p tẽpore exiſtentẽ deſignã
das erogauerint: Aut etiã qui ſcapulariũ eiuſdẽ prefati ordinis de manu alicuius Habitus.
illius prelati: etiã abſq̃z alicuius voti emiſſiõe ſuſceptũ detulerint: Necnon vtriuſ- Pro germa
q̃z ſexus eiuſdẽ ordinis fratrib⁹ (germanis nuncupatis) vt oẽs et ſingulas indul nis hoſpitãri
gentias: et pctõrũ remiſſiones fratribus predicti ordinis ſanctiſſime trinitatis cõ bus fratres.
ceſſas: cõſequãtur: ac ſuffragiorũ ipſius monaſteriis p tpe factorũ participes fiãt.
B. Habetur latius ſupra in dictione Cõicatio priuilegiorum. §. vltimo.
¶ Ne decipiaris lector credẽdo prefatã conceſſionẽ extendi ad indulgentias ple Collector.
narias: qr hmõi plenarie nunq̃z intelligũtur conceſſe niſi de ipſis fiat expreſſa mẽ-
tio: prout in regulis cancellarie apoſtolice continetur.

## ¶ Indulgentie quas lucrantur audientes ver-
## bum dei a fratribus minoribus. 5.

Gregorius. 9. conceſſit audientibus predicationes fratrum 1
minorum quindecim annos indulgen. b. fffo.
260. conceſſione. 649.
Alexander. 4. conceſſit: vt fratres minores in quibuſcũ 2
q̃z eccleſiis: vel locis eos predicare contige-
rit poſſint dare ſuis auditoribus indulgen. quadraginta dierum. 3
b. fffo. 260. conceſſione. 654.
¶ IDEM Alexander cõceſſit accedẽtibus ad eccleſias fratrũ mino. cauſa au- 3
diendi ſermones: vel miſſas quocũq̃z tẽpore: p qualibet vice indulgentiam centũ Miſſa.
dierum. B. fo. 24. Et fffo. 108. conce. 231. Et. b. fffo. 108. cõce. 437.
¶ IDEM Alexander et Nicolaus. 3. et Innocentius. 4. et Nicolaus. 4. ac Be 4
nedictus. 11. conceſſerunt venientibus ad eccleſias fratrũ minorũ tẽpore quadra- Pro qua-
geſime feria. 2. et. 4. et. 6. quando ibidem predicatur indulgentiam centũ trigin- drageſima.
ta: et octo annorum: et ducentorum et duorum dierum. b. fffo. 108. conce. 439. Nota.
Clemens. 4. vt teſtatur Joannes. 22. conceſſit: q fratres minores predi- 5
cantes extra domos ſuas poſſint concedere auditorib⁹ ſuis.
80. dies indulgentie. In domibus vero ſuis: vltra prefatas indulgẽtias. 100. dies.
B. fo. 24. Et fffo. 108. conce. 231. Et fffo. 108. conce. 445. ¶ Vide infra poſt. §. 6. epi- Collector.
logationem omniũ que poſſũt lucrari audiendo ſermones fratrum.
¶ Sequuntur conceſſa audientibus ſermones fratrum ordinis predicatorum.
Venientibus communiter ad ſermones annuales audiendos ad lo- 6
ca fratrum predicatorum: conceduntur ab Honorio. 3. Ex priuile-
dies. 100. a Bonifacio. 8. dies. 100. ab Alexandro. 3. dies. 100. a Gregorio. 9. dies giis fra. pdi.
100. ab Innocentio. 4. dies. 100. a Benedicto. 11. dies. 200. ab Urbano. 5. dies.
100. ab Alexandro. 5. dies. 100. ¶ In ſumma autẽ ſunt anni. tres. et dies duo. b.
fffo. 11. conceſſione. 421.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Collector. Epilogatio cōceſſionū ſupraſcriptaꝝ. ¶ Epilogādo omnes ſupraſcriptas conceſſiones: reſolutio eſt iſta: ꝙ fratres prefati quandocūq3 predicant in ſuis domibus quocūq3 die anni: poſſunt concedere ſuis auditoribus. 18. annos. et. 322. dies. Et numerando per dies ſunt ſeptē millia et. 72. dies. Sed quando alibi predicant: poſſunt concedere decem ⁊ octo annos: et ducentos: ac. 22. dies. Et numerando per dies ſunt ſex millia et nongenti ſeptuaginta duo dies. Attamen quando predicant tēpore quadrageſimali in domibus ſuis: feria. 2. et. 4. ac. 6. poſſunt cōcedere vltra ꝑdicta centū triginta et octo annos: ac ducentos et duos dies. Et in ſumma ſunt in prefatis ferijs, centū quinquaginta ſex anni: et quingenti viginti quatuor dies.

## ¶ Indulgentie quas poſſunt lucrari ſeculares ratione habitus predictorum fratrum. 6.

1 Sepultura. Clemens. 4. conceſſit morientibus cum habitu fratrū mino. et qui cū eo elegerint ſepeliri: remiſſionē tertie partis omnium ſuorum delictorum. b. ffo. 260. conce. 658.

2 Sepultura. Nicolaus. 3. conceſſit omnibus qui moriuntur cum habitu fratrum mino. et qui cum eo elegerint ſepeliri: remiſſionem tertie partis omniū peccatorū ſuorū. b. ffo. 260. cōce. 661. Alias habetur: ꝙ eſt remiſſio quarte partis. b. fffo. 108. conce. 447.

3 Urbanus. 5. conceſſit ſimiliter indulgentiā remiſſionis tertie partis peccatorum illis qui moriuntur cum prefato habitu fratrum minorum. b. ffo. 261. conceſſione. 670. Alias habetur: ꝙ conceſſit remiſſionem quarte partis. b. fffo. 109. conceſſione. 458.

Collector. ¶ Circa prefatas conceſſiones habitus: in ſumma autentica ſuperius allegata reperitur abſq3 nominatione pontificum ſequens conceſſio.

4 ¶ ITEM cōceſſa eſt ſepultis in noſtris cemiterijs: et morientibus in habitu nr̄o fratrum mino. quarta pars peccatorum: a quattuor ſummis pontificibus. ffo. 71. conceſſione. 183.

5 Pro monialib9. s. Clare. Alexander. 6. conceſſit: vt mulieres ſuſcipiētes ante mortē: vel poſt mortem habitum ſancte Clare: habeant talem relaxationem peccatorum: qualem habent viri pro habitu fratrum minorum. O. ffo. 70. conceſſione 176. Et fffo. 99. conceſſione. 368.

6 Indul. ple. Leo. informatus de predictis conceſſionibus circa habitum fratrum minorum: confirmauit eas: ac de nouo cōceſſit: et ad hmōi gratias ſuā portionem addidit: concedens ꝙ morientes in dicto habitu cōſequātur indulgētiam plenariam. O. fffo. 61. conceſſione. 185.

7 Indul. ple. Pro tertia. ¶ IDEM Leo iterum confirmauit cōceſſiones ſupradictas: et addidit: ꝙ tam morientes: et ſepeliendi in dicto habitu: ꝗ̄ morientes et ſepeliendi in habitu ſororum tertie regule eiuſdem ſancti Franciſci: ſub obedientia miniſtrorum generalis: et prouincialium degentium: conſequantur indulgentiam plenariam omniū ſuorum peccatorum. O. fffo. 62. conceſſione. 201.

8 ¶ IDEM Leo declarauit: ſufficere habitum predictum petere: ac ſuper ſe vſq3 ad mortem habere: ac in eo ſepeliri: etiam ſi ante mortem non induatur. O. fffo. 60. conceſſione. 183.

¶ Ex priuilegijs fratrum predicatorum.

9 Ioannes. 23. omnibus chriſtifidelibus oſculantibus habitū ordinis ſan

UVA. BHSC. IyR_230_1

cti Dñici: ſeu fratrũ ordinis predicatorũ.quinqꝫ annos: ⁊ totidem quadragenas de iniunctis penitentijs relaxauit.b.ffo.95.conce.307. Et numerando per dies ſunt duo millia:et.75.dies. ¶ Tantũdem lucrantur oſculantes habitum fratrum minorũ: ⁊ aliorũ mendicantium:ratione cõicationis priuilegiorum. — Pro oſculãtib⁹ habitus fratrum. Collector.

¶ Ex priuilegijs fratrum Auguſtinenſium.

Leo. 10.conceſſit:ꝙ viri ⁊ femine defferentes zonã fratrũ ſancti Auguſtini datam ab aliquo prelato eiuſdm ordinis ad hunc finem: lucrari poſſint indulgentias predictis fratribus conceſſas.b.ffo.122.conce.556. 10

¶ IDEM Leo extendit prefatam conceſſionem ad illos qui detulerint chordas ſancti Franciſci:datã ſimiliter ab aliquo prelato ordinis minorũ: vt ſupradictum eſt de Zona ſancti Auguſtini. 11

¶ Hec conceſſio non eſt impreſſa in libris priuilegiorũ:ſed abſqꝫ dubio fuit impetrata ad inſtantiã Reuerendiſſimi cardinalis ſancte Crucis bone memorie. — Collector.

¶ Ex priuilegijs ordinis ſancte Trinitatis.

Leo. 10.et Adrianus.6.decedentibus in habitu ordinis ſanctiſſime Trinitatis:aut ſcapulariũ dicti ordinis de manu alicuius illius prelati: etiã abſqꝫ alicuius voti emiſſione ſuſcipientibus et defferẽtibus in regnis Caſtelle.Legionis: et Granate conſiſteñ.conceſſerunt omnes ⁊ ſingulas indulgentias ⁊ peccatorum remiſſiones fratribus predicti ordinis conceſſas: ꝓut latius habetur in dictione Cõmunicatio priuilegiorum.§.vltimo.et ſupra: Indulgentie quo ad ſeculares.4.§.23. 12

## ¶ Indugẽtie impetrate a fratribus minoribus

pro ſecularibus in fauorem Conceptionis immaculate virginis Marie domine noſtre.7.

SAcroſanctum concilium Baſilienſe:cunctis xp̄i fidelibus vere penitentibus et cõfeſſis:in die feſtiuitatis conceptionis intereſſentibus miſſarum ſolẽnijs: centum: primis autẽ vel ſecundis veſperis totidẽ:ſermoni vero verbi diuini de eadem feſtiuitate.150.dies de iniunctis ſibi penitentijs relaxauit.b.fo.42. Et ffo.40.conceſſione.45. 8

Sixtus. 4.ſtatuit ⁊ ordinauit:ꝙ omnes et ſinguli chriſti fideles vtriuſqꝫ ſexus qui miſſam: ⁊ officium feſti Conceptionis beate Marie virginis:cuius initium eſt Sicut liliũ inter ſpinas ⁊c.in feſto eiuſdem Cõceptionis deuote celebrauerint ⁊ dixerint:aut illius horis canonicis interfuerint: quoties id fecerint:eãdem prorſus indulgentiam: ⁊ peccatorũ remiſſionem conſequãtur: quã Vrbanus.4.et Martinus.5.et alij Romani põtifices conceſſerunt illis qui miſſam:officium: ⁊ horas canonicas in feſto corporis Chriſti a primis veſperis et per illius octauã (iuxta Romane eccleſie inſtitutionẽ) celebrant ⁊ dicunt: aut miſſe:ac officio: ⁊ horis hm̃oi interſunt.B.ffo.115.conce.252. 2

¶ Iſte indulgentie vt colligitur ex quadã bulla Eugenij.4.que habetur.b.ffo.137.conce.578.ſunt in ſumma. Pro matutinis: ⁊ vtriſqꝫ veſperis diei feſti: ⁊ miſſa quadringenti dies. Pro reliquis horis: hoc eſt pro qualibet ipſarum:centũ ſexaginta. Et in quibuſlibet octauarũ diebus pro ſingulis matutinaliũ: miſſarum: ⁊ veſperorũ: ducenti dies. Ac pro reliquis horis:octoginta dies. Item ſequẽtibus proceſſiones:ac miſſas deuote celebrantibus:tam in feſto:qꝫ in octauarum dieb⁹ — Collector. Proceſſiones. Miſſas.



UVA. BHSC. IyR_230_1

Cõicafe. pro pace: ac tranquillitate eccleſie: ac ſacramentũ in feſto huiõi ſumentib⁹: conceduntur ducenti dies indulgentie. Et hoc vltra indulgentias ſupra poſitas: ⁊ conceſſas per conciliũ Baſilienſe. §. 1.

3 Particularis ꝓ regnis Caſtelle. Iulius. 2. conceſſit omnib⁹ xp̄i fidelib⁹ vere penitentib⁹ ⁊ confeſſis: in regno Caſtelle cõſtitutis: qui imaginẽ beate Marie virginis ⁊ ei⁹ filij (quã moniales ordinis ſancte conceptionis in ſcapulario: ⁊ homines in pectore deferre conſueuerũt) detulerint: ⁊ nonies ſalutationẽ angelicã deuote recitauerint: ſimiles ⁊ prorſus eaſdem indulgẽtias conſequantur: quas cõſequerẽtur ⁊ conſequi poſſent ſi decies ſalutationẽ angelicã in honorem decẽ virtutũ eiuſdem beate Marie virginis recitarent. b. ffo. 89. conce. 254.

Collector. ¶ Notandũ eſt: ꝙ ad lucrandũ prefatas indulgentias nõ oportet recipere ab aliquo inſignia: nec illa deferre: ſicut ꝓ lucrandis indulgẽtijs de decem Aue maria: licet aliqui aliter opinentur.

4 Leo. 10. conceſſit: ꝙ viri deferẽtes imaginẽ cõceptionis beate virginis: et mulieres ſcapulariũ eiuſdẽ ordinis cũ predicta imagine: eaſdẽ gratias obtineãt ⁊ cõſequãtur quas cõſequũtur ⁊ cõſequi poſſunt deferentes chordam fratrũ minorũ: ⁊ corrigiã ſancti Auguſtini. O. ffo. 61. conce. 188.

5 Indul. ple. ¶ IDEM Leo cõceſſit intuitu immaculate conceptionis beate virginis nõnullas alias indulgentias: ⁊ magnas valde. Sed q: iſte ſunt pro fratribus mi. ⁊ monialibus ⁊ alijs religioſis qui eorũ priuilegijs gaudent: et non ꝓ ſecularib⁹: ideo non ponuntur hic. Habentur tamen ſupra in dictione Indulgentie plenarie quoad fratres. §. 18. et. 19.

## ¶ Indulgentie quedam etiam pro ſecularibus obtẽte a quibuſdam fratribus minoribus. 8.

1 Pro parẽtibus fratrũ. Calixtus. 3. cõceſſit plenariã indulgentiam pro patrib⁹: ⁊ matribus omniũ fratrũ mino. preſentiũ: et futurorum: etiam defunctorũ in purgatorio exiſtentib⁹. O. ffo. 65. cõceſſione. 90. Et ffo. 101. conceſſione. 397.

Collector. ¶ Notandũ eſt: ꝙ poſt conceſſionẽ ſupraſcriptã: poſita ſunt ibidẽ immediate ſequentia verba. Et ſic quilibet pater ⁊ mater fratris mi. poteſt in articulo mortis eligere cõfeſſorẽ idoneũ qui eũ abſoluat plenarie a culpa ⁊ pena de omnib⁹ peccatis ſuis. Hec ibi ad litterã. Circa q̃ quidẽ oportet aduertere: ꝙ vt patet ex tenore ipſorũ: nõ fuerũt: nec ſunt verba de corpore cõceſſionis: ſed poti⁹ bene intuẽti apparebit: ꝙ ſint addita velut gloſa declaratiua ab aliquo fratre modicũ ſcienti. Si eñ predicta clauſula eſſet de corpore cõceſſionis: nõ diceretur in principio eius. Et ſic ⁊c. ſed vt ſic ⁊c. poſſit ⁊c. Qd aũt qui prefatã clauſulã addidit fuerit indoct⁹: ptz ex hoc q: pro codẽ ſumpſit indulgentiã plenariã: ⁊ abſolutionem

Nota. plenariã a pena ⁊ culpa: q̃ tñ ſunt valde diuerſa. Nã indulgentia plenaria ſcdm doctores ſolũmodo refertur ad penã: ⁊ nõ ad culpã. Eſt eñ indulgẽtia: quedã remiſſio pene debite ꝓ pctõ poſt contritionem habitã de ipſo: vt colligitur extra de peni. ⁊ remiſ. c. Quod aũt. Uel indulgentia eſt pene relaxatio: quã quis iuſte pro culpis ꝓprijs facere debuiſſet: de theſauro eccleſie ad diuinã iuſticiã perſoluẽdaʒ ſumpta. Poteſt tñ ſaluari ſupradictũ dicendo: ꝙ cũ in articulo mortis nõ ſit caſus aliquis reſeruatus: iure cõi poteſt ab oib⁹ caſib⁹ et cẽſuris abſolui a ſuo confeſſore: a quo etiã per prefatũ priuilegiũ poterit ſibi cõcedi indulgentia plenaria.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Et ſic abſoluetur a culpa et pena.

Sixtus. 4. vniuerſis ⁊ ſingulis xp̄i fidelibus dicentib⁹ qualibet die ad ho- 1
norem dei: ⁊ beatiſſime virginis Marie toties angelicā ſalutatio Pro recitā
nem quot ſunt ps̄. in pſalterio Dauitico: videlicet centies: ⁊ quinquageſies: pre- tib⁹ pſalteriū
ponendo orationē dn̄icam ſingulis decem ſalutationibus angelicis: conceſſit ꝓ ſeu roſariū
qualibet vice qua ſicut dictū eſt orauerint: pro qualibet quinquagena predictarū: b. virginis.
quinq; annos: ⁊ totidē quadragenas indulgentie. G. ffo. 135. conce. 299.

¶ Supraſcripta indulgentia pſalterij beate virginis: eſt eadēmet quā fratres ordi- Collector.
nis predicatoꝝ publicant: ⁊ de qua faciūt confraternitatē ſub noīe roſarij eiuſdē
beate virginis. Attamē vt patet ex litteris Sixti: non fuit conceſſa ad inſtantiam Nota.
hmōi fratrū: ſed ducis et duciſſe Britanie qui impetrauerūt hāc indulgentiā pro
omnib⁹ fidelibus. Nec opꝫ ad lucrandū prefatā indulgentiā vt recipiatur quis in
confraternitate ſupra nominata roſarij: ꝑut aliqui opinantur. Credibile eſt eſt tn̄
ꝙ poſtea fr̄es predicatores obtinuerint ampliores remiſſiones ſuper hoc: ac etiā
auctoritatem ad inſtituendum confraternitatem.

Innocentius. 8. conceſſit: ꝙ ꝓcuratores frm mi. eoꝝq; ſubſtituti: liberi: 3
parentes: fratres: ſorores: ⁊ vxores eoꝝ poſſint ꝓmereri Pro ſyndi-
indulgentias ſtationū: ⁊ alias fratribus conceſſas dicendo in eccleſijs predictoꝝ cis fratrum.
fratrū quinq; Pater noſter ⁊ totidem Aue maria ꝓ felici ſtatu Romane eccl'ie.
o. fo. 65. et ffo. 70. cōce. 172. et fffo. 99. conce. 367.

Alexāder. 6. conceſſit dicētibus coronā virginis cū genuflexionibus 4
conſuetis: illas indulgentias quas habent dicentes oratio-
nes pietatis: cū oratione dn̄ica: ⁊ Salue regina. o. fffo. 99. conce. 372.

Leo. 10. ad inſtantiā cuiuſdā fratris mi. innouauit indulgentiā verſuū qui 5
dici ſolent corā imagine pietatis. Quā indulgentiā populoꝝ fides De verſibus
tenet a ſancto Gregorio fuiſſe cōceſſam. Et caſu quo non eſſet: illā de nouo conceſ- ſcti Gregorij
ſit. Addidit etiā ſequentē verſum. O dn̄e Jeſu xp̄e adoro te ad iudiciū ꝓgrediē-
tem: iuſtos ad paradiſum vocantem: peccatoreſq; dānātē: deprecor te vt tua paſ-
ſio liberet nos ab illis penis. Amen. o. fffo. 91. cōce. 264.

¶ Aduerte: ꝙ in hac cōceſſione non fuit expreſſum quāta ſit hmōi indulgentia: Collector.
nec additū eſt aliquid a prefato Leone: ꝑut aliqui falſo publicant ⁊ aſſerūt: ſed ſo-
lum cōceſſit de nouo quicquid erat conceſſum: ſine vlteriori explicatione. Et ego
qui hec collegi: ſcio ita eſſe: quia vidi ⁊ legi conceſſionem predictā in regiſtro qḋ
habetur Rome in ſacro conuentu de Araceli.

¶ IDEM Leo ad inſtantiā cuiuſdā fr̄is mi. cōceſſit: ꝙ oēs tā fratres q̄ ſecula- 6
res dicentes. 15. Pater noſter cum totidē Aue maria pro exiſtentibus in peccato Pro exiſtētī-
mortali: in qualibet vice conſequantur remiſſionem tertie partis ſuorum peccato- b⁹ i pctō mor-
rum: quia hoc eſt opus maxime charitatis. o. fffo. 94. conce. 300. tali.

¶ IDEM Leo cōceſſit: ꝙ dicēdo ſemel in die quinquies Pater noſter ⁊ Aue 7
maria in honorē: ſeu memoriā q̄nq; plagaꝝ xp̄i: ⁊ quinq; precipuoꝝ doloꝝ vir- De q̄nq; pla-
ginis Marie: cōſequātur indulgentiā decē milliū dieꝝ: ⁊ totidem annoꝝ. b. fffo. gis chriſti.
89. conceſſione. 258.

¶ ITEM dicētib⁹ duodecim Aue maria: p̄mittēdo vnū Pr̄ nr̄ i honorē duo- 8
deci excellētiarū v̄ginis Marie: date ſunt indulgētie duodecim mille dierum.

¶ ITEM dicentibus vnū Aue maria qn̄ audiūt pulſum ad horas canonicas: 9
qui fit ſepties in die: dantur ſeptem millia dierum indulgentie. De horis ca-
nonicis.



UVA. BHSC. IyR_230_1

10 De hora diei ¶ ITEM dicētibus ꝓ qualibet hora diei naturalis vnū Aue maria: dātur mille dies indulgentie. Et ſunt in ſumma ꝓ omnibus viginti quattuor horis diei et noctis: viginti quattuor millia dierū indulgentie.

11 Cōfirmatio omnium indulgentiarū Collector. Clemēs. 7. confirmauit omnes indulgentias ⁊ remiſſiones peccatorum contentas ⁊ annotatas in libris priuilegiorū fratrum minorum: illaſq₃ etiā de nouo conceſſit. o. ¶ Hoc eſt intelligendū de cōtentis in libris impreſſis vſq₃ ad datam cōceſſionis: q̄ fuit anno dñi. 1527.

## ¶ Sequuntur nonnulla notabilia circa prefatā indulgentiarū materiā: et quorūdam dubiorū deciſiões: ſcitu digniſſima: ex dictis ſacrorum doctorū in. 4. ſenten. diſt. 20. et Cardinali de turre cremata in. c. Menſurā. de penitētijs, et remiſ. di. prima. et Abulē. ſuper. 16. c. Matthei: ac felinū in ſermone. Hodie mecū eris in paradiſo: ⁊ Caietanū: ac Florentinum: alioſq₃ ſummiſtas: collecta.

Primum notabile. PRimū notabile eſt de excellentia ⁊ valore indulgentiarū. Circa quod Caietanus in tractatu indulgentiarū. q. 12. querit. Utrū dare operā ad acquirendas indulgentias ſit imperfectionis? Et poſt argumenta: ſubdit. Ad huius euidentiā ſciendū: ꝙ indulgentiarū fructus ꝓprius eſt ſatiſfacere diuine iuſticie: quo ad penam tēporalē ꝓprijs peccatis debitā: ex penis chriſti ⁊ ſanctorū: ſecūdū traditionem eccleſie Romane: vt patet in extrauaganti Clementis, 6. et multorū Romanorum pontificū apoſtolicis litteris. Hac ſuppoſitione facta: conſequenter dicendum eſt: ꝙ quū actus iſte qui eſt ſatiſfacere per aliū: non ſit ex ſuo genere malus (nullam enī deordinationē importat: nec habet imperfectionē moralē annexam: quoniā cum feruenti charitate: ⁊ prōptiſſima voluntate per ſeipſum ſatiſfaciendi ſtat: ꝙ tali modo. ſ. per ſanctorū penas velit ſatiſfacere: ⁊ nihilominus operibus ſanctiſſimis tāto magis intendere: ꝙ̄to liberior a debita pena: ⁊ gratior eſſe debet ꝓpter hoc cumulatū beneficiū) ſed eſt actus de genere bonorū moraliū. Eſt. n. appetitu recto appetibilis: vt pote ablatiuus impedimentorū ad celeſtē patriā. Nā pene peccatis debite: impediunt ingreſſum ad eternā beatitudinem. Unde tantū oportet animas in purgatorio morari: donec exolutis penis omnibus debitis ꝓ ſuis peccatis: libere ab omni malo pene: ⁊ oīm bonorū aggregatione perfectū ſtatum aſſequantur. ¶ Hec ſolum eſt moraliter bonus: ſed etiā meritorius: ſi fructuoſus eſt: quoniā non niſi exiſtentibus in charitate indulgentie proſunt: vt ipſa conceſſionis forma monſtrat dicendo: vere penitentibus. Omnes autē actus humanos ex charitate ꝓcedentes: meritorios eſſe conſtat. ¶ Nec ſolum eſt meritorius

Nota. eterne vite: ſed conſonus etiā perfectis viris: qm̄ continue ſuſpirātibus ad celeſtē patriam: ⁊ cupientibus diſſolui: et eſſe cū chriſto: conſonāt oīa recta acceleratiua celeſtis ingreſſus. Conſtat autē exolutionē penarū debitarū pro peccatis: acceleratiuam eſſe celeſtis itineris: qm̄ impedimenta ingreſſus ad felicitatē tollit. Omni igitur ex parte apparet: ꝙ dare operā indulgentijs: eſt actus cōis perfectis et imperfectis in charitate conſtitutis: ſi penis adhuc pro peccatis ſuis obnoxij ſunt. ¶ Et confirmatur: qꝛ omnibus ꝗ̄tūcūq₃ perfectis conuenit dicere cotidie: dimitte nobis debita noſtra. In quorū numero conſtat eſſe debitū pene pro peccatis. Quod autem conſonat petere: conſonat ⁊ querere. Conſonat igitur etiā perfectis querere debitū pene ꝓ peccatis ſuis debite: exolui per ſatiſfactoria opera chriſti ⁊ ſanctorum, Et qꝛ tā perfecti ꝙ̄ imperfecti: tam ſani ꝙ̄ in firmitā morituri ꝙ̄ diu

UVA. BHSC. IyR_230_1

victuri:in charitate conſtituti:rei poſſunt eſſe alicuius pene temporalis pro ſatiſfa-
ctione ſuorum actualium peccatorum:ideo nullus excipitur a fructu indulgentia-
rum:qui voluerit earum particeps fieri. Rariq; videntur eſſe adeo ſatiſfacientes
per ſeipſos:qui non egeant indulgentijs. Qui tamen tutius agunt ſi per indulgē-
tias etiam a debitis ſe abſolui curant, Hec Caietanus. ¶ Quo vero ad q̄titatē
ſatiſfactionis prefate:eſt notandum: ꝙ cum quis indulgentiam plenariam ꝓme-
retur:omnis pena pro peccatis debita remittitur illi. Cum autem indulgentiam
tertie vel quarte:ſeu alterius partis conſequitur:tātūdem de penis debitis remit-
titur q̄tum ſonat. Et cum certus numerus dierum vel annorum indulgentie con-
ceditur:tantum remittitur q̄tū remitteretur ſi totidem dieb⁹ vel annis in preſen-
ti vita penitentiā egiſſet. ¶ Et notandū: ꝙ cū conceditur indulgētia tot dierum vel
annorū de iniunctis penitētijs:dicunt aliqui doctores:preſertim Caietan⁹ in tra-
ctatu indulgentiarū.q.2. ꝙ non remittitur niſi q̄tū correſpondet penitētie impo-
ſite per cōfeſſorē. Ita ꝙ ſi cōfeſſor non impoſuit aliquos annos vel dies peniten-
tie:nihil operabitur illa indulgentia:niſi in cōceſſione diceretur: etiā de non iniun-
ctis ſed iniungendis:ſeu a quomodolibet debitis:quia iniuncta penitētia: eſt princi-
palis & ſola materia indulgētie ſm ſacros canones intellecte. Verūtn̄ Florētin⁹:
et Cardi.de turre cremata:& ſanctus Thomas: et multi alij dicunt intelligi debe-
re etiam de non iniunctis. Ita ꝙ hmōi indulgētia remittet tātundem q̄tum de-
buiſſet imponi a confeſſore: ſi ad tantum protenditur conceſſio. Unde ſequitur:
ꝙ ſi alicui imponatur penitentia ieiunandi vel aliquid aliud faciendi tot diebus:
et ille lucretur indulgentiā totidem dierum: non tenebitur ad faciendum talē pe-
nitentiam:licet confeſſor penitenti ad hoc licentiam nō dediſſet. Nihilominus tn̄
doctores conſulunt vt penitentia impoſita impleatur:quia hoc eſt tutius:preſertim
cum vix poſſit quis eſſe certus: ꝙ lucratus ſit indulgentiā. Quapropter: licet ali-
qui dicant: ꝙ illi cui indulgentia plenaria conceditur:non eſt opus imponere ali-
quam penitentiā:bonum eſt tamen ꝙ imponatur:& adimpleatur: ꝓut ijdē docto-
res conſulunt. ¶ Notandū etiam: ꝙ quando in conceſſione indulgētie dicitur : de
peccatis de quibus fuerit quis corde contritus & ore confeſſus:virtute huiuſmo-
di indulgentie nō remittūtur peccata:de quibus nondū contritus nec confeſſus
eſt:licet faceret reliqua omnia pro conſequutione indulgentie requiſita. Sed ſolū
remitterentur illa de quibus aliqn̄ contritus et confeſſus eſt. ¶ Item notandum:
ꝙ quando in conceſſione indulgentie dr̄: ꝙ vere penitentes et confeſſi poſſint pro-
mereri talem remiſſionē peccatorum:intelligitur etiam de oblitis & ignoratis:de
quibus ſufficit contritio generalis cū propoſito confitendi quando ad memoriā
ſeu noticiam venerint. Si tamen conceſſio dicat: de quibus fuerit corde cōtritus
et ore confeſſus:non ſe extendet ad ignorata:& oblita: ſecūdum communem opi-
nionem. Attamen Florentinus:& Cardi.de turre cremata tenent: ꝙ ſi penitens fe-
cit debitam diligentiam ad cognoſcendum & memorandū ſua peccata:talis eſt ve-
re contritus & confeſſus etiam de ignoratis & oblitis:propter generalem contri-
tionem:& voluntatem cognoſcendi & confitendi quam de illis habuit. Ac per cō-
ſequens omnium illorum ſicut & aliorum conſequetur remiſſionem. ¶ Similiter
eſt notandum: ꝙ ſi in conceſſione indulgentie dicatur: vt quis poſſit eligere con-
feſſorem qui ei concedat aliquam indulgentiam:nunq̄ illam conſequetur:niſi pre-
fato modo ei concedatur. Videtur tamen: ꝙ confeſſor poſſit huiuſmodi indulgē-

m iij

UVA. BHSC. IyR_230_1

tiam concedere abſqꝫ confeſſione ſacramentali: premiſſa tantum confeſſione gē-
nerali: dum tamē conteratur: ⁊ proponat confiteri tēpore determinato ab ecc̃ia.
Et dicit florentinus: ꝙ in huiuſmodi caſu ſi deſit perſona eccleſiaſtica ad conce-
dendum indulgentiam prefatam: poſſet illā tempore neceſſitatis concedere perſo-
na ſecularis. De quo habetur ſimile in excōmunicato: qui in caſu neceſſitatis ab-
ſolui poteſt per ſecularem ab excōmunicatione: quia iſtud non ſpectat neceſſario
ad ordinem ſacerdotalem ſeu clericalem: ſed ſolum ad iuriſdictionem: qua poteſt
etiam ſecularis vti. ¶ Notandū eſt etiam: ꝙ ſi in conceſſione indulgentie dicitur
abſolute: ꝙ q viſitauerit aliquem locum: ⁊ manus porrexerit adiutrices cōſequa-
tur talem indulgentiam: debet intelligi ſic: ꝙ vnuſquiſqꝫ largiatur iuxta ſuā quali-
tatem: ſeu poſſibilitatem: ſcilicet ꝙ diues ac potens viſitet huiuſmodi locum be-
ne aſſociatus: ⁊ conferat largam elemoſinam. Tamen ſancti Bonauentura ⁊
Thomas: ac Durandus tenent: ꝙ licet ſic non faciat: lucrabitur magis q̃ facien-
do aliud opus conſimile vbi non eſt indulgentia conceſſa. Sed Oſtienſis dicit: ꝙ
faciendo illud quod iniungitur ad promerendam indulgentiam: licet non ſecūdū
qualitatem ſue perſone: lucrabitur plene indulgentiam conceſſam. Verūtamen
quando determinatur q̃titas que debet dari ad lucrandum indulgentiam: vt di-
cendo: quicunqꝫ dederit vnum denarium ⁊c. tunc ita bene lucrabitur indulgen-
tiam diues ac potens largiendo vnum denarium duntaxat: ſicut pauperculus
dando alium denarium. Ac ſimiliter ita bene lucrabitur indulgentiam exiſtens
Rome: ſicut qui a finibus terre illuc perrexit. Tamē quo ad premium: amplius
meretur ⁊ lucratur qui in prefato caſu magis laborauit vel expendit. Et intantum
eſt verum ſupradictum: ꝙ ſi quis propter paupertatem vel infirmitatem nequit
facere illud quod in conceſſione indulgentie imponitur: q̃uis ex toto corde vellet
facere: non lucrabitur huiuſmodi indulgentiam: quia in hoc voluntas pro facto
non reputatur: prout in alijs. Dicunt tamen ſancti Bonauentura ⁊ Thomas: ꝙ
talis voluntas eſt magni meriti ad lucrandum premium eſſentiale. ¶ Inſuper no-
tandum: ꝙ quando in conceſſione indulgentie dicitur: ꝙ datur ſeu conceditur
per modum ſuffragij: prout fit cum indulgentia refertur ad defunctos: talis con-
ceſſio vel indulgentia taliter conceſſa: eſt eiuſdem valoris ſicut alia que abſolute
conceditur quo ad viuentes. Ita ꝙ tantumdem valent decem dies indulgētie vel
anni cōceſſi per modum ſuffragij pro aliquo defuncto: ſicut valent totidem con-
ceſſi pro aliquo viuente quando abſolute conceduntur. Nam tantum diminui-
tur vni de pena debita: ſicut alteri. Omiſſis .n. erroribus iam reprobatis: qui cir-
ca hoc exorti ſunt: hec eſt veritas determinata: ꝙ papa poteſt communicare
vel diſtribuere theſaurum eccleſie defunctis in purgatorio exiſtentibus ſicuti ⁊
viuentibus: aut tanq̃ ſubditis: vel tanq̃ amicis: abſqꝫ aliqua differentia in va-
lore: prout ſepe facit. Dicere autem oppoſitum: eſſet reſiſtere eccleſie: vt inquit
Gabriel in Canone. Et idem dicit Confutatorium errorum.

¶ Item notandum: ꝙ ſecundum ſanctum Thomam mediante voluntate qua
mouetur homo ad cauſam propter quam cōceditur indulgentia: ſe diſponit am-
plius ad gratiam: q̃ cum exercitio aliorum actuum bonorum. Et cum illa pro-
ficit plurimum ad vitandum peccata. ¶ Aduertendum tamen: ac notandum: ꝙ
non obſtante dicto ſuprapoſito immediate: dicit idem ſanctus Thomas: ꝙ re-
Nota ligioſi exiſtentes in ſuis monaſterijs: promerentur amplius q̃ diſcurrendo aut

UVA. BHSC. IyR_230_1

peregrinando ad lucrandum indulgentias. ¶Dicit etiam idem ſanctus Tho-
mas: ꝙ licet alia bona opera proſint exiſtenti in peccato mortali vt deus illumi-
nare dignetur illum: ac de peccato exeat: ſed indulgentie non proſunt tali: quia
iuxta intentionez concedentis: in illo locum non habent. Unde pro tempore quo
quis manet in peccato: plus confert communicatio bonorum operum aliorum:
que fit per litteras fraternitatis prelatorum ordinis: ſeu alias: ꝙ proſint indul-
gentie. ¶Notandum eſt etiam: ꝙ ſecundum Alexandrum de hales et ſanctum Nota.
Bonauenturam: indulgentie ſunt de nobiliſſimis ⁊ efficaciſſimis ſuffragijs. Et
addit Gabriel: ꝙ non eſt certior modus ad liberandum animas a purgatorio.
Et florentinus dicit: ꝙ indulgentie ſunt valde vtiles peccatoribus. Idemqꝫ di-
cit ſanctus Thomas vbi ſupra. ¶Dicunt ſimiliter florentinus ac felinus: ꝙ te-
nere pertinaciter ꝙ indulgentie non valent: aut ꝙ papa non poſſit concedere in-
dulgentiam plenariam: eſt hereſis. ¶Eſt inſuper notandum: ꝙ inter indulgentiaz
plenariam ⁊ Jubileum: nulla penitus eſt differentia: vbicūqꝫ concedatur: prout
tenet felinus vbi ſupra. Et vt ex tenore bullarum liquido patet.

¶Igitur propter omnia ſupradicta: nullus omittere debet lucrari indulgen-
tias omnibus vijs quibus poterit: preſertim quia nemo poteſt ſcire indubie quā-
do vel per quā viam lucratur: cum ſecundum ſacram ſcripturā nemo ſciat vtrum
odio vel amore dignus ſit. Item quia ſemper cōtrahimus noua debita. Et quia
dato caſu ꝙ indulgentie non eſſent opus ad ſatiſfaciendum pro penis debitis:
tamen multum conferunt pro acquirendo premio eſſentiali. Et inſuper quia licet
quis non poſſit applicare alijs indulgentias ſibi conceſſas: niſi ad hoc ſpecialem
conceſſionem habeat: prout fratres minores ad applicandum defunctis habent:
tamē quilibet poteſt opus bonū quod pro aſſequenda indulgentia facit: alijs ap-
plicare. Sicut qui vadit Romam aut Hieroſolimam: poteſt meritū ſui laboris
cui maluerit applicare: ⁊ indulgentias pro ſeipſo lucrari.

Secundum notabile eſt de ijs que concernunt auctoritatem ſeu poteſtatem Secundum notabile.
concedendi indulgentias. Circa quod ſciendum: ꝙ indulgentias poſſunt
dare: non ſolum papa: vt in precedenti notabili dictum eſt: ſed etiam epiſcopus:
ac eorum ſuperiores: ⁊ ipſorum vices gerentes per cōmiſſionem vel preſcriptio-
nem. Et ſic fratres predicantes concedunt indulgentias audientibus eorū ſermo-
nes. Ac ſimiliter confeſſores qñ eis cōmittitur per aliquam bullam: vel alias. Ali-
ter. n. ſecundum aliquos doctores: preſertim Abulēſem ſuper. 16. c. Matthei: ne-
queunt confeſſores aliquas indulgentias cōcedere. Cuius tñ contrarium tenent
ſumma Angelica ⁊ Roſella: ⁊ doctores ab eis allegati. Quibus adherendo vr:
ꝙ ſemper ſacerdos in fine abſolutionis dicat. Et concedo tibi oēs indulgentias
quas concedere poſſum: inqꝫtū auctoritas mea ſe extendere poteſt. ¶Cardinales
vero ſi non ſunt epī: nō poſſunt ſm iura concedere aliquas indulgentias. Nihilo-
minus tñ eas cōcedunt: aut ex cōſuetudine: vel ex particulari priuilegio. Et ꝙ ad
epōs pertineat cōceſſio indulgētiarū: habetur in. c. Accedētibꝰ: de exceſſibꝰ prela-
torum. ¶Eſt autē circa ſupradicta notandū: ꝙ aliqñ prelati habētes auctoritatez
concedēdi indulgētias: preſertim papa: cōcedunt aliquas indulgētias per ſemet-
ipſos: vt dicēdo. Qui talē eccl'iaz viſitauerit: aut toties dixerit Pater noſter: vel
Aue maria ⁊c. lucretur tot dies indulgentie. Et tunc ad lucrandum tales indul-
gentias: non eſt opus ꝙ confeſſor aliquid faciat. Sed ſi eſt in ſtatu gratie: vel

m iiij

UVA. BHSC. IyR_230_1

conteritur de peccatis cum propoſito confitendi illa tempore ab eccleſia determinato: faciteꝙ iniunctum pro conſecutione indulgentie: lucratur illam. Sic tenet Abbas in.c. Omnis vtriuſqꝫ ſexus: de peni. et remi. Et doctores in Clementina prima: de reli. et vene. ſan. Aliquando vero prelati non concedunt indulgentias per ſeipſos: ſed cōmittunt alijs vt concedere poſſint. Sicut conceſſum eſt: ꝙ predicantes fratres poſſint ſuis auditoribus certos dies et annos indulgentie concedere. Et tunc: niſi predicator faciat conceſſionem: nullam indulgentiā lucrantur audientes. Ac ſimiliter quando confeſſoribus electis per bullas vel confeſſionalia datur facultas concedendi indulgentiam talem vel talē ſibi confitentibus: quia niſi confeſſores faciant huiuſmodi conceſſionem: penitēs non conſequitur indulgentiam. Et idem iudicium eſt de cōmutatione votorum: alijſqꝫ diſpēſationibus: que in bullis confeſſoribus cōmittuntur. In quo multi non aduertunt: propter quod non gaudent ijs quibus gaudere poſſent: ꝛ falluntur credendo lucraſſe qḋ nequaqꝫ lucrati ſunt. ¶ Notandum eſt etiam: ꝙ indulgentie que ab inferioribus a papa conceduntur: ſolum habent locum: et valent quo ad ſubditos ipſorum: ꝛ quoad religioſos etiam exemptos: qui in dioceſi: ſeu metropoli concedentis habitant: prout tenet Cardinalis de turre cremata vbi ſupra. Sed ſi epiſcopus quādo concedit aliquam indulgentiam diceret: ꝙ illam concedit pro quibuſcunqꝫ venientibus ad ſuam dioceſim: poterunt forenſes alterius diocesis abſqꝫ alia licentia talem indulgentiam lucrari. ¶ Poteſt. n. epiſcopus cōmunicare bona ſue dioceſis quibus malueri: ſicut prelati religionum cōmunicant aliquibus deuotis bona ſpiritualia ſuorum ſubditorum. Verūtamen huiuſmodi cōmunicationes: ſeu conceſſiones: non ſunt indulgentie proprie: nec dantur de theſauro eccleſie. ¶ Poſſunt nihilominus epiſcopi concedere vnum annum indulgentie in dedicatione eccleſie: Ac pro alijs cauſis quadraginta dies dumtaxat. Archiepiſcopi vero poſſunt dare prefatas indulgentias in tota ſua metropoli. ¶ Item eſt notandum: ꝙ ad concedendum indulgentias: non eſt aliqua forma neceſſario requiſita. Et ideo quibuſcunqꝫ verbis vtatur prelatus: ſeu confeſſor: que ſignificent huiuſmodi conceſſionem: cum debita intentione: ſufficit. Unde inquit Florentinus: ꝙ neſciendo formam conſuetaꝫ: ſufficeret dicere. Concedo tibi illam indulgentiam que in tuo indulto continetur. ¶ Notandum eſt ſimiliter ſecundum ſanctuꝫ Thomā in. 4. diſtin. 45. ꝙ licet papa habeat ſupremam poteſtatem: non poteſt tamen ſolo verbo liberare animas de penis purgatorij. ¶ Poteſt tamen ſecundum Alexandruꝫ de ales: ꝛ ¶ Petrum de palude concedere indulgentiam plenariam conſtituto in articulo mortis. Quam ſi pie credat: conſequetur illam: quia vt Cardinalis de turre cremata declarat: in hoc eſt ſufficiens cauſa. ¶ Item licet ſanctus Bonauētura teneat: ꝙ papa non poteſt expoliare purgatorium: tamen dicit Gabriel: ꝙ ſi papa daret indulgentiā plenariā pro defunctis: prout ſolet fieri: tot bulle poſſent accipi pro animabus: ꝙ expoliaretur purgatoriū. ¶ Preſupoſita tñ iuſta cauſa: vt ſi pro recuperanda terra ſancta daretur aliqua q̄titas pecunie: ſeu pro alijs cauſis iuſtis ad vtilitatem eccleſie. ¶ Tandem circa cauſam indulgentiarum querūt doctores: an neceſſario requiratur cauſa rationabilis vt indulgentia ſit valida. Quam queſtionem dilucidius tractat Caietanus in tractatu indulgentiarum. q. 9. et reſpondendo ad illam dicit: ꝙ ſecundum cōmunem doctrinam vnum requiſitorum neceſſario ad efficaciam indulgentie: eſt cauſa rationabilis. Quod etiam

Nota. Queſtio. Reſponſio.

UVA. BHSC. IyR_230_1

manifeſtatur ex eo: ꝙ ſi daretur indulgentia ob cauſam profanam (puta ꝓ eun-
do ad theatrum) conſtat ꝙ indulgentia eſſet nulla. Idem patet ex alio: ſcilicet q̃
indulgentie non ſunt de genere validorũ ex ſolo imperio pape: quia papa non po
teſt dare indulgentias hac ſola ratione quia vult. Et ſi pro ſolo libito daret: indul
gentia non eſſet valida: ſecundum cõmunem doctrinam. Hoc idem probatur ex
hoc: ꝙ communia eccleſie bona temporalia non poteſt papa donare donatione
valida: ex hoc ſolo quia vult. Nõ minus autem precioſa ⁊ chara ſunt bona com
munia ſpiritualia ꝙ̃ temporalia eccleſie. Ac propterea ſi illorum donatio ex ſolo
imperio eſt inualida: multo magis inualida erit horũ effuſio ex ſolo imperio.
¶ Si autem quis opponat ſentententiam illam cõmunẽ: ſcilicet ꝙ indulgẽtie in
diſcrete ſunt valide: reſpondet prefatus Caietanus: ꝙ ſentẽtia illa verificatur de
indiſcretis quo ad euentum: non autem de indiſcretis quo ad cauſam. Sũt. n. in
dulgentie indiſcrete ratione euentus: quando indulgentie alias bene conceſſe: pa-
riunt propter earum multitudinem quaſi contemptum: aut ipſarum: aut ſatiſfa-
ctionum penitentialium. Et tales ſunt valide. Sed ſi ſunt indiſcrete q̃ carent ra-
tionabili cauſa: aut omnino: aut quo ad tantã q̃titatem ſunt inualide. Hec Caie
tanus. ¶ Unde etiam Gerſon in tractatu de abſolutione ſacramentalis confeſ-
ſionis dicit. Cum poteſtas concedendi indulgentias: non ſit niſi quedã poteſtas
diſpenſationis: que debet eſſe rationabilis: ⁊ ad edificationem: ideo ſi dentur ſi
ne cauſa rationabili pro ſolo intuitu fauoris humani: vel alio tali modo: non op; Nota.
ꝙ huiuſmodi indulgentie valeant q̃tum ſonant. Propterea fatue: ⁊ ſuperſticio-
ſe ſunt quedam intitulationes viginti milliũ annorum qui dixerit quinquies Pa
ter noſter ante talem imaginem ⁊c. Et eſſet per prelatos prouidendum: quia ce-
dit in contemptum et deriſionem indulgentiarum: nec continent veritatem.
¶ Item idem in tractatu de indulgentijs: conſideratione. 9. dicit. Conceſſio ratio
nabilis indulgentiarum: tria ſupponit. In concedente auctoritatem. In ſuſcipiẽ-
te idoneitatem: puta ꝙ ſit confeſſus ⁊ contritus: cũ conditionis impletione quã
indulgentie habent. Et tertio cauſam conceſſionis legitimam: claue ſcз non errã
te: neq; chriſto reprobante. Ubi non certa ⁊ euidẽs noticia requiritur: ſed eſtima-
tio bone fidei: ⁊ probabilis coniectura: quẽadmodum in diſtributione theſauri
materialis de fiſco regio ⁊c. diſtributor attẽderet. Hec Gerſon. ¶ Et Adrianus Nota.
papa. 6. ſuper. 4. ſen. in tractatu de clauibus. q. de indulgentijs: concluſione. 2. di-
cit. Non ſufficit in concedente auctoritas: et voluntas concedendi: ſed prerequiri
tur ſubexiſtentia cauſe rationabilis ⁊ ſufficientis. Quia ſicut non ſufficit ad re-
laxationem obligationum queſitarum ex iuramento: vel voto: ita nec in relaxa
tionibus obligationum contractarum ex delicto. In commutatione. n. voti vel
iuramenti: oportet prelatum attendere quid melius ſit: ⁊ deo magis acceptum:
et ſecundum hoc diſpenſare: vt in. c. primo: de voto et voti redemptione. Et glo.
in eodem. c. Non eſt. Quam ſequuntur omnes doctores: in verbo Adimplere
dicit. Si iuſta ſubeſt. Supra eodem. c. primo. Alias non eſt ſecurus apud deum
cũ quo papa diſpẽſat lз exceptionẽ habeat quo ad eccleſiã. Unũ in votis: et iura-
mẽtis: nõ eſt excepta volũtas pape: ſed eius auctoritas. Qđ probat Thomas. 2.
2. q. 66. ar. vltimo. Ad ſecũdũ. Quia poteſtas ei conceſſa eſt in edificationẽ: ⁊ nõ
in deſtructionẽ. Secũda ad Cor. decimo. c. Cõcluditq; ꝙ licet in dubio cum fue
rit cauſa apparens: ⁊ ſaltem in dubium verteretur: poſſit ſtari iudicio prelati diſ-

UVA. BHSC. IyR_230_1

penſantis vel cõmutatis:in manifeſtis nõ excuſaret. Cõfirmatur:qꝛ ꝑlatus : aut
papa nõ eſt dñs theſauri:ſꝫ diſpẽſator. Sꝫ qui ſciẽter capit a diſpẽſatore ſine ra-
tionabili cauſa:tenetur reſtituere in foro aīe. Ergo in ꝓpoſito:qꝛ ſolũ agitur de fo
ro dei:nihil fit. ¶ Preterea : idem vꝫ remittere penã vltra cauſe ſufficientiã:⁊ re-
mittere abſqꝫ cauſa:qꝛ q̃tũ ad idẽ excedit ſine cauſa ⁊ ſine ratiõe. Sꝫ ſine cauſa
Nota. nõ põt papa ex ſola grã:⁊ ꝓprio arbitrio remittere:vt ſupra ꝓbatũ eſt : ergo nec
ſine rationabili ⁊ ſufficiẽti cauſa. Hec Adrianus. ¶ Ex p̄dictis apparet:non eſſe
veriſimile:ꝙ prefatꝰ Adrianꝰ tot ⁊ tãtas indulgẽtias plenarias:⁊ liberatiões ani
marũ a purgatorio ꝓ leuibꝰ cauſis: ꝓut cõiter aſſeritur:cõceſſerit. Nec.n.eſt cre-
dibile:ꝙ tãtus vir:doctrina pariter ⁊ vita pollẽs:ſupra ſcriptũ debita deliberatio
ne aſſeruerit: ⁊ oppoſitũ põtifex factꝰ fecerit:vt ſibi imponere aliqui non verentur.
Ceterũ cũ de hmõi cõceſſionibꝰ:lr̃e autentice eiuſdẽ Adriani nõ oſtendãtur:eadẽ
facilitate debẽt cõtẽpni qua ꝓbãtur. Hec tñ dico: nõ vt a deuotione indulgẽtiarũ
aliquẽ retrahã:cũ potius vt ad ipſas alliciã:in colligẽdis: ordinãdis:⁊ imprimen-
dis multũ inſudauerim:ſꝫ ne dubia (ne dicã falſa) ꝓ veris admittãtur : ac ne ob
hmõi:alia opa ſatiſfactoria iuſticie diuīe omittãtur: ſicut plures omittere itellexi.
Queſtio. ¶ Querit etiam p̄fatus Caietanꝰ in dicto tractatu. q.10.an ex hoc ipſo ꝙ in bulla
exprimitur aliqđ ꝓ cauſa indulgẽtie:ſit rõnabilis cauſa tãte indulgẽtie? Et rñdet
Reſponſio. dicẽdo:ꝙ cauſa expreſſa in bulla niſi manifeſtꝰ ſit error:eſt rõnabilis: loquẽdo de
rationabili p̄ſumpto. Nã ſicut ſnīa a iudice lata:niſi errorẽ cõtineat manifeſtum:
p̄ſumitur iuſta:ita etiã cã a principe expreſſa in diſpenſationibꝰ:p̄ſumitur rõnabi
lis:niſi vt dictũ eſt:error ſit manifeſtus. Sꝫ cauſam indulgẽtie tãte expreſſam in
bulla:nõ opꝫ eſſe rationabilẽ in veritate:qꝛ papa põt in iſtis errare: cũ non ſit hec
ſentẽtia iudicialis in his q̄ ſũt fidei. Et qꝛ nõ ſolũ põt papa errare in hmõi:ſꝫ etiã
facile poteſt errare:ſicut ⁊ in alijs ſimilibꝰ actibꝰ. Hec Caietanus. Dicit tñ circa
hoc ſanctꝰ Thomas:ꝙ nõ eſt neceſſe vt ſit ꝓportio equalitatis inter cauſam in-
dulgentie:et ipſam indulgentiã. Nã ꝓ quacũqꝫ cauſa q̄ ſit ad honorẽ dei: aut bo-
nũ chriſtianitatis:ac etiã ꝓpterea vt ꝓ hmõi fiat orõ:poſſunt cõcedi indulgẽtie.
Sꝫ Adrianꝰ vbi ſupra:reſpõdẽdo ad.3.argu.dicit:ꝙ lꝫ nõ requiratur adequatio
cauſe ad remiſſionẽ pene: reqritur tñ ſufficiẽtia cauſe: ſicut in relaxationibꝰ aliarũ
obligationũ q̄ſitarũ deo:vt vꝫ preſumi poſſit deꝰ ex tali cauſa ꝑ prelatum ſinere
fieri:vel velle tãti reatus dimiſſionẽ:vt in diſpẽſationibꝰ ſuper voto ⁊ iuramẽto:
abſqꝫ cõmutatiõe. Et cũ dꝛ. Ex illa cauſa videtur beatus Thomas dixiſſe:in arbi
trio ſuperioris eſſe taxare ⁊c. Dico ꝙ hoc ꝓcederet cũ eſt inordinatio nõ ex deffe
ctu cauſe ꝓ qua indulgẽtie concedũtur:vel inſufficiẽtia eiuſdẽ : ſꝫ ex circunſtantijs
extrinſecis:qꝛ vꝫ nõ expedit hoībus vt paſſim eis indulgẽtie cõcedantur ⁊c. Et
ꝙ hec fuerit mẽs beati Thome:ꝓbat diffuſe idẽ Adrianꝰ. ¶ Et ſanctꝰ Bonauẽ-
tura. in. 4. di. 20. q. vlti. ait. Indulgẽtie tm̃ valent q̃tum ꝓmittunt:non tñ equali-
ter oībus:ſꝫ ſm̃ exiſtimationẽ eius quã habuit:vel habere debuit qui indulgẽtias
dedit. Et ſubdit inferiꝰ. Nec hoc debet aliquẽ ab indulgẽtijs retrahere : qꝛ ſemper
plus valẽt:ſi hõ ſit in charitate:q̃ valeat obſequium : vel aliud ꝓ quo indulgẽtia
cõceditur. Hec ſanctus Bonauẽtura.

Tertiũ notabile. TErtiũ notabile eſt de his q̄ in particulari cõcernũtur indulgẽtias plenarias
Queſtio. ꝓ articulo mortis cõceſſas. Et circa hoc ſolet cõiter q̄ri:an oẽs q habẽt cõ-
ceſſionẽ indulgẽtie plenarie ꝓ articulo mortis:⁊ tũc premiſſa cõtritiõe ⁊ cõfeſſio

UVA. BHSC. IyR_230_1

ne cõceditur eis hm̃oi indulgẽtia: vadãt infallibiliter ac directe ad paradiſuꝫ ſine
trãſitu ꝑ purgatoriũ? ¶ Ad hoc reſpõdet Auguſtinus de ancona: ꝓut referũt Flo- Reſponſio.
rentinus ⁊ Roſella: ꝙ aliqua quattuor cauſarũ poteſt impedire talem ne ſtatim
directe euolet in paradiſum. ¶ Primo ſi indulgẽtia lꝫ noĩetur plenaria reſtringi-
tur dicẽdo: de pnĩa iniuncta: q: tũc ſolũ erit plenaria de illo qđ ſibi impoſitũ eſt in
pniam: ⁊ nõ ampli⁹. Vñ ſi nihil fuit ſibi impoſitũ in pniam: in nullo habebit lo-
cũ talis indulgẽtia plenaria: ſequẽdo opinionẽ Caietani ſuprapoſitã ꝑmo nota-
bili. ¶ Secũda cauſa: ſi nõ cõfeſſus eſt aliqđ pctm̃ ex obliuione aut ignorãtia: qñ
in cõceſſiõe indulgẽtie eſt appoſitũ: oĩm pctõꝝ de quib⁹ fuerit corde cõtrit⁹ ⁊ ore
cõfeſſus: q: nõ haberet locũ in alijs de quib⁹ nõ fuit cõtrit⁹ nec cõfeſſus. ¶ Ter-
tia cauſa eſt: ſi poſt cõceſſionẽ indulgẽtie factã: cõmiſit aliqđ pctm̃: nã quo ad illđ
nõ põt hr̃e locũ indulgẽtia hm̃oi: q: iam p̃terijt ei⁹ virt⁹. ¶ Quarta cauſa eſt: qñ
pctõr eſt ita fix⁹ in aliquo pctõ veniali: ꝙ nullã diſplicẽtiã hꝫ de illo. Q: talis ĩ alio
ſeculo dꝫ purgari. Nã manẽte culpa: nõ põt tolli pena. Atñ aliq doctores nõ ad-
mittũt ꝑmã nec ſecũdã cãm. ſ. Florẽtin⁹: ⁊ Cardi. de turre cremata: imo dicũt: ꝙ
ſi penitẽs fecit diligẽtiã debitã ad memorãdũ ſua pctã: ⁊ de aliqb⁹ nõ potuit re-
cordari: ꝙ etiã in illis hẽbit locũ indulgẽtia plenaria. Et q̃ ad alterũ de iniunctis
penitẽtijs: dicũt debere intelligi etiã de illis q̃ iniũgi debuiſſent. Sꝫ plures docto-
res dicũt ⁊ tenẽt oppoſitũ. ¶ Quo ad tertiã cãm: oẽs cõcordãt ⁊ dicũt: ꝙ nõ dꝫ
cõcedi indulgẽtia plenaria infirmo: niſi qñ iã vult exhalare ſpũm: ita ꝙ nõ ſit in
diſpoſitiõe ampli⁹ peccãdi: ſꝫ ꝙ hñ cõtrit⁹ ⁊ cõfeſſ⁹ lucret̃ ꝑ alias vias oẽs indul-
gẽtias alias q̃s potuerit q̃uſq; veniat ad articulũ mortis. Vt pote ſi eſt fr̃ minoꝝ
dicẽdo coronas dñi nr̃i: ⁊ dñe nr̃e: ac faciẽdo ſe abſolui cũ aliq̃ q̃ttuor abſolutionũ
indeterminatarũ: qb⁹ vti pñt fr̃es ⁊ moniales mẽdicãtes qñcũq; voluerint: tñ indul-
gẽtiã cõceſſaꝫ ꝓ articulo mortis: reſeruẽt vſq; ad vltimũ pũctũ vel ꝓpe: vt ſupra
dictũ eſt. Et ꝓpter hãc cãm vr̃ p̃cipi in ordinario Romano: ꝙ tpe extreme vnctio-
nis abſoluat̃ infirm⁹. i. cõcedat̃ ſibi indulgẽtia plenaria: ſicut ſupra ĩ notabilib⁹
abſolutionũ dictũ eſt. ¶ Et eſt ſciẽdũ: ꝙ cõceſſio fr̃m minoꝝ quam ad hoc habẽt
ab Eugenio. 4. nõ dicit de iniũctis penitẽtijs: nec de qb⁹ fuerint corde cõtriti ⁊c.
ſꝫ abſolute dicit de oĩb⁹: ⁊ ideo eſt ſingularis: p̃ſertim q: addit̃ in ea: ꝙ ſi morien-
tes nõ potuerint eligere cõfeſſores: aut obliti fuerint: cõſequãtur etiã illã indulgen-
tiam. Vñ tũc papa ꝑ ſeipm̃ illã cõcedit: vt ptꝫ. o. fo. 61. et ſſo. 64. cõce. 77. Et idem
Eugeni⁹. 4. ꝑ aliã cõceſſionẽ: qua nõ pñt vti niſi illi fr̃es qui ſingulis ſeptimanis
vni⁹ anni dixerint ſemel pſ̃ pniales: addidit duo circa p̃dicta. Vnũ: ꝙ. ſ. habeat
locũ in oĩb⁹ de quib⁹ corde cõtrit⁹ ⁊ ore cõfeſſus fuerit quis in gñe vel in ſpecie:
ac etiã in oblitꝫ. Et ꝑ hoc remouet̃ opinio cõtraria ſuprapoſita. Alterũ qđ addit̃
eſt: ꝙ ſi infirm⁹ ſupuixerit cui cõceſſa fuerit indulgentia plenaria: reſeruet̃ ſibi pro
vero articulo mortis. Et ſic vtẽdo iſta cõceſſione: nõ eſt op⁹ vt cõfeſſor dicat poſt
cõceſſionẽ indulgẽtie: ꝙ ſi de illa infirmitate nõ obierit: reſeruetur ſibi ꝓ vero arti-
culo mortis: q: papa hoc fecit in hac cõceſſione. Et notandũ ꝙ hec duo ſupradi-
cta in nulla alia cõceſſione habem⁹: et ſunt magni effect⁹. Et ideo quilibet hñ me-
rito ꝓ his deberet aſſumere laborẽ dicẽdi pſ̃ pniales: ſicut ſupradictũ eſt: ac ꝓut
habet̃. o. fo. 62. et ſſo. 65. cõce. 86. Nã ꝓ indubitabili hr̃ apud oẽs aliqđ ſciẽtes:
ꝙ ſi papa in cõceſſione indulgentie hm̃oi non dicit ꝙ reſeruetur ꝓ vero articulo
mortis: ſꝫ abſolute ꝙ cõcedit indulgẽtiã plenariã ꝓ articulo mortis: intelligitur

UVA. BHSC. IyR_230_1

de articulo mortis preſumpto: ſcilicet quando credendo ꝙ infirmus moreretur
datur ſibi a confeſſore: ⁊ tunc ſortitur effectum ſuū: ⁊ finitur eius virtus. Dicūt
tamen aliqui: ꝙ ad hoc vt in articulo mortis preſumpto non ſortiatur effectum:
nec finiatur ſua virtus: ſed maneat pro vero articulo mortis: remedium eſt: ꝙ cō-
feſſor dicat poſt conceſſionem huiuſmodi indulgētie. Et ſi de hac infirmitate: vel
hac vice non obieris: reſeruetur tibi pro vero articulo mortis. Et ita ponitur com
muniter in formularijs abſolutionum. Sed ego nunꝗ̄ reperi aliquem doctorem
dicentem ſic poſſe fieri prefatam reſeruationem a confeſſore quādo papa non fa-
Queſtio. cit. Et tunc non eſt opus: ꝙ confeſſor illam faciat. ¶ Item circa ſupradictam ma-
teriam indulgentiarum ſolet queri: ſi aliquis habet plures bullas ⁊ confeſſiona
lia vbi conceditur indulgentia plenaria pro articulo mortis: an proſint amplius
Reſponſio. plures ꝗ̄ vna? ¶ Ad hoc reſpondetur: ꝙ preſuppoſito ꝙ clauſule ſint equales: ⁊ ꝙ
omnes reſeruauit papa pro vero articulo mortis: non proſunt magis plures ꝗ̄
vna: Ratio huius eſt: quia cum non ſit niſi vnicus verus articulus mortis: ⁊ ple
naria totum comprehendat: non operantur plures magis ꝗ̄ vna ipſarum. Naꝫ
virtute vni⁹ plenarie remittitur pena tota. Sꝫ ſi papa nō reſeruaret ꝓ vero arti-
culo mortis: cum poſſint eſſe plures articuli mortis preſumpti in pluribus infir-
mitatibus: tunc vna prefatarum bullarum poſſet proficere pro vno articulo mor-
tis preſumpto: ⁊ altera pro alio: et qualibet vice qua credebatur infirmum mori-
turum conſequetur vnam indulgentiarum ſibi conceſſarum. Et illa amplius non
deſeruiet: immo tanꝗ̄ anihilata poteſt rumpi bulla in qua continebatur illa con-
ceſſio: aut ſignari tanꝗ̄ ſuum ſortita effectum. Et ad hunc effectum non debet di-
cere confeſſor quando indulgentiam cōcedit in articulo mortis preſumpto: ꝙ ſit
reſeruata pro vero articulo ſi tunc ſuperuixerit: ſed ſolum deberet ſic dicere quan
do non remaneret infirmo altera bulla continens huiuſmodi indulgentiā. Tunc
enī tenendo: ꝙ ſit valida reſeruatio facta per confeſſorem: debet illam facere: vel
aduertere ſi infirmus habeat aliquā indulgentiam quam papa reſeruet pro vero
articulo mortis. Et ſi habet: dimittat eam: ſeu reſeruet: et diſtribuat alias quando
acciderint articuli mortis preſumpti. Unde fratres minores: quibus per multos
ſummos pontifices ſunt conceſſe plures indulgētie plenarie pro articulo mortis:
quarum nulla reſeruatur pro vero articulo mortis: niſi illa Eugenij pro qua conſe
quenda oportet dicere ps. penitentiales: vt ſuperius dictum eſt: poterunt in quali
bet infirmitate mortali gaudere vna illarum indulgentiaruꝫ. ¶ Sed hic occurrit
Queſtio. dubium: qđ ſit dicendū de indulgētijs conceſſis predictis fratribus a pluribus
ſummis pontificibus pro ſemel in vita: vtrum ſcilicet poſſit eis concedi toties
quoties a varijs pontificibus eſt conceſſa? Ut exempli gratia: ſi alicui fratri con-
ceſſa eſt ſemel indulgentia virtute bulle date per Eugeniuꝫ pro ſemel in vita: ſi po
Reſponſio. terit poſtea dari ſibi altera indulgentia virtute conceſſionis Sixti: ⁊ ſic de alijs?
Dico: ꝙ iſtud videtur habere pro et contra: et indigeret declaratione: quia licet
non ſit dubium: ꝙ ille qui vſus eſt conceſſione Eugenij ſtatim vt ille conceſſit: poſ
ſet vti poſtea conceſſione Sixti: et ſic de alijs ſucceſſiue ſuperuenientibus. Sed eſt
dubium: vtrum qui nunc intrauit religionem et inuenit factas omnes illas con-
ceſſiones: poſſit gaudere ſingulis ipſarum ſucceſſiue.
¶ Ultimo circa hmōi materiam eſt aduertendū ⁊ notandū: ꝙ licet alicui in vero
articulo mortis: aut poſt mortē ſit conceſſa indulgentia plenaria: non propterea

UVA. BHSC. IyR_230_1

debent ōmitti facere pro eo ſuffragia quecunqꝫ fieri potuerint: propter multa.
Primo: qꝛ poſſibile eſt: ꝙ interuenerit aliquis defectus ꝓpter quē non ſit conſe-
quutus indulgētiā. Secundo: qꝛ licet ſit iā in celo: conſequitur tñ ex ſuffragijs pro
ſe factis nouū gaudiū accidentale: tā ratiōe honoris qui in ijs deo exibetur: q̃ ra-
tione vtilitatis ſpiritualis quā lucrantur facientes: ⁊ anime exiſtentes in purgato-
rio. Et adhuc dicit Gabriel: ꝙ magis vtile eſt anime liberari per miſſas ⁊ alia ſuf-
fragia: licet amplius detineatur in purgatorio: q̃ per indulgentias citius extrahi
inde: qꝛ quando non fiunt ſuffragia ꝓ anima: perdit gaudiū accidentale quod de
illis habuiſſet: quod incōparabiliter valet magis q̃ proſit liberatio citius facta ꝑ
viam indulgentiarū. Sed vt vtrūqꝫ conſequatur anima: oportet facere vnū: ⁊ alte-
rum non ōmittere. Ac ſimiliter ꝓ hmōi animabus ſemper debent aſſumi bulle li-
berationis quando veniunt: et alie indulgentie illis applicari: quia ſemper ꝓſunt
eis: vt dictum eſt. Et ſimiliter proſunt viuis ad multa alia bona: dato caſu: ꝙ non
indigerent indulgentijs.

Quartum notabile eſt de ijs que oportet facere ad lucrādū indulgentias con- Quartū notabile.
ceſſas viſitantibus aliqua loca fratrū: ſeu eccleſias. Et quo ad hoc dico: ꝙ
ſufficit: ⁊ non requiritur aliud: niſi ꝙ exiſtendo in ſtatu gratie: qualibet vice excite-
tur deuotio viſitantis: ⁊ dirigatur intentio ſua ad glorificandū deum datorē tan-
torum beneficiorū: exorando eū humiliter vt dignetur facere participē indulgentia-
rum ibi conceſſarū: ⁊ oret ꝓ conſeruatione ſpirituali ſtatus eccleſie: ac ſummi pō-
tificis cuius medio placuit diuine maieſtati concedere indulgentias. Et non opꝫ
curare de numero dierū vel annorū indulgentie: qꝛ dñs qui certiſſime nouit oīa: di-
minuet de numero penarū debitarum conformiter ad numerum certū indulgen-
tiarum conſequutarū. ¶ Sed aduertere oportet: ꝙ ſeculares nō lucrātur oēs in- Pro ſecularibus.
dulgentias conceſſas ꝓ viſitatione noſtrarū eccleſiarū cū ſola viſitatione ⁊ orō-
ne ſupradicta: qꝛ in conceſſione multarum ex ipſis poſitum eſt: ꝙ porrigant ma-
nus adiutrices. Et qꝛ in noſtris eccleſijs non poteſt recipi eleemoſina pecuniaria:
conceſſum eſt per Iuliū ſecundū: ꝙ hmōi eleemoſina poſſit fieri de pane ⁊ alijs
rebus neceſſarijs victui et veſtitui fratrū: vel reparationi ſuarū domorū. Et ideo
ad certius lucrādū oēs hmōi indulgētias: oporteret facere aliquā eleemoſinam in
qualibet viſitatiōe: vt defferēdo panē vel oua: et conſimilia. ¶ Quo ad fratres ve- Queſtio.
ro videtur querendū: vtrū indulgentias conceſſas viſitātibus ſua monaſteria ſeu
eccleſias: poſſint ipſi fratres ibi habitātes eas ꝓmereri? ¶ Ad hoc videtur reſpō- Reſponſio.
dere felinus in ſermone quē fecit de indulgentijs: vbi ait ſic. Quid autem de cleri-
cis cōmorantibus vbi conceditur indulgentia: et diuina officia celebrātibus? Re-
ſpondet ſolus Nicolaus de lira in ſuis quotlibetis: ꝙ ſi conceditur indulgētia ve-
nientibus ⁊ benefacientibus illi loco: et aliud non dr: non participant ipſi de indul-
gentia: qꝛ non videtur intentus dantis dirigi ad hoc: ſed vt alliciat ad deuotionē
illius loci: ⁊ ſubueniatur adminiſtrātibus vt poſſint ſeruire eccleſie. Hec ille. Sꝫ
Leo. x. conceſſit fratribus minoribus: vt indulgentias q̄ generaliter cōceduntur
porrigētibus manus adiutrices: poſſint etiam ſi ſint plenarie illas promereri di-
cendo quinquies Pater noſter ⁊ Aue maria ꝓ felici ſtatu pape et eccleſie Ro-
mane in locis vbi ſunt conceſſe: vel in eccleſijs monaſteriorum ſuorum. Ex qua cō-
ceſſione videtur ſatiſfactum ſupradicte interrogationi quo ad fratres minores:
non obſtantibus ijs que a felino referuntur. Ad idē etiam facit conceſſio Car-
tuſienſium: ſupra poſita in dictione Indulgentie ſtationum quo ad fres. §. 17.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Quintũ notabile.

Quintum notabile eſt de multis diuerſitatibus perſonarũ que gaudere poſ-
ſint indulgentijs conceſſis fratribus minoribus ⁊ alijs mendicantibus.
Circa ꝙ eſt notandum. ¶ Primo: ꝙ omnes indulgentias cōceſſas fratribus lu-
crantur oēs moniales ſuorũ ordinũ: ſeu que viuũt ſub eoꝝ obediētia: etiam ſi ſint
tertij ordinis. Et idem de alijs tertiarijs vtriuſqꝫ ſexus: hoc excepto: ſi aliqua con-
ceſſio reperiretur que diceret: ꝙ illa non gauderent niſi in cōmuni viuentes: q2 tali
non gauderent illi qui in ꝓprijs domibus viuunt: dũ tñ hmōi conceſſio eſſet fa-
cta poſt Innocentiũ octauũ: q2 de factis vſqꝫ ad tēpus illius: etiā ſi haberent pre-
dictam reſtrictionē: oēs poſſunt vti: ꝓpterea q2 idem Innocentius oēs tertiarios
equiparauit: vt patet fo.64.et ffo.69.conce.146. Fundatur autē ſupradicta cōica-
tio: in mari magno cuiuſlibet ordinis mendicantiũ: ⁊ in bulla aurea: etiā quo ad
tertiarios: ⁊ in alijs priuilegijs fratrũ et monialium. ¶ Secundo gaudent eiſdem
priuilegijs: donati fratrum: vt patet fo.97.et ffo.180.cōce.427.et ffo.289.cō.626.
¶ Tertio familiares ⁊ ſeruitores monaſteriorũ lucrātur oēs indulgentias vrbis
Rome etiā plenarias dicēdo in eccl'ijs fratrũ quinquies Pater noſter ⁊ totidē
aue Maria: ſicut patet.fo.63.et ffo.67.conce.123. Et adhuc Leo.10. cōceſſit ſupra-
dictis expreſſe indulgētias ⁊ grās ſancte Marie de populo: vt habetur. ffo.56.
cōce.157. Poſſunt etiā predicti abſolui ſemel in vita ⁊ in mortis articulo: ⁊ con-
ſequi indulgētiaꝫ plenariā: vt ptꝫ fo.64.et ffo.68.cōce.131. Itē per priuilegia Mi-
nimorum eſt cōceſſum: ꝙ famuli domoꝝ ſui ordinis: necnō ⁊ ceteri eiuſdem ordi-
nis habitũ portātes: ⁊ in articulo mortis ī dictis domib⁹ ſepulturā eligētes: om-
nibus ⁊ ſingulis priuilegijs ordinis minimorum huiuſmodi quomodolibet con-
ceſſis gaudere libere ac licite valeant. B. ffo.8.conce.22. Hec videtur magna cō-
ceſſio: ſꝫ qualiter debeat intelligi: ⁊ quomodo praticetur: oporteret inquirere a fra-
tribus prefati ordinis. Item ſeruitricibus monialium eſt conceſſum: ꝙ lucrentur
indulgentias in eccleſia exteriori.o.fo.63.et ffo.67.conce.124. Et ſimiliter fuit eiuſ-
dem cōceſſum: ꝙ poſſint lucrari predictas indultias in alijs eccleſijs vbi eas adeſ-
ſe contigerit quand vadunt ꝓ eleemoſina.o.fo.64.et ffo.68.conce.139. Ex hoc
videtur aliquibus poſſe inferri: ꝙ ſimili modo ſeruitores fratrum poſſunt quan-
do ſint extra monaſteria lucrari indulgētias. Et videtur ita eſſe ꝓpter communi-
cationem priuilegiorũ ⁊c. Supradictũ de ſeruitoribus et ſeruitricib⁹ eſt indubi-
tabile: qñ ſeruiunt amore dei: ſed ſi ſeruiant ꝓpter ſalariũ: dubiũ vr ꝙ lucrentur ali-
quid in ſpūalibus: cũ velint ſibi ſatiſfieri in temporalib⁹. Aliqui dicunt: ꝙ in om-
nibus habeat locũ: et fundantur in hoc: ꝙ cōceſſiōes abſolute dicũt: ꝙ ſeruitores
fratrũ vel eoꝝ familiares gaudeant ⁊c. non diſtinguēdo de ijs qui ſeruiunt ꝓ ſa-
lario: vel ꝓpter deũ. Et ſic vſqꝫ nec nos diſtinguere debeamus. Et hic intellectus
eſt pius: et forte eſt verus. Et q2 iam cepimus hic loqui de ſeruitoribus fratruꝫ: di-
camus oia q̄ inueniuntur eis conceſſa: et ſunt ſequentia. Poſſunt fratres quib⁹
ſeruiũt: miniſtrare illis ſacramēta: et eccl'iaſticā ſepulturā: ⁊ admittere illos ad di-
uina tpe interdicti: vt ptꝫ in mari magno. Et extēdit hoc leo.10. dicēs: ꝙ nō teneā-
tur fratres euitare laborātes in ſuis domibus: etiā ſi eis ſoluatur ſalariũ: ꝓ tēpore
quo laborauerint. Et Eugenius.4. cōceſſit eiſdem: ꝙ ſi recitauerint pſ. penitētia-
les ſemel in qualibet hebdomada per anni circulũ: illi qui ſciunt legere: et qui neſ-
ciunt legere dixerint aliquas orationes aſſignatas per ſuos cōfeſſores: poſſint pre-
lati ordinis: aut confeſſores per eos deputati: illos abſoluere toties quoties ab
omnibus caſibus reſeruatis epis: ſeu ab omnibus non reſeruatis pape. Itē poſ

Margin notes: Pro monialibus. — Pro tertiarijs. — Pro ſeruitoribus: ⁊ familiarib⁹ frm.

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſſint eos abſoluere ab omnibus excõmunicationibus quas ꝑ ignorantiã incur-
rerunt: vel per inaduertentiam. Et poſſunt vti ſupradictis a tẽpore quo ceperint re
citare pſ. ſeu orationes de quibus ſupra. o. fo. 61. et ffo. 64. conce. 85. Verũ tñ ſi cõ
ceſſio minimorũ ſuperiꝰ poſita intelligitur ⁊ praticatur de hmõi ſeruitoribꝰ: ꝓut
lr̃a videtur ſonare: non eſſet opus prefatis conceſſionibus particularibus: ex quo
per illam dãtur eis omnia priuilegia religiõis. ¶ Quarto ſyndici fratrũ: et ſubſti- Pro ſyndi-
tuti illoꝝ: et patres: ⁊ vxores: ⁊ filij: ac ffes vtriuſqꝫ ſexus lucrantur oẽs indulgen- cis.
tias vrbis Rome dicẽdo in eccl'ijs fratrũ quinquies Pater noſter et Aue Ma-
ria. o. fo. 65. et ffo. 70. conce. 162. ¶ Quinto medici ordinarij fratrũ lucrantur idẽ Pro medi-
quod ſyndici. o. ffo. 70. conce. 177. ¶ Sexto cõceſſum eſt minimis: ꝙ cõſeruatores cis ordiarijs
quos capitulariter acceperint: ⁊ vt verbis ſuoꝝ priuilegioꝝ vtamur: tutores ⁊ tu- Pro cõſer-
trices: ac ꝓcuratores: ⁊ eorũ filij: conſequantur ſemel in vita ⁊ in mortis articulo uatoribus.
indulgentiã plenariam. Et dicẽdo quinquies Pater noſter et Aue maria in ſuis
eccl'ijs corã ſacramento altaris: lucrantur ſtationes alme vrbis. ¶ Septimo con Pro funda-
ceſſum eſt eiſdẽ minimis: ꝙ illi qui fundauerint: ſeu edificauerint eorũ domos: et toribꝰ conue-
filij ipſoꝝ gaudeant oibus priuilegijs: exẽptionibꝰ: ⁊ indulgẽtijs ſui ordinis inte- tuum.
gre. B. ffo. 9. cõce. 31. ¶ Octauo ꝓcuratoribꝰ ⁊ aduocatis qui laborãt in iudicijs
pro defenſione ordinis: ſunt cõceſſi ꝓ quolibet anno cẽtũ anni indulgentie. o. ffo. Pro aduo-
260. cõce. 663. Et ꝓ cõcluſione cõceſſorũ officialibꝰ religionũ: dico: ꝙ ꝓcuratores catis: ⁊ ꝓcu
et negocia gerẽtes: ⁊ aduocati fratrũ ac monialiũ et tertiariorũ: tam viri ꝗ̃ mulie ratoribꝰ frm
res poſſunt tẽpore interdicti admitti per ffes ad officia diuina vbicũqꝫ ea celebra
uerint: ꝓut cõtinetur in mari magno mendicãtiũ. Et ſpecialiter hoc ꝙ additur de
aduocatis: habetur in mari magno Carmelitarũ. ¶ Nono: nouicij ordinis no- Pro noui-
ſtri habentes intentionẽ perſeuerandi in religione: gaudent ꝑuilegijs quo ad hoc cijs ordinis.
vt poſſint abſolui ab oibus peccatis ⁊ cenſuris: ⁊ vt valeat concedi eis indulgen
tia plenaria ſemel in vita ⁊ in mortis articulo: licet moriãtur ante emiſſionẽ pro-
feſſionis. Ac ſimiliter gaudẽt conceſſione Eugenij. 4. facta illis qui per anni circu
lum qualibet hebdomada dicunt pſ. penitẽtiales: a tẽpore quo inceperint dicere:
prout ſupra declaratum eſt. Sed vtrum poſſint gaudere reliquis priuilegijs: non
reperitur expreſſum. Immo videtur: ꝙ caſus excepti firment regulam in contra-
rium: ita vt non gaudeant: niſi de illis que in particulari reperiuntur eis conceſſa:
que ſunt ſuperius poſita. Verũtamẽ videtur pie teneri poſſe: ꝙ gaudeãt oibꝰ pri-
uilegijs ſicut donati. Nã nouicij poſſunt dici donati: cũ iam mutauerint habitũ
ſecularem: ⁊ habeãt ꝓpoſitũ perſeuerandi in perpetuũ. Et ſaltem quo ad ſtatio-
nes ⁊ indulgentias vrbis Rome: videtur non eſſe dubitandũ: ex quo ſeruitoribꝰ
fratrum ſunt conceſſe: ⁊ nouicij per totũ tempus probationis nihil aliud faciant:
niſi ſeruire fratribꝰ. Et adhuc vr̃ iſtud fundari per cõicationẽ priuilegioꝝ monia
lium ſancte Clare: quarũ nouicijs expreſſe cõceſſum eſt ꝙ poſſint lucrari ſtatiões:
et indulgentias vrbis Rome. o. ffo. 261. conce. 677. et. 678. Non tñ facit ad hunc
propoſitũ in fauorem nouiciorũ quod dicitur in. c. Religioſi. de ſententia excom
municationis. li. 6. vbi conceditur nouicijs vt qui manus violẽtas eis iniecerit:
ſit excõicatꝰ: q2 eſt caſus particularis. Et ſic patet q̃ ꝑſone: ⁊ qualiter poſſint gau-
dere priuilegijs ⁊ indulgẽtijs cõceſſis ffibꝰ. Nã abſqꝫ aliquo dubio poſſunt gau-
dere oibus ſupraſcriptis oẽs moniales q̃ viuũt ſub obediẽtia frm: etiã ſi ſint ter-
tij ordinis: necnõ ⁊ alij tertiarij in ꝓprijs domibꝰ habitãtes: ⁊ donati: ac ſeruito-
res: ſeu familiares fratrũ. Alie aũt ꝑſone prefate: vt ſyndici: ⁊ medici: ⁊ cõſeruato:

UVA. BHSC. IyR_230_1

res ⁊c. poſſunt gaudere ꝓut ſuperius expreſſum eſt: et nō amplius. ¶ Verūtamē virtute conceſſionis fratrū ordinis ſanctiſſime Trinitatis: q̄ habetur in dictione Cōmunicatio priuilegioꝝ. §. vltimo: multe alie perſone poſſunt gaudere indulgentijs prefatis: ſaltē non plenarijs. ſ. eligentes ſepeliri eccleſijs fratrū: ⁊ facientes eis aliquā eleemoſinam: deferenteſq; eorum habitum: ac germani: ſeu hoſpitantes fratres propter deum.

Sextū notabile.

SExtum notabile eſt circa declarationem cuiuſdā dubij. ſ. vtrū in eodem die poſſint lucrari ſtationes ⁊ alie indulgentie toties quoties quis voluerit recitando orationes: vel viſitando loca ⁊c. Ad hoc reſpondetur ſcdm doctores: preſertim ſm Thomā in. 4. di. 20. ꝙ indulgētie perpetue: ſicut in ſancto Petro vrbis Rome: ⁊ alijs ſimilibꝰ eccleſijs: vel ſicut ī ſancto Sepulcro: vbi vt inquit Florentinus: et Cardi. de turre cremata aſſeritur: ꝙ eſt ſemper indulgentia plenaria: tales indulgētie perpetue poſſunt lucrari toties quoties. Sed indulgentie q̄ ſunt temporales: vt ſtationes q̄ habēt in anno ſuos dies determinatos: ille nequeūt lucrari niſi ſemel quolibet die. licet non deſint aliqui doctores: vt refert Angelus in ſumma: qui dicūt ꝙ etiā indulgētie temporales poſſunt lucrari toties quoties in die ſuo faciēdo opus ꝓ quo cōcedūtur. Et ſic praticatur in ſancta Maria de portiuncula ſeu angelorū apud Aſſiſium: vbi quoties in die ſue dedicationis a ꝑmis veſperis vſq; ad ſecūdas ingrediūtur illam eccl'iam: totiēs credūt firmiter: ꝙ lucrantur indulgētiam. Poſſet tñ dici: ꝙ ibi forte habetur ad hoc ſpecialis conceſſio: q: etiam ibidē faciūt aliud inſuetū alibi. ſ. applicare indulgētiam viuis et defunctis. Eſt tñ notādum ſecundū Felinū: ꝙ etiam vbi ſunt indulgentie perpetue: ſi quis non faceret aliud niſi intrare ⁊ exire eccl'iam: non lucraretur qualibet vice indulgētiam: q: hoc plus videretur illuſio q̄ȝ deuotio. ¶ Sed quidquid ſit de hoc: tñ cū Rome in multis eccl'ijs ſint indulgētie perpetue: lucrabitur illas religioſus toties quoties qualibet die dixerit quinquies Pater noſter ⁊ Aue maria: iuxta conceſſionē Sixti. 4. Et ſi dixerit ſexies cū Gloria patri: toties quoties dixerit lucrabitur etiam indulgētias perpetuas q̄ ſunt in locis ſanctis Hieruſalē: ⁊ ſancti Jacobi in cōpoſtella: virtute cōceſſionis Leonis decimi. Et ſi dixerit alia quinq; Pater noſter ⁊ Aue Maria ꝓ indulgentijs cōceſſis viſitantibus noſtras eccleſias: ſimiliter toties quoties illa dixerit: ⁊ eaſdem eccleſias viſitauerit: lucrabitur huiuſmodi indulgentias virtute conceſſionū ſuperius poſitarum.

De indulgētijs ꝑpetuis: ⁊ tēporalibꝰ.

Septimū notabile.

Pro ſecularibus.

SEptimū notabile eſt alterꝰ dubij circa hmōi materiā indulgētiaꝝ deciſiuū: ſcȝ vtrum ſeculares virtute bullarū cruciate: aut fabrice ſancti Petri: et conſimilium: poſſint lucrari indulgentias plenarias vrbis Rome? ¶ Et primo videtur ꝙ ſic: q: in ſummario quod dari ſolet accipiētibus hmōi bullas continentur plurime indulgētie plenarie: ⁊ aſſeritur ꝙ poſſunt lucrari. ¶ Cōtrarium tamen eſt rei veritas: quia in bullis originalibus nō fit penitus mētio de talibus indulgentijs plenarijs: ſed ſolum de ſtationibus: aut indulgentijs abſolute non expreſſando plenarias: ꝓut requiritur neceſſario ad hoc vt promereri valeant. Sic eñ ponitur in quadā regula cācellarie apl'ice: ⁊ ſic etiam habet ſtylus curie Romane. ¶ Facit etiam ad hoc illud cōmune dictum iuriſtarū. ſ. ꝙ bulla pape tantum valet q̄ntum ſonat. Sed in prefatis bullis nō eſt aliquis ſonus de indulgētijs plenarijs vt dictum eſt: ergo ⁊c. ¶ Patet ſimiliter ſupradictū: q: in predictis bullis conceditur expreſſe indulgētia plenaria ſolum pro ſemel in vita ⁊ in mortis articulo. Fruſtra autem de iſtis duabus indulgentijs plenarijs fieret ſolū mētio expreſſa:

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſi verū foret q̄ papa concederet tot indulgētias ſicut cōtinentur in ſummario. ¶ Idem patet: q2 vt eſt notum apud curiales: ſeu ſcientes aliquid de rebus curie Romane: nō poteſt ibidem obtineri vna indulgentia plenaria p̄ vna eccl'ia: ſeu capella extra vrbē niſi pro multis centenarijs ducatorū. Nō eſt ergo veriſſimile: aut rationi conſonū: q̄ p̄ duobus argenteis concederetur tāta multitudo indulgentiarum plenariarū ſicut habetur in predicto ſummario. ¶ Nec obſtat in contrarium adductū de ſummario: q2 hmōi ſummarium nō continetur in bulla originali: nec pōt inde vere extrahi: ſed illud cōponitur p̄ libito: lucri cauſa: a queſtoribus ſeu cōmiſſarijs bullaꝝ. Item hmōi ſummario nulla eſt adhibēda fides: q2 continet multa falſa: et ſatis manifeſta. Ponuntur.n.ibi multe indulgentie que non habētur Rome. Vt exēpli cauſa: in feſto Expectationis: ſeu beate Marie de la.o. De quo feſto nō eſt aliqua memoria Rome. Idē de feſto dedicationis portiuncule: vel ſancte Marie angeloꝝ apud Aſſiſium. Et ſic de alijs ibi contentis: que licet ſint conceſſa fratribus vbicunq̄ exiſtentibus: non tamen ſecularibus ratione bullarum predictarum.

## ¶ Infirmi fratres.

Quāuis omnes conceſſiones que reſpectu fratrum infirmātium facte reperiuntur: ſub varijs dictionibus huius Cōpendij (velut in ſuis proprijs locis ponantur) tamen ne hmōi fratres grauentur in querendis que ad ipos attinent: viſum eſt ponere hic omnia illa inſimul adunata: put ſequuntur. Collector.

Martinus. 5. Eugenius. 4. Nicola9. 5. Calixtus. 3. Pius. 2. ac Sixtus. 4. conceſſerunt omnibus fratribus mino. de obſer. indulgentiam plenariā in articulo mortis. Et Eugenius ſolus addidit: q̄ ſi occurrerit caſus q̄ non poſſint confiteri: etiam tunc conſequantur predictam indulgentiaꝫ: ſi ſunt in ſtatu gratie. b. ffo. 71. conce. 185. Et fo. 62. et ffo. 64. conce. 77. 1 Indul. ple.

Sixtus. 4. conceſſit: q̄ fra. mi. non potentes ieiunare bono modo p̄pter infirmitatē: vel debilitatē: nō teneātur. o. fo. 62. Et ffo. 66. cō. 99. 2 Ieiunium.

Innocentius. 8. cōceſſit: vt fratres infirmi in ſuis infirmarijs: ⁊ cellis: ⁊ etiā lectulis (quādo cōmode aliter dicere nō poſſunt) valeant p̄mereri indulgentias ſtationū: ⁊ alias nobis conceſſas in noſtris eccleſijs: dicendo quinquies Pater noſter: ⁊ Aue maria pro intentione: ⁊ propoſito illius indulgentie. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 160. Et ffo. 10. conce. 390. 3 Stationes. Indulgētie.

¶ IDEM Innocentius fecit quādam conceſſionē pro monialibus infirmis: q̄ habetur infra in dictione Ingredi monaſteria monialium. §. 25. 4 Pro mon.

Leo. 10. cōceſſit: q̄ fratres infirmi: ac ſenes in decrepita etate cōſtituti: poſſint lucrari indulgentias conceſſas dicentib9 coronas dñi noſtri Ieſu chriſti: ⁊ matris ſue: dicendo vnū pſalmū: vel hymnū beate virginis: aut dñi noſtri: quia tales non ſemper poſſunt dicere tot. O. ffo. 60. conce. 181. 5 Indulgentie coronarum.

¶ IDEM Leo: quia fuit ſibi expoſitū: q̄ aliqui fratres ſcrupuloſi (quādo ſunt infirmi (fere nunq̄ poſſunt: nec ſciunt ſe determinare qn̄ licite poſſunt dimittere dicere horas canonicas conceſſit: q̄ ſiue p̄pter febrē: aut dolorem intenſum: vel aliam infirmitatem fratres fuerint grauati: ſatiſfaciant dicendo pro horis canonicis. ps. hymnos. Pater noſter. Aue maria: vel alia iudicio prelati: ſeu preſidentis loci: aut conuentus aſſignāda. Et hoc qn̄ medicus corporalis (ſi cōmode po- 6 Officiū diuī.



UVA. BHSC. IyR_230_1

fuerit haberi) dixerit eſſe nociuum infirmo. O. ffo. 59. conce. 171.

7 ¶ IDEM Leo fecit aliam cõceſſionẽ pertinentem ad moniales infirmas: q̃ po-

Pro moniali-bus infirmis. nitur infra in dictione Ingredi monaſteria monialium. §. vltimo.

¶ Ex priuilegijs monachorum ſancti Benedicti.

8 **Eugenius.** 4. cõceſſit: q̧ quilibet ꝓ tẽpore abbas: prior: ſiue prelatus cu-
iuſlibet monaſterioꝝ ſancti Benedicti cõgregationis Hiſ-
panie: poſſit libere diſpenſare cũ oĩbus ⁊ ſingulis p̃ſentibꝰ ⁊ futuris monachis

Diſpenſatio officij diuini. quorũcunq; monaſteriorum hmõi qui ſine tedio nõ poſſint dicere horas canoni-
cas: q̧ tẽpore infirmitatis: vel poſtq̃ conualuerint: loco horarũ ac officioꝝ ad q̃
alias tenentur: dicant aliquid certũ ad arbitriũ ipſorum monaſterioꝝ ſuperiorũ:
et non teneantur ad aliud officiũ canonicũ. Ac cũ prelatis ipſis: ſimili modo quili-
bet preſbyter monachus: per quẽuis eoꝝ eligendus: etiã diſpẽſare poſſit. o.

9 ¶ IDEM Eugenius reperitur alibi conceſſiſſe: q̧ monachi infirmi qui horas

Officiũ diui-num. canonicas infirmitatis cauſa cõplere vel recitare nequiuerint: vt qualiter ad eas
teneantur maneat in arbitrio prioris. b.

10 ¶ IDEM Eugenius fecit aliã conceſſionẽ ꝓ infirmis: q̃ poſita eſt ſupra in di-

Indulgẽtie. ctione Indulgentie non plenarie quo ad fratres. §. 13.

¶ Ex priuilegijs fratrũ ſancti Hieronymi.

11 **Martinus.** 5. cõceſſit: q̧ fratres ſancti Hieronymi dũ fuerint infirmi: ⁊

Officiũ diui. etiam ſenes: ⁊ valitudinarij qui tenẽtur ad horas canonicas:
ſatiſfaciant recitando aliquos pſ. vel id qđ ſuis cõfeſſoribꝰ viſum fuerit. o.

12 **Eugenius.** 4. cõceſſit: q̧ frẽs infirmi vel ſenes: aut alias inualidi ordinis

Officiũ diuĩ. Nota. ſancti Hieronymi qui horas canonicas nõ poſſunt dicere:
ſatiſfaciãt dicẽdo illud quod prior vel vicarius: vel confeſſor eis aſſignauerit. o.

13 ¶ IDEM Eugeniꝰ cõceſſit: q̧ religioſi infirmi: ſeu debiles ordinis ſancti Hie-

Officiũ diuĩ. ronymi: ſatiſfaciant de horis canonicis ad quas tenentur: audiendo eas ab alio
vel ab alijs recitari. o.

14 ¶ IDEM Eugenius cõceſſit: q̧ fratres nõ in ſacris cõſtituti: qui ante monaſte-

Pro frĩbus medicis: vel chirurgijs: rij ingreſſum in medicina vel chirurgia erãt periti: poſſint de prioris licentia illas
ſtudere ⁊ praticare: ⁊ medicamina adhibere fratribꝰ: ⁊ infirmis hoſpitaliũ ſuoꝝ:
alijſq; perſonis intra locum vel diſtrictũ ipſius monaſterij: gratis charitatis intui-
tu. Ita q̧ diuites nõ ſe faciant illo deferri ꝓpter talia a fratribus habenda: ſi poſ-
ſunt habere medicos aliunde. o.

15 **Nicolaus.** 5. ampliauit cõceſſionẽ ſuprascriptã concedendo: vt fratres

Pro frĩbus medicis: et chirurgijs. prefati qui nõ ſunt in ſacris quoties vocati fuerint ad aliquo-
rum curationẽ: poſſint adhibere medicamina: ⁊ phiſicã libere exercere: dũ tamen
fiat de licentia ⁊ diſpenſatione prioris. o.

## ¶ Ingredi monaſteria monialium.

¶ Diſtinctio materie infra ſcripte.

Collector. **C**Irca materiam inferius annotatam eſt aduertendum: q̧ in ea continentur
tria diuerſa. ¶ Primum attinet ad prohibitionem ingreſſus monaſterioꝝ
monialium. Et de hoc habetur in omnibꝰ. §. vbi in margine poſita eſt hec dictio
Prohibitio. ¶ Alterum pertinet ad licentiam requiſitam pro hmõi ingreſſu. De
quo reperietur vbicunq; infra ponitur in marginibus hec dictio Licentia. ¶ Reli-
quum concernit abſolutionem cenſuraꝝ incurſarum ꝓpter ingreſſum prefatum

UVA. BHSC. IyR_230_1

abſq; debita licentia. Iſtud vero continetur infra.§.21.et.22. Et in dictione Abſolutio quo ad ſeculares.2.in.§.9.⁊.10.

**Gregorius.** 9.in declaratiõe regule fratrum mi. ſuper illud. Precipio firmiter fratrib⁹ vniuerſis:ne ingrediantur monaſteria monacharũ:preter ⁊c. declarauit hoc generaliter eſſe ꝓhibitũ de quarũlibet cenobijs monialium:cũ regula nullum excipiat. Et nomine monaſterij voluit:clauſtrũ:domus: ⁊ officinas interiores intelligi.b.fo.u.tracta.3. Et ffo.2.tractatu.2. 1 *Prohibitio ꝓ fratribus.*

¶ IDEM Gregorius.9.decreuit:vt ab vniuerſis ⁊ ſingulis xpifidelib⁹ inuiolabiliter obſeruetur:ne monaſteria ſancte Clare intrent niſi in caſib⁹ expreſſis in earum regula. Et ꝙ qui contrariũ preſumpſerint:excõmunicationis ſententiam incurrant.G.fo.48.Et ffo.132.conce.296. 2 *Prohibitio ꝓ omnibus chriſtianis.*

¶ IDEM Gregorius.9.cõceſſit:vt fr̃es mi.deputati obſequijs monaſteriorũ monialiũ ſancte Clare habeãt liberã ingrediẽdi facultatẽ ꝓ exercẽdo monaſteriorum ipoꝝ opere:vel illis cõſeruãdis ab incẽdio:ſeu a latronib⁹ defendendis: aut confeſſor ipſaꝝ cũ fratre clerico maturo moribus ⁊ etate: ꝓ audiẽdis cõfeſſionibus eaꝝ:⁊ extrema vnctione:⁊ alijs ſacramẽtis eccl'iaſticis exhibẽdis eiſdẽ (infirmitate cogẽte) ac ꝓ ſepeliẽdis corporib⁹ decedẽtiũ ſororũ:ſcd̃m formã q̃ i ipaꝝ regula continetur.ſ.ſacerdos cũ duob⁹ socijs tm̃. Alia intromittere plures:eſt ꝓhibitũ:ex quo nõ eſt conceſſum in regula:vt pȝ intuẽti. Et declarat.§.j. pmo notabili.G.fo.48.Et ffo.131.conceſſione.295. 3 *Licẽtia pro fratribus.*

**Innocentius.** 4.in declaratione prefate regule fratrum minorum exponendo verba predicta dicit. Ingreſſum in monaſteria tãtũmodo monialium incluſarum ordinis ſancti Damiani:ſeu ſancte Clare prohibitum fore fratribus:ad que nemini licet ingredi:niſi ei a ſede apoſtolica facultas ſuper hoc ſpecialiter tribuatur. Et nomine monaſterij:clauſtrum:domos: ⁊ officinas interiores voluit comprehendi. Ad aliarum vero cenobia monialium dicit: ꝙ poſſunt ſicut ⁊ alij religioſi ad predicandum:ſeu petendum elemoſinam: aut pro alijs honeſtis ⁊ rationabilib⁹ cauſis accedere:ac intrare:quibus a ſuperioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate conceſſum. B.fo.3. Et.b.ffo.4. tractatu.2. 4 *Prohibitio ꝓ fratribus* *Licẽtia pro fratribus.*

¶ Aduerte ⁊ caue:ne vtaris huiuſmodi conceſſione:qꝛ parũ poſtea fuit reuocata: per Nicolaum.3.et Grego.10.vt patet infra.§.9.et.10. *Collector.*

**Alexãder.** 4.in declaratione quam fecit ſuper prefatam regulam fratrum minorum poſuit ad litteram clauſulam immediate precedentem conceſſionis ſeu declarationis Innocentij.4. Et habetur vbi ſupra ffo.5.tracta.2. 5

¶ Caue ne vtaris p̃fata cõceſſiõe:qꝛ reuocata eſt:vt infra ponitur.§.9.et.10. *Collector.*

**Urbanus.** 4.in regula quã fecit ꝓ monialib⁹ ſancte Clare ſtatuit multa circa hm̃oi ingreſſum. Et primo rubrica.7. dicit: ꝙ quando aliqua ſoror vel monialis ſancte Clare tanta fuerit corporis infirmitate detenta: ꝙ ad loquutoriũ commode venire non poſſit; ⁊ neceſſitatem habuerit confiteri: vel dominici corporis:ſeu alia recipere ſacramenta:exhibiturus huiuſmodi ſacramenta:ſcilicet confeſſor:alba: ⁊ ſtolla: ⁊ manipulo:cum duobus idoneis ⁊ religioſis ſocijs:ſvel vno ad minus alba:vel ſaltem ſuperpellicio veſtitis ingrediantur:ac morentur induti:et audita confeſſione:vel alio tradito ſacramento:ſicut in- 6 *Pro monialib⁹ infirmis* *Licẽtia igrediẽdi ꝓ confeſſore.*



UVA. BHSC. IyR_230_1

greſſi fuerint: ſic egrediantur induti: nec morā ibi faciant longiorem. Caueāt etiā:
vt q̄diu intra monaſteriū fuerint: nullatenus ab inuicē ſeparentur: quin ſemper
mutuo poſſint libere ſe videre. Sic quoq; ſe habeāt in anime commendatione.
Pro exeq̄js agendis. ¶Statuit ſimiliter: q̄ ad exequias circa ſepulturam agendas: ſacerdos nō ingre
diatur clauſtrū: ſed exterius in capella: quod ad officiū pertinet exequatur: niſi for
te abbatiſſe ꝛ conuentui viſum fuerit: q̄ ad exequias debeat introire. Et tunc mo
do ſupradicto cū vno vel duobus ſocijs intret indutus: ꝛ ſepulta mortua: exeant
Pro ſepultura apiāda ſine mora. ¶Ordinauit inſuper: q̄ ſi neceſſe fuerit: vt ingrediantur aliqui ad fo
diendam vel aperiendā ſepulturam: ſeu poſtmodū coaptandā: ꝛ abbatiſſe ꝛ con
uentui viſum fuerit hoc expediens ꝑpter imbecillitatem ſororū: ſit ſacerdoti: vel
alicui alij ad hoc idoneo ꝛ honeſto: cū vno ſocio vel duobus licitum introire. b.
fo. 285. tracta. 3. et ffo. 295. tracta. 2.
Collector. ¶Aduertendū eſt: q̄ ſi plures intrant q̄ ſuperius ſunt expreſſi: vltra peccatū mor
tale: incurrunt excōicationem papalē per Eugeniū. 4. ꝓmulgatā: ꝛ inferi⁹ poſitā
§. 15. Idcirco prelati ꝛ vicarij ſeu confeſſores qui aliquando ꝓpter mortem abba
tiſſe vel alterius monialis: introducunt plures fratres: allegando conſuetudinem:
caueant de cetero: ꝛ ſint premoniti.
7 Prohibitio generalis. ¶IDEM Urbanus. 4. in regula p̄fata rubrica. 18. dicit ſic. ¶De ingreſſu per
ſonarum in monaſterium: firmiter ac diſtricte precipimus: vt nulla vnq̄ abbatiſſa:
vel eius ſorores aliquā perſonam religioſam: ſeu ſecularem: aut cuiuſlibet digni
tatis: in monaſterij clauſuram intrinſecam intrare permittant. Nec omnino ali
cui liceat niſi quibus conceſſum a ſede apoſtolica fuerit: vel a cardinali cui fuerit
Licentia. ſororū ordo cōmiſſus. ¶Excipiuntur aūt a dicta ingrediendi lege: medicus cau
Caſus ī q̄b⁹ pōt ingredi ad monaſteria monialiū. ſa multū grauis infirmitatis: ꝛ minutor: cū neceſſitas exegerit: qui nō abſq; duo
bus ſocijs de familia monaſterij introducantur: nec abinuicē infra monaſterium
ſeparentur. Necnon ꝛ illi quos occaſione incendij. vel ruine: ſeu alterius periculi
vel diſpendij: ſeu ꝓ tuendis a violentia quorūlibet monaſteriū vel perſonas: aut ꝓ
aliquo opere exercendo quod cōmode extra monaſteriū fieri nō poteſt: neceſſitas
exegerit introire. Qui omnes expedito ſuo miniſterio: vel imminenti neceſſitati ꝑ
ipſos ſatiſfacto: exeant ſine mora. Nulli autem perſone extranee intra monaſterij
Pro cardinalibus. clauſuram liceat comedere: vel dormire. ¶Sed ꝛ ſi quis de ſancte eccleſie cardi
nalibus ad aliquod monaſteriū hmōi religionis aliqñ venerit: ꝛ intra clauſtrū vo
luerit ingredi: cū reuerentia quidē ꝛ deuotione ſuſcipiatur: ſed rogetur vt cū pau
cis ſocijs debeat introire. ¶Liceat quoq; generali miniſtro ordinis fratrū mino.
Pro generali miniſtro quando ibidem voluerit celebrare: vel proponere ſororibus verbū dei cū quattuor
vel quinq; fratribus ipſius ordinis intra clauſurā ingredi monaſterij: ſi quando
Pro p̄latis inferioribus ei videbitur expedire. ¶Alius autē prelatus (cui aliqñ forte de licentia ſedis apo
ſtolice: vel dicti cardinalis intrare licuerit) duobus vel tribus tantum religioſis ꝛ
Pro epis. honeſtis ſocijs ſit contentus. ¶Quod ſi forte pro conſecratione: vel benedictiōe
ſororū: vel in alio modo conceſſum fuerit epō alicui miſſam interius celebrare ali
quando: q̄ paucioribus ꝛ honeſtioribus potuerit ſocijs ſit cōtent⁹: ꝛ miniſtris.
Et hoc quoq; ipſum alicui rarius concedatur. Nulla tñ omnino loquatur cum ali
qua pſona de ingreſſis: niſi modo predicto: ſiue infirma fuerit: ſiue ſana. ¶Illud
ſane precipuum caueatur: vt ij quibus aliquando conceſſum fuerit ſolūmodo: vel
data licentia in monaſteriū ingredi: non aliter admittantur: niſi abbatiſſe ꝛ ſoro
ribus viſum fuerit expedire: cum ex hmōi conceſſionibus: vel licentijs: abbatiſſa:

UVA. BHSC. IyR_230_1

vel ſorores eos admittere non cogantur: ⁊ vt ſint tales de quorum verbis: ⁊ mo
ribus: necnon vita: ⁊ habitu edificari valeant intuentes: ⁊ materia iuſti ſcandali
exinde nequeat generari. ¶Super conceſſione vero: vel licentia ingreſſus hm̄oi: Licentia.
ad omne ambiguū remouendum: apoſtolici apices: vel cardinalis patentes litte-
re oſtendantur. b. fo. 288. tracta. 3. Et ffo. 317. tracta. 2.

¶Declarationem iſtorum caſuum: vide infra ꝑmo notabili.

¶IDEM Urbanus rubrica. 24. regule ſtatuit: ꝙ viſitator monialiū ſancte Cla 8
re quando monaſterij clauſuram ad viſitandū intrauerit: duos religioſos ⁊ ido- Uiſitator.
neos ſocios ſecū ducat: qui videlicet ſocij ſimul maneant: ⁊ dū fuerint intra clau-
ſtrum: ab inuicē nullatenꝰ ſeparētur. b. fo. 286. tracta. 3. et ffo. 299. tracta. 2.

¶Uirtute huius facultatis: ⁊ hoc titulo ſoluꝫ ingrediuntur his tēporibus noſtri Collector.
prouinciales miniſtri in monaſterijs ſancte Clare ſuarū prouinciarū: ſuper que
habent gubernationē cōmiſſam a ſummo pontifice. De quo latius infra primo
notabili: in vndecimo caſu.

**Gregorius.** 10. referens ſupraſcriptā declarationē Innocentij. 4. voluit: 9
vt fratres minores iuxta diſpoſitionē gn̄alis miniſtri dūta
xat: poſſint vti hm̄oi declaratione predeceſſoris ſui. b. ffo. 5. tracta. 2.

¶Aduerte: ꝙ etiā gn̄alis miniſter nō pōt iam aliquid in hoc caſu: vt per declara- Collector.
tionē Nicolai. 3. poſtea editā patet: ꝓut ſtatim ſubiungitur.

**Nicolaus.** 3. in ſua ſolēni declaratione exponēdo prefatū paſſum regule 10
fratrū mi. declarauit ſicut Gregoriꝰ. 9. generaliter eſſe ꝓhibi Prohibitio
tum de quarūlibet cenobijs monialiū. Et nomine monaſterij: clauſtrū: domos: ⁊ ꝓ fratribus
officinas interiores intelligi. Addens: ꝙ ad alia loca vbi homines ſeculares cōue
niunt: poſſunt fratres illi cauſa predicationis vel eleemoſine petēde accedere: qui-
bus id a ſuis ſuperioribus fuerit ꝓ ſua idoneitate cōceſſum. Et decreuit: vt in pre-
fato articulo: ⁊ in alijs quos cōſtitutio ſua cōtinet: quācūq; aliqui predeceſſores ſui
aliter declarauerint: declarationē ſeu ordinationē ſuā tm̄ a ffibꝰ mi. preciſe: ac in-
uiolabiliter perpetuis temporibus obſeruādam. B. fo. 10. et ffo. 11. tracta. 2.

**Bonifacius.** 8. cōceſſit: ꝙ fratres mi. inuitati a prelatis eccl'iaſticis poſ- 11
ſint vna cū ipſis in ſuis dioceſibus monaſteria ⁊ loca mo Licentia ꝓ
nialium cuiuſlibet ordinis libere ingredi ad viſitationis officiū impēdendū: ⁊ ad fratribus.
defunctorū celebrādas exequias: ⁊ ad ꝓceſſiones gn̄ales: ⁊ predicationes facien-
das: ac confeſſiones infirmarū audiēdas. b. fo. 36. Et ffo: 33. conce. 36.

¶Circa ꝑfatā cōceſſionē: vide et nota cōceſſionē Leonis q̄ habetur infra in. §. 28. Collector.

**Benedictus.** 12. in cōſtitutionibꝰ quas ꝓ monialibꝰ edidit: fecit ſequēs 12
ſtatutū. c. 30. Nulli regulari vel ſeculari: vel laice perſone:
cuiuſcūq; prehemināetie: dignitatis: ſtatus vel cōditionis extiterit: ingreſſus pateat
ad eadem. ſ. monaſteria ſancte Clare: ſine apoſtolice ſedis licētia ſpeciali: exceptiſ
ſolūmodo perſonis illis quibꝰ ꝑ predeceſſorū noſtroꝝ ordinationes. i. cōceſſiōes:
et per predictarū monialium regulas noſcitur eſſe permiſſum. Habetur in libro
ordinis Italico. 3. parte. fo. 210.

**Martinus.** 5. decreuit: ꝙ nulli oīno hoīm: tam regulariū q̄ ſecularium: 13
cuiuſcunq; gradus: preeminentie: dignitatis: excellentie: no- Prohibitio
bilitatis: ⁊ conditionis fuerit (exceptis illis de quibus in regula. s. Clare per Ur ⁊ licētia pro
banum editā: ⁊ in cōſtitutionibus Benedicti. 12. fit mētio) pretextu cuiuſlibet licē oībꝰ xp̄ianis
tie ſibi deſuper quauis auctoritate conceſſe: liceat monaſteria ſororum ⁊ monia-



UVA. BHSC. IyR_230_1

Nota. lium ſancte Clare: ſeu aliquod ex eis ingredi. Nec etiam protectori: aut generali
miniſtro ordinis mi. pro tempore exiſtẽtibus: ſeu ꝓuincialibus miniſtris: ⁊ qui-
buſcunq; viſitatoribus: licentiã ſuper ingreſſu hmõi (inconſulto romano pontifi
ce) concedere liceat quo quomodo. b. fo. 38. Et ſſo. 36. conce. 41.
Collector. ¶ Aduerte: ꝙ in vltima clauſula precedẽti vult dicere Martinus: ꝙ lꝫ in regula. s.
Clare vrbaniſtarũ cõceſſum eſſet: ꝙ protector ordinis poſſet dare licentiã intrãdi
monaſteria predicte ſancte Clare perſonis ſecularibus: tamen ꝙ de cetero nec ꝓ-
De protecto tector: nec generalis miniſter: nec multominus prouinciales ⁊ viſitatores: poſſint
re ordinis. dare licentiam intrandi predicta monaſteria alicui perſone cuiuſcunq; dignita-
tis fuerit: ſine licentia ſedis apoſtolice. ¶ Vide circa hoc in dictione Miniſtri ꝓ-
uinciales. §. 7. Et in dictione Protector ordinis. §. 6. Et melius infra, vltimo nota
bili: vbi elucidatur pleniſſime ſupradictum.
14 Ex ꝓuilegijs ordis ꝑdicatorum. **Bonifacius**, 9. ſtatuit: ꝙ ſi quis infra clauſurã alicuius monaſterij mo-
nialium ordinis predicatorũ repertus fuerit: ꝑ ſuperiores:
ſeu priores dicti ordinis: ſeu de eorũ mandato capi ⁊ incarcerari: ⁊ ſecundũ eorũ
arbitriũ: ⁊ delicti q̃titatẽ puniri poſſit. b. ſſo. 120. conce. 547.
15 Prohibitio ꝓ omnibus chriſtianis. Excõicatio. **Eugenius**. 4. precepit oĩbus ⁊ ſingulis tã clericis q̃ religioſis: ⁊ ſecu-
laribus perſonis cuiuſcunq; conditionis: gradus: preemi-
nentie: vel dignitatis exiſtant: ſub pena excõmunicationis quã tranſgredietes ip-
ſo facto incurrant: ⁊ a qua niſi a romano pontifice poſſint abſolui: preterq̃ in ar-
ticulo mortis cõſtituti: quatenus monaſteria ſancte Clare: nec aliquod ipſorũ in
gredi preſumant: preter formã regule ipſarũ: ⁊ prouiſionũ apoſtolicarum: ſuper
hoc ſpecialiter editarum. b. fo. 42. Et ſſo. 39. conce. 44.
16 Clauſura. ¶ IDEM Eugenius: vt difficilius pateret ingreſſus ad monaſteria monialiũ
ſtatuit: ꝙ ſicut abbatiſſe: ⁊ alie ſorores ad hoc deputate tenent claues quibus ad
intra porte monaſteriorũ predictorũ claudantur: ſic per cõfeſſores: aut alias hone
ſtas perſonas: per generales aut prouinciales deputãdas: ex parte exteriori teneã
tur ⁊ conſeruentur. b. fo. 42. Et ſſo. 39. conce. 44.
17 Prohibitio ꝓ tertiarijs. ¶ IDEM Eugenius ordinauit: ꝙ in omnibus tertij ordinis ſororũ ⁊ monialiũ
collegijs: fratres mino. in acceſſu ⁊ ingreſſu ſic ſe habeant: ſicut obſeruatur in mo
naſterijs ſancte Clare. b. fo. 46. Et ſſo. 42. conce. 47.
Collector. ¶ Circa huiuſmodi ſtatutum: ſeu ordinationem ſunt duo aduertenda: ⁊ mente te
nenda: q2 ob inaduertentiam: aut obliuionem ipſorũ: aliqui fratres minus recte
quandoq; ſe habent. ¶ Primum eſt: ꝙ tertiarias nominat inſimul ſorores ⁊ mo
niales. Et hoc pro tanto dico eſſe ponderandum: quia aliqui arbitrati ſunt huiuſ-
modi tertiarias non eſſe intelligendas nomine monialium: propter ꝙ in aliqui-
bus partibus nominant eas bizochas: ⁊ in alijs beatas. Contra quos tñ (vltra
verba expreſſa ſupra poſita) facit ſtylus curie cõmunis: qui non curans de rigore
nominum: ſepe appellat indifferenter collegia perſonarum religioſarũ: monaſte-
ria: licet non ſint monachorum: vel monacharum ꝓprie dictorũ. Ac ſimiliter oẽs
feminas collegialiter viuentes nominat frequenter moniales: q̃uis non ſint ordi
num monachalium. Et hoc idem patet ex regula ſancte Clare: vbi moniales ſe-
piſſime appellantur ſorores. Vnde ⁊ Panormitanus: ſeu Abbas in capitulo
Cauſamq;: de electione: dicit: ꝙ iſta nomina ſorores ⁊ moniales ſunt ſynony-
ma. i. idem importantia.
¶ Alterum aduertendum eſt: ꝙ in ſupradicta conceſſione ſpecialiter loquitur de

UVA. BHSC. IyR_230_1

fratribus mino. dũtaxat: ⁊ non ſicut in precedenti de omnibus fidelibus. Ex quo ſequitur: friuolam ⁊ nullius momenti fore rationem quã nonnulli allegant dicendo: ꝙ ex quo in monaſterijs tertiariarum non incluſarum intrant perſone ſeculares: quare non poterunt ſimiliter intrare huiuſmodi fratres? Ad maiorem autem confirmationem predictorum facit prohibitio Leonis vltimo facta in regula noua quam edidit pro tertiarijs: vbi in capitulo octauo ſic dicit. Et facta viſitatione: ſcilicet a prouinciali aut viſitatore: ſeu commiſſario: non debent intrare officinas: nec alia loca interiora ſororum. Hec ibi. Sequitur ergo manifeſte: ꝙ adhuc virtute breuis Leonis infra poſiti. §.29. etiam ſi non fuiſſet ſubreptitium prout fuit: non poteſt ingredi aliquis frater clauſuram tertiariarum: niſi vt ſupra dictum eſt. Et cui predicta non ſatiſfecerint: videat expoſitionem ſancti Bonauenture ſuper hoc in declaratione quam fecit: qui ſtrictius circa hoc loquitur. Sed iſta multaqꝫ alia notatu digna: latius explicantur infra. 2. notabili per totum.

¶ IDEM Eugenius conceſſit: ꝙ de licentia generalis aut prouincialium miniſtrorum poſſint epi intrare in monaſterijs monialiũ cauſa cõſecrationis eccleſie: vel altaris: aut pro benedicendo cemiteria: vel ſorores. 18 Pro epiſ:

¶ Supraſcriptam conceſſionem reperi in quadam tabula priuilegiorũ per quẽdam patrem commiſſarium Romanum ordinatam. Et ponit in fine. Eugenius in breui quod incipit Cupientes. Sed hoc breue non reperitur in libris impreſſis priuilegiorum hic allegatis. Nec permanet iam in ſuo vigore: vt pꝫ. §.28. Collector.

Nicolaus. quintus conceſſit omnibus ⁊ ſingulis mulieribus ſeruientibus monialibus ſancte Clare: aut pro eis elemoſinas querentibus: vt quotieſcunqꝫ pro parte abbatiſſarum requiſite fuerint: earum monaſteria (cum conſilio diſcretarum) intrare valeant. Ac ꝙ aliquando etiam in precipuis feſtiuitatibus: pro ipſarum conſolatione: cum ipſis monialibus comedere poſſint: licentia tamen prius per eas deſuper a prouinciali obtenta. b. fo. 49. Et ffo. 43. conceſſione. 48. 19 Licẽtia pro ſeruitricibus monialium.

¶ Aduertendum: ꝙ prefata facultas videtur iam ſublata ⁊ reuocata per ſupradicta: ⁊ infra dicenda vltimo notabili. Collector.

Pius. 2. cõceſſit fratres poſſe p̃dicare ⁊ intrare in clauſtris ⁊ alijs locis quarũcũqꝫ monialium vbi ſeculares cõmuniter intrant: de licentia ſuorũ prelatorum quando mittuntur. o. ffo. 66. conce. 94. 20

¶ Attende: ꝙ hec conceſſio eſt ſolum pro fratribus qui mittuntur ad predicandũ: quia dicit: intrare ⁊ predicare. i. ad predicanduꝫ. Sed quo ad intrandum in clauſtris: eſt reuocata: vt pꝫ infra. §. 28. Collector.

Sixtus. quartus declarauit: ꝙ mulieres ingredientes monaſteria ſancte Clare: ⁊ ſancti Dominici: non teneantur ire ad curiam romanã pro abſolutione ab excõmunicatione: ſed eas poſſint abſoluere fratres mino. confeſſores: etiam ſi tales mulieres ingrederentur mala intentione. o. fo. 62. Et ffo. 68. conce. 100. Et fffo. 96. conceſſione. 330. 21 Abſolutio.

¶ IDEM Sixtus fecit aliam conceſſionem latiorem quam ſupraſcriptam immediate: que habetur in dictione Abſolutio quo ad ſeculares ſecundo in. §. nono. 22 Abſolutio.

¶ IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ ſeculares laborãtes in monaſterijs ſancte Clare: ac aliarum monialium: poſſint ibi comedere in loco honeſto. o. fo. 63. Et ffo. 67. conceſſione. 120. 23 Licẽtia pro laboratorib9

¶ IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ ſorores ſancte Clare non teneantur intromitte- 24



UVA. BHSC. IyR_230_1

Licentia ꝓ medico. re aliquē de ſeruitoribus ſuis qñ medicus intrat clauſuram: ſed ſufficiat: ꝙ a tribus vel quattuor monialib⁹ de antiquiorib⁹ aſſocietur. o. fo. 63. Et ffo. 67. cō. 121.

Collector. ¶ Sciendum: ꝙ ſupraſcripta conceſſio reperitur alibi ſub ſequentibus verbis. ¶ Sixtus. 4. cōceſſit: ꝙ ſorores. s. Clare nō teneātur intromittere aliquē hoīez de ſeruitoribus ſuis qñ medicus vel alij ingrediūtur: licet regula hoc decreuerit: ſed ſufficit: ꝙ a tribus vel quattuor monialibus de antiquioribus aſſocientur. o. ffo. 96. conceſſione. 331.

25 Licētia ꝓ cōfeſſorib⁹ moniali. s. clare

INNOCENTIUS. 8. conceſſit: ꝙ confeſſores monialium poſſint intrare monaſteria illarum tempore peſtis ad celebrandū miſſam: ⁊ audiendum confeſſiones illarum que ſeruiunt peſtilenciatis: quia ſtant ſeparate ab alijs. o. ffo. 99. conceſſione. 365.

26 Licētia ꝓ cōfeſſorib⁹ tertiariarum.

ALEXANDER. 6. cū conceſſiſſet generali ⁊ prouincialibus miniſtris et cuſtodibus vt de conſilio aliquorū fratrum poſſent deputare monialibus: ſeu ſororibus tertij ordinis cōfeſſores presbyteros ſeculares: ſeu aliorum ordinum regulares: quibus confiteri: ⁊ ab eis ſacramenta eccleſiaſtica recipere poſſent: ſtatuit vt confeſſores hmōi dictarū ſororum: clauſtra: ſeu interiores officinas: abſq; alterius perſone bone vite ⁊ fame ſocietate: nullomodo debeant ingredi. B. ffo. 123. conce. 269.

27 Licētia ꝓ ꝑlatis: ⁊ cōfeſſorib⁹ monialiū. s. clare.

¶ IDEM Alexander. 6. conceſſit generali ⁊ prouincialibus ordinis mi. de obſeruantia: ⁊ confeſſoribus per eos deputatis: vt monaſteriorum monialium ſancte Clare que eorum regimini immediate ſubijciuntur: ꝓ adminiſtratione ſacramentorum tempore neceſſitatis: ⁊ alijs rationabilibus cauſis interdum occurrētibus: prout ſcdm deū expedire viderint: clauſuras interiores ingredi poſſint. Et voluit: ꝙ tunc moniales predicte: portam maiorem aperire licite valeant. B. fo. 71. Et ffo. 155. conceſſione. 373.

Collector. ¶ Huiuſmodi conceſſio non permanet iam in ſuo vigore: quia Leo. 10. circa illaʒ ordinauit quod immediate ſequitur.

28 Prohibitio ⁊ licētia pro monaſte. s. Clare. Nota.

LEO. 10. prohibuit ſub eterne maledictionis interminatiōe: in virtute ſancte obediētie: ne quis frater confeſſor monialiū ſancte Clare: aut aliquis alius frater cuiuſcunq; preeminētie: aut officij inter fratres mino. ſit: ad ipſas moniales: aut in ipſarum monaſteria ingredi: vel intrare preſumat: niſi in caſibus in eadem regula: ⁊ inſtitutionibus ipſius ordinis minorum contentis: ⁊ quoad ipſorum monaſteriorum ingreſſum editis. Nec etiam alie vtriuſq; ſexus ſeculares perſone: etiam pretextu cuiuſuis indulti: etiam confeſſionaliū: predicta monaſteria ingredi valeant. B. ffo. 17. conceſſione. 56.

Collector. Nota. ¶ Sciendū ac notandū eſt: virtute ꝓhibitionis hmōi reuocari conceſſiones facte per plures ſummos pontifices predeceſſores Leonis. 10. quibus vltra caſus in regula monialium contentos concedebatur ingreſſus. Et tales ſunt ſupra poſite. §. 11. et. 18. et. 19. et: 20. ac. 27. Quibus conceſſionibus tanq; penitus reuocatis ⁊ annullatis: nullus iam vti poteſt vllo modo.

29 Prohibitio ꝓ tertiarijs.

¶ IDEM Leo in litteris ſuprapoſitis. §. 28. dirigendo verba ad prelatos. s. generales ⁊ prouinciales: ait. Nec ipſi fratres ordinis veſtri ad tertiarias in congregatione viuētes: niſi de licētia ⁊ ſpeciali mādato veſtro: intrare preſumāt. Vos ꝓpterea monendo vt nō paſſim ingreſſum hmōi relaxetis: ſed in capitulis veſtris prouincialibus ⁊ generalibus prouide de ſimilibus: ⁊ alijs ad obſeruantiam honeſtatis ⁊ continentie ſpectantibus ordinetis.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ Circa prefata verba eſt valde aduertendũ: ne quis decipiatur ſicut decepti ſunt
qui impetrauit predictũ breue: ⁊ pontifex qui illud cõceſſit: credẽdo ac preſuponen
do: ꝙ ingreſſus ad monaſteria tertiariarũ: nõ erat ꝓhibitus. ꝓpoſita ſunt enim
in relatione: ſeu ſupplicatione hmõi breuis (poſtq̃ dictum fuerat de monialibus
ſancte Clare) ſequentia verba. Et pariter ad tertiarias in congregatione viuẽtes:
ad quas accedere lꝫ ꝓhibitũ nõ ſit ⁊c. hoc enim preſupoſitũ eſſe falſum: cõſtat taꝫ
ex regula q̃ ex declarationibus ipſius: preſertim ex determinatione Eugenij.4. ſu
pra poſita. §.13. Ac per cõſequens hoc breue eſt ſurrepticiũ ⁊ nullius valoris: quo
ad conceſſionẽ fundatã ſuper prefatã relationẽ. Et ideo indubie tenendũ eſt: ꝙ nul
li fratres mi. etiã ſi ſint prelati: queunt magis ingredi monaſteria tertiariarũ colle
gialiter viuentiũ: q̃uis nõ ſint incluſa: q̃ monaſteria ſancte Clare. Et facit ad hoc
ordinatio eiuſdẽ Leonis contenta in regula noua quã ipſe edidit ꝓ tertiarijs: in. c.
8. eiuſdẽ regule: vbi etiã ꝑlatis nõ cõcedit poſſe ingredi clauſurã poſt factã viſita-
tionem. Nec ſimiliter poſſunt prelati pro talibus monaſterijs: alijs perſonis ad
ingrediendũ licentiã concedere. Ac ꝓpterea illud quod in prefatis litteris Leonis
dicitur. ſ. ꝙ in capitulis generalibus ⁊ prouincialibus ꝓuideatur de modo intrã-
di ad tertiarias ⁊c. nil penitus operatur: q: fundatur ſuper falſa relatione. ſ. ꝙ nõ
ſit ꝓhibitus ingreſſus ad monaſteria tertiariarũ. ¶ Iſtud declaratur ⁊ probatur
latius infra notabili vltimo.

¶ IDEM Leo declarauit: moniales ſancte Clare ſub regimine fratrũ mi. de ob 30
ſeruan. exiſtentes nõ teneri nec obligatas eſſe cõtra voluntatẽ ſuam ingreſſuꝫ ad Licẽtia pro
ſua monaſteria prebere aliquibus mulieribus vigore facultatũ apoſtolicarũ pre feminis ſecu
dictis mulieribus per ipſm Leonẽ in cõfeſſionalibus ad ingrediendũ prefata mo laribus.
naſteria cõceſſarũ. Ac ſimiliter cõceſſit predictis monialibus: vt abſq̃ aliquarũ
cenſurarũ: ſeu penarũ incurſu: ⁊ abſq̃ aliquo cõſcientiarũ ſuarũ ſcrupulo: eiſdem
mulieribus (dũ ⁊ quoties oportunũ ⁊ expediens viſum fuerit) ingreſſum in ea-
dem monaſteria licite denegare valeant. Et inſuper hortatur moniales hmõi: vt
prefatis mulieribus ingrediendi predicta monaſteria conſenſuꝫ: q̃ rarius: ⁊ par-
cius fieri poterit concedant. B. ffo. 38. conceſſione. 124.

¶ IDEM Leo predictã declarationẽ iterato fecit per eadẽ verba: addẽs: ꝙ etiã 31
vigore aliarũ facultatũ q̃ in confeſſionalibus contentarum: non teneãtur monia Licẽtia ꝓ fe
les cõtra volũtatem ſuam ingreſſum prebere aliquibus mulierib⁹ in ſuis mona- minis ſecula
ſterijs. Non obſtantibus predictis facultatibus: tam conceſſis q̃ in poſterum cõ ribus.
cedendis: quas reuocauit: caſſauit ⁊ annullauit: ac reuocatas: ⁊ nullas eſſe decre-
uit. B. ffo. 39. conceſſione. 125.

¶ IDEM Leo cõceſſit: ꝙ fratres mi. vocati: rogati: aut inuitati a prelatis eccle 32
ſiarum: aut a prelatis religioſis: vel viſitatorib⁹ habẽtibus curã aliquoꝝ mona- Licẽtia ꝓ oĩ
ſteriorũ monialiũ: ad hoc vt viſitẽt predicta monaſteria: vel exerceant oĩa alia que bus frĩbus.
in monaſterijs ſibi ſubiectis exercẽt: aut ad hoc vt intrẽt cũ ipſis prelatis: ſiue viſi
tatoribus ad videndũ officinas: ⁊ totũ monaſteriũ interius: poſſint ſicut poſſunt
in monaſterijs ſibi ſubiectis: ſiue intra: vel extra clauſurã viſitãdo: ⁊ alia faciẽdo:
vel cũ ipſis prelatis intrando. Nõ obſtante prohibitione ſue regule: vel declaratio
nem eiuſdem regule. Dum tamẽ predicti fratres ſi fuerint ſubditi: hoc faciant de
licentia ſuorum prelatorũ. O. ffo. 61. conce. 194.

¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ prelati ordinis mino. poſſint dare licentiã ſuis ſub- 33
ditis intrandi clauſuram monaſterioꝝ. s. Clare ad faciendũ ſermonẽ de kalẽda: Licẽtia pro

UVA. BHSC. IyR_230_1

pdicatoribꝰ. dum tamen intrantes ſint ſenes: ꝛ vite exemplaris. O. ffo. 62. conce. 195.

34 Licētia pͥ latis ꝛ cōfeſ. mo. s. clare. Pro monialibꝰ infirmis. ¶ Idem Leo conceſſit: ꝙ quando moniales ſancte Clare grauiter infirmantur taliter: ꝙ non poſſint ad cratem venire ad audiendum miſſam: poſſit illo tempore ſacerdos confeſſor earum: vel prelatus ſuperior: introire clauſuram. in firmariam: ꝛ monaſterium ad celebrandum: ne tales moniales remaneant ſine miſſa. Dummodo ſacerdos ad nulla alia loca ꝙ̄ ad altare diuertat: nec moretur niſi tanto tempore ꝙ̄to indiget ad celebrandum: nec loquatur: niſi quantum eſt opus in miſſa. o. ffo. 93. conceſſione. 290.

# ¶ Sequuntur aliqua notabilia circa prefatam

materiam: que licet aliquibus videatur clara: cōtinet tamen multas difficultates: elucidatione indigentes.

Primū notabile. Primo circa caſus in ſecunda regula ſancte Clare edita per Urbanum. 4. in quibus diuerſis perſonis conceditur licentiam ingrediendi clauſuram monaſteriorum monialium huiuſmodi: licet ſuperius ſint poſiti. §. 6. et. 7. tamen hic ſigillatim ponitur vnuſquiſqꝫ caſus cum declaratione expedienti: prout probatiſſimis quibuſdam patribus ordinis mi. in iure ac rebus religionis: preuia matura diſcuſſione viſum eſt. Quos ad tute incedendum ſequi oportet.

Primꝰ caſꝰ ¶ Primus caſus eſt: quo datur licentia ingrediendi illi cui cōmiſſa fuerit adminiſtratio ſacramentorum. i. confeſſori ſeu vicario. quando aliqua ſoror vel monialis tanta fuerit corporis infirmitate detenta: ꝙ ad loquutorium cōmode venire non poſſit: ꝛ neceſſitatē habuerit confiteri: vel dominici corporis: ſeu alia recipere ſacramenta. Ita tamen: ꝙ exhibiturus huiuſmodi ſacramenta: alba ꝛ ſtolla: et manipulo: cum duobus idoneis ꝛ religioſis ſocijs: vel vno ad minus: alba vel ſaltem ſuperpellicio veſtitis ingrediantur: ac morentur induti: ꝛ audita cōfeſſione: vel alio tradito ſacramento: ſicut ingreſſi fuerint: ſic egrediantur induti. Nec moram faciant ibi longiorem. Caueant etiam: vt ꝙ̄diu intra monaſteriū fuerint: nullatenus abinuicem ſeparentur: quin ſemper mutuo poſſint libere ſe videre.

Expoſitio. Hec Urbanus in regula. c. 7. et ſupra. §. 6. ¶ Quo ad iſtum primū caſum eſt aduertendum: ꝙ ſocius debet eſſe clericus ꝛ non laicus: vt expreſſe habetur in bulla Gregorij: 9. que habetur. fo. 48. et ffo. 131. et ſupra. §. 3. Et idem innuitur in bulla Urbani ſupraposita cum dicit: ꝙ ſocius intret indutus alba ad minus. Tale autem indumentum ſolum competit clericis: ꝛ adhuc in ſacris ordinibus conſtitutis. Conſuetudo tamen eſt in contrarium: que vtrum ſit bona ꝛ valida: aliorum ſit iudicium. Mihi tamen non videtur tuta.

Secūdꝰ caſꝰ ¶ Secundus caſus eſt: quando aliqua monialis vult exalare ſpiritū: de quo dicit Urbanus vbi ſupra immediate. Sic quoqꝫ ſe habeant in anime cōmendatione: ſcꝫ confeſſor ꝛ ſocius vel ſocij: put in precedenti caſu dictum eſt.

Tertiꝰ caſus ¶ Tertius caſus eſt: cum abbatiſſe ꝛ conuentui viſum fuerit ꝛ petierint: ꝙ cōfeſſor ad exequias celebrandas debeat introire. Et tunc modo ſupradicto cum duobus ſocijs intret indutus: ꝛ ſepulta mortua: cum eis exeat ſine mora. Sꝫ ſi abbatiſſa ꝛ conuentus non petierint huiuſmodi ingreſſum: dicit papa vbi ſupra: ꝙ nō ingrediatur clauſtrum ſacerdos: ſed exterius in capella quod ad officiuꝫ pertinet

Expoſitio. exequatur. ¶ Circa hoc autem notent fratres ꝛ aduertant: ſi ingrediendo aliter: aut in maiori numero: euadent excōmunicationem papalem: vna cum tranſgreſſione ſue regule ſi ſint fratres minores. Nec ſufficit pro excuſatione conſuetudo

UVA. BHSC. IyR_230_1

contraria que in aliquibus partibus forte viget: quia eſt abuſus: cum careat con-
ditionibus requiſitis ad hoc vt conſuetudo vim legis habeat: ⁊ deroget legi iu-
ſte ac rationabili: ⁊ pro maiori parte obſeruate: preſertim a religioſis ꝓbis ⁊ do-
ctis: ſue regule obſeruatoribus.

¶ Quartus caſus eſt: ſi neceſſe fuerit vt ingrediantur aliqui ad aperiendam ſepul- Quart⁹ caſ⁹
turam: ſeu poſt modum coaptandam: ⁊ abbatiſſe ⁊ cõuentui viſum fuerit hoc ex-
pediens propter imbecillitatem ſororum. Quo caſu dicit Urbanus vbi ſupra: ſit
ſacerdoti vel alicui alij ad hoc idoneo ⁊ honeſto: cũ vno ſocio vel duobus licitũ in-
troire. Et hoc peracto: exeant ſine mora.

¶ Prefati quattuor caſus habentur. 7. c. ſecunde regule. s. Clare. fo. 285. tracta. 3.
et fo. 295. tracta. 2. Et ſupra. §. 6.

¶ Notandum: ꝙ vltra quattuor predictos caſus: ſunt etiam nonnulli alij caſus Pro cõfeſſo-
in quibus confeſſores: ſeu vicarij monialium ſancte Clare ingredi poſſunt clauſu- ribus ſeu vi-
ram monaſteriorum quibus deputati ſunt: ſcilicet pro exercendo ipſorum mona- carijs.
ſteriorum opere: vel illis conſeruandis ab incendio: ſeu a latronibus defendẽdis:
vt habetur ſupra. §. 3. ac prout declaratur infra caſu ſexto. Item cauſa celebrandi
miſſam monialibus grauiter infirmantibus: vt patet ſupra. §. vltimo. Et inſu-
per cauſa renouationis ſacramenti. Nam ex quo Clemens. 7. cõceſſit: ꝙ poſſint
habere ſacramentum in eccleſia interiori: vt habetur ſupra: Euchariſtia. §. 2. et in-
fra ſ caſu. 12. indirecte viſus eſt concedere ingreſſum ad conſecrandum aut renouã-
dum ſacramentum. In nullo vero alio caſu reperitur conceſſus ingreſſus prefa-
tis confeſſoribus: ſeu vicarijs. Et idcirco reuerendiſſimus pater frater franciſ-
cus angelorum cum eſſet miniſter generalis in ſuis premonitionibus: ſeu auiſa-
mentis: extra prefatos caſus diſtricte prohibuit ingreſſum: vel potius declara-
uit prohibitum.

¶ Quintus caſus eſt: ꝙ medicus cauſa multum grauis infirmitatis: et minutor Quint⁹ caſ⁹.
cum neceſſitas exegerit: poſſint ingredi. Qui tamen non abſq̃ duobus ſocijs de
familia monaſterij introducantur: nec abinuicẽ intra monaſterium ſeparentur.
Hec Urbanus prefatus. ¶ Circa hoc tamen nunc habetur conceſſio Sixti. 4. vt
loco duorum familiarium predictorum: ſufficiat: ꝙ medicus ⁊ minutor a dua-
bus vel tribus monialibus antiquis aſſocietur: vt habetur ſupra. §. 24.

¶ Quo ad hunc caſum oportet aduertere: ꝙ cum papa dicat: ꝙ medicus poſſit Expoſitio.
ingredi cauſa multũ grauis infirmitatis: ꝙ pro leuibus infirmitatibus: aut quar-
tana: vel alijs malis diſpoſitionibus: ſeu cauſa viſitationis: nec medicus: nec cõ-
feſſor poſſunt ingredi. Et quando medicus cauſa multum grauis infirmitatis in-
greditur: non poteſt cum ipſo ingredi famulus ſuus: aut alia perſona: niſi prout
in regula ⁊ conceſſione Sixti continetur. Item ad hoc vt minutor poſſit ingredi:
oportet ꝙ prius per medicum determinetur expedire aut neceſſarium fore. Uel ſi
aliqua monialis haberet in conſuetudine minuendi ſe aliquoties: debet fieri pre-
uio aſſenſu abbatiſſe cũ conſilio diſcretarum conuentus.

¶ Sextus caſus eſt: occaſione incendij vel ruine: aut alterius periculi: ſeu diſ- Sext⁹ caſ⁹.
pendij: vel ꝓ tuendis a violentis quorumlibet monaſterium aut perſonas.

¶ Circa hunc caſum eſt notandum: ꝙ cum regula non declaret: ſeu ſpecificet q̃ Expoſitio.
tum aut quale debeat eſſe periculum: ſeu diſpendium ratione cuius liceat ingredi
clauſuram: determinari debet arbitrio abbatiſſe ⁊ diſcretarum conuentus. Ut au-
tem magis innoteſcat huiuſmodi caſus: ſequentibus exemplis elucidabitur.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ Primū exemplū. Aliquis malefactor fugit ad monaſteriū monialiū. Moniales vero ꝓpter ſuam honeſtatē volunt illū eijcere foras: ⁊ non ſufficiunt earum vires: tunc poterunt intromittere tot ſeculares quot ſufficiant vel opus ſint ad illius expulſionē. Qui poterūt impune ac licite ingredi. ¶ Itē aliud exēplū. Quedā vidua intrat religionē monialiū: ⁊ poſt ingreſſum inuenitur: ꝙ remanſit pregnans de viro ſuo. Venit tēpus partus: talis poterit parere intra clauſurā monaſterij: ſicut poſſet curari ab alia infirmitate: ac per cōſequēs poſſet ingredi obſtetrix: put ingreditur medicus. ¶ Tertiū exēplū. Si forte tā grandis cōtentio ⁊ diſcordia foret inter aliquas ex monialibus: ꝙ alie moniales nō poſſent eas pacificare: timeretur ꝗ mors: aut aliquod magnū dānū. Vel ſi forte aliqua inuaderetur ⁊ vexaretur a ſpiritibus malignis: ⁊ alie moniales non poſſent eā recolligere nec impedire a nocumētis inferēdis: poſſent tunc ingredi illi qui neceſſarij eſſent ad apponēdum remediū in ijs: ⁊ conſimilibus. ¶ Quantū vero ad alium caſum. ſ. tueri eas ab aliqua violentia: poteſt ſic exemplificari. Si accideret: ꝙ aliqua deſponſata ante cōſummationē matrimonij ingrederetur religionē: ⁊ ſpōſus ante profeſſionem attentaret per vim extrahere illā: ⁊ moniales non poſſent reſiſtere: tunc licite poſſent ingredi oēs illi qui ad reſiſtendū hmōi violētie eſſent neceſſarij. Non tñ ad obuiandum reformationi: ſeu correctioni ipſarū monialiū. ¶ Quo ad incendium autē: necnō quo ad alia in prefato caſu contenta: eſt ſumme aduertendū ⁊ notandum: ꝙ hmōi conceſſio nō extenditur ad fratres minores: q2 eſt generalis: ⁊ ipſi iuxta ſuā regulā indigent conceſſione ſpeciali: q̄ reſpectu fratrū hmōi obſequijs monialium deputatorum dūtaxat: facta eſt per Gregorium. 9. vt habetur ſupra. §. 3. Quapropter reliqui fratres minores nō poſſunt in predicto caſu ingredi clauſuram: niſi extrema neceſſitate inſtante. Vt pote quando non eſt ſufficiens copia aliarum perſonarū: que in tali caſu poſſint ⁊ velint ſuccurrere: prout inferius magis declaratur.

**Nota.**

¶ Septimus caſus eſt: cum pro aliquo opere exercendo: quod cōmode extra monaſterium fieri non poteſt: neceſſitas exegerit introire. Hoc eſt: cum neceſſe eſt facere aliquod opus interius: ⁊ ad faciendū illud non ſufficiunt moniales: nec poſteſt fieri exterius. ¶ Huiuſmodi caſus habet locum quando aliqua res nimium ponderoſa defertur ad monaſterium: nec poſſet introduci a monialibus dando illam a foris: nec poſſet diuidi in partes vt ſic partita intromitteretur. Tunc. n. poſſet ingredi qui ad hoc eſſet neceſſarius. Sed q2 regula non dicit: ꝙ ingredienti pro opere exercendo adiūgatur ſocius: debet ingredi ſolus: niſi forte ſocius ad idem opus eſſet neceſſarius. Videtur etiam circa prefatum caſum: ꝙ queadmodum ſecularis poteſt ingredi ꝓ opere exercendo: ſimiliter fratres deputati ad ſeruitium monialium ingredi poſſint ad dandum ordinem ⁊ induſtriā in opere faciendo. Et ꝙ ſi ijdem fratres deputati ſeruitio monialium fuerint artifices idonei: poterunt ingredi ad laborandum in tali opere: etiam ſi inuenirentur artifices ſeculares. Fratres tamen non deputati ad ſeruicium monialium: ꝗuis ſint artifices non poterunt ingredi: quia pro ipſis non habetur licentia ſpecialis prout requiritur. Et quādo artifex fuerit ſecularis debet ingredi abſꝗ ſocio: vt ſupradictum eſt: quia regula illum non concedit. Ita ꝙ nec confeſſor: ſeu vicarius: nec aliquis ſocior2 eius poterit ingredi cū hmōi ſeculari: niſi opus eſſet vt dictū eſt: ad dandū ordinem ⁊ induſtriā in opere faciendo. Licet aūt de rigore littere regule monialium predictarum: videatur ꝙ frater minor ſi fuerit artifex illius operis

**Septimus caſus.**

**Expoſitio.**

UVA. BHSC. IyR_230_1

poſſit ingredi ſicut ſecularis. Tñ hoc non eſt conforme intẽtioni eiuſdem littere: nec per conſequens debet fieri: quia cum de mente conſtat: verborum qualitas non debet attendi: vt eſt vulgatũ in iure.

¶ Octauus caſus eſt: ſi quis de ſancte eccleſie cardinalibus ad aliquod monaſterium hmõi religionis aliquando venerit: ⁊ intra clauſuram ingredi voluerit. Qui cum reuerentia quidem eſt ſuſcipiendus: rogandus tñ vt cũ paucis ſocijs ingrediatur. **Octau⁹ caſ⁹.** ¶ Iſtud ſcđm aliquos eſt intelligendũ de Cardinalibus ꝓtectoribus ſolũ. Nihilominus tamen videtur certum: ꝙ abſolute intelligi debeat de quibuſlibet cardinalibus etiã ſi protectores non ſint hmõi ordinis ſancte Clare. **Expoſitio.**

¶ Nonus caſus eſt: de quo dr̄ in prefata regula. Liceat quoqꝫ generali miniſtro ordinis fratrum minorũ qñ ibidem celebrare voluerit: vel ꝓponere ſororibus verbum dei: cũ quattuor vel quinqꝫ fratribus ipſius ordinis intra clauſuram ingredi monaſterij: ſi quando ei videbitur expedire. Hec Urbanus. **Non⁹ caſus** ¶ Circa hoc eſt aduertendum: ꝙ nullus alius prelatus eccleſiaſticus vel religioſus: etiã ſi ſit noſtri ordinis: poteſt ingredi prefatam clauſuram: niſi vt inferius ſubditur in regula verbis ſubſequentibus. ¶ Alius autẽ prelatus (cui aliqñ forte de licẽtia ſedis apoſtolice: vel dicti cardinalis intrare licuerit) duobus vel tribus tantum religioſis ⁊ honeſtis ſocijs ſit contentus. **Expoſitio.**

¶ Decimus caſus eſt: ꝙ ſi forte ꝓ conſecratione vel benedictione ſororum: vel in alio modo conceſſum fuerit epõ alicui miſſam interius celebrare aliqñ: quãto paucioribus ⁊ honeſtioribus ſocijs ſit contentus ⁊ miniſtris. **Decim⁹ caſ⁹** ¶ Quo ad iſtum caſum eſt notandũ: ꝙ epĩs non poteſt dari prefata licentia: niſi per ſummũ pontificẽ: ⁊ non per aliũ inferiorem: etiã ſi vocati eſſent ad conferendũ ſacramentũ confirmationis aliquibus monialibus. Ob quã cauſam nec ipſe moniales egredi poſſunt clauſuram: abſqꝫ ſpeciali licentia pape. **Expoſitio.**

¶ Prefati ſex caſus vltimi continentur in regula per Urbanum. 4. edita. c. 7. Et habetur fo. 288. tracta. 3. et ffo. 297. tracta. 2. et ſupra. §. 7.

¶ Undecimus caſus ponitur in eadem regula. c. 24. et habetur fo. 290. tracta. 3. et ffo. 298. tracta. 2. dicendo: ꝙ viſitatores monialiũ poſſint ingredi ad tenendum caplm viſitationis: vel aliquid ſimile tangens ſuũ officiũ: quod de foris nequit fieri. Et tunc cum duobus religioſis ac idoneis. i. exẽplaribus ſocijs: ⁊ non cum pluribus debet ingredi. Qui videlicet ſocij ſimul maneant: ⁊ dũ fuerint intra clauſuram: ab inuicẽ nullatenus ſeparentur. Hec Urbanus. **Undecimus caſus.** ¶ Sciendũ circa hoc: ꝙ virtute huius facultatis: ⁊ hoc titulo ſolũ ingrediuntur his temporibus niſi prouinciales miniſtri in monaſterijs ſancte Clare ſuarũ ꝓuinciarũ: ſuper que habẽt gubernationẽ cõmiſſam a papa. Et ſimiliter commiſſarij quos ipſi miniſtri prouinciales: aut generalis mittunt ſuo nomine ad viſitandũ moniales. **Expoſitio.**

¶ Notãdũ: ꝙ hic nõ facim⁹ mẽtionẽ licentie quã Nicolaus. 5. dedit ſeruitricib⁹ monialiũ ad ingrediendũ clauſuram quando requiſite: ſeu vocate eſſent ab abbatiſſa cũ conſilio diſcretarũ ⁊ c. vt habetur ſupra. §. 19. Hoc. n. non reperitur fuiſſe in vſu: nec per conſequens creditur eſſe acceptatũ. Et dato caſu ꝙ hmõi conceſſio eſſet in vſu: ⁊ acceptata foret: reuocata tñ eſt ꝑ ꝓuiſionẽ Leonis ſuprapoſitã. §. 28 **Collector.**

¶ In ſupradictis ergo caſibus conceſſum eſt per Urbanũ. 4. poſſe ingredi clauſuram monaſteriorũ ſancte Clare. Uerũtñ cũ iſta ſit conceſſio generalis: que non ſufficit ꝓ fratribus minoribus: ꝓ quibus requiritur ſpecialis: vt patet ex textu ſue regule: non poſſunt virtute illius ingredi prefatam clauſurã. Idcirco dubium eſt

UVA. BHSC. IyR_230_1

Queſtio. qua facultate viſitatores: ⁊ fratres deputati ad ſeruiciũ monialiũ poſſint ingredi
Reſponſio. clauſuram: Ad hoc reſpondetur: ꝙ Urbanus prefatus ſciens: ꝙ alia via erat cir-
ca hoc ꝓuiſum: nõ ſpecificauit amplius: ſed ſolũ conceſſit: ꝙ cõmiſſio facta pro
monaſterijs prime regule ſancte Clare: extenderetur ſeu cõmunicaretur monaſte-
rijs ſecunde regule: ꝓut in ꝓlogo dicte regule Urbani continetur. fo. 283. tracta. 3.
et ffo. 293. tracta. 2. Conceſſerat autẽ Gregorius. 9. ꝙ viſitatores: ⁊ capellani: ſeu
confeſſores monialium ſancte Clare eſſent fratres minores. Ac per conſequẽs vi-
ſus eſt concedere omne quod neceſſariũ erat ad executionẽ ſuorũ officiorum. ſ. vi-
ſitatoribus ad viſitandũ: ⁊ confeſſoribus: alijſqꝫ fratribus ad ſeruiciũ monialiũ
deputatis in caſibꝰ certis ⁊ determinatis: ꝓut habetur ſupra. §. 3. Et in vltimo ca-
pitulo ꝓme regule ſancte Clare dr: ꝙ ꝓ confeſſione infirmarũ: que ad loquutoriũ
ire non poſſunt: ac ꝓ cõmunicandis eiſdem: ⁊ ꝓ extrema vnctione: ⁊ anime recõ
mendatione: liceat confeſſori cum ſocio introire: vt habetur fo. 283. tracta. 3. et ffo.
293. tractatu. 2.

Duodecimꝰ caſus. ¶ Duodecimus caſus poteſt aſſignari: ad renouãdũ ſacramentũ tpe cõſueto. Et
hoc virtute cõceſſionis Clemẽtis. 7. q̃ habetur in dictione Euchariſtia. §. 2.

Collector. ¶ Sed circa ſupradicta eſt notandum: ꝙ ꝓtectores cũ eſſent principales prelati
monialium: diſpoſuerunt de viſitatione illarum: alijſqꝫ rebus gubernationẽ ipaꝝ
concernentibus: illa que ſuis tẽporibus viſa ſunt expedire: extendendo: aut reſtrin
gendo auctoritatẽ ſuorũ cõmiſſariorum ad libitũ ſuũ: ⁊ forte non curando de ijs
que Gregorius. 9. ſtatuerat: vt ſupra poſitũ eſt. Inter quos protectores ſucceſſit
vnus dñs Mattheus appellatꝰ: qui volẽs ſe exonerare ab hmõi cura monialiũ:
ſubdelegauit gubernationẽ ipaꝝ gñali ⁊ ꝓuincialibꝰ miniſtris: dando illis quã
dam cõmiſſionẽ. Et qꝛ viſum eſt ei poſtea cõmiſſionẽ illã eſſe diminutã in aliqui-
bus: dedit aliã in ſupplementũ illius: vt habetur fo. 33. et. 34. et. 35. tracta. ꝓmo. vbi
conceſſit ea q̃ in hmõi cõmiſſionibus cõtinentur. Quo ꝓtectore defuncto: expira
Nota. uerunt ille cõmiſſiones. Et qꝛ iã nullius erant valoris: non ſunt poſite in ſecunda
impreſſione libri Monumenta ordinis nũcupati: licet per inaduertentiã: atqꝫ er-
rorem poſite ſunt in prima impreſſione eiuſdẽ libri. Ex quo ſequutũ eſt: ꝙ aliqui
decepti ſunt credendo ꝙ prefate cõmiſſiones manebãt in priſtino vigore: atqꝫ vo
lendo ſe iuuare illis: ⁊ adducẽdo eas ad ſuũ ꝓpoſitũ: preſertim quidam bonꝰ pa
ter in quodã libello: ſeu tractatu quẽ circa hmõi materiã edidit. Et idem iudiciũ
eſt de cõmiſſionibus ⁊ conceſſionibus alterius protectoris qui dicebatur Phili
pus: ꝓut habetur in quadã tabula priuilegiorũ per fratrẽ Joannẽ Jernigon edi-
tam: qui etiã deceptus eſt credẽdo: ꝙ poſt mortẽ eiꝰ durarẽt cõmiſſiones ⁊ cõceſ-
ſiones per illũ facte. Qđ autẽ per mortẽ ꝓtectoris expirauerint ille ſue cõmiſſio-
nes ptꝫ: qꝛ ſcđm iura per mortẽ delegantis expirat delegatio. Item: qꝛ licet ille ꝓ-
tector adhuc viueret: Martinus. 5. papa reuocauit illas: auferendo auctoritatem
et poteſtatem a protectoribus in hoc caſu: vt habetur ſupra. §. 13. Quapropter ab
huiuſmodi cõmiſſionibꝰ: ⁊ alijs cõſimilibus per nonnullos protectores factis:
cauendum eſt poſt illorũ obitum. ¶ Item eſt notandum: ꝙ protectores qui prefa-
to dño Mattheo ſucceſſerunt: noluerunt facere prelatis ordinis cõſimiles cõmiſ
ſiones: aut prelati noluerunt eas accipere de manu illorũ: quapropter ſummi põ-
tifices: forte attendentes ꝙ prouiſione protectorum: ſuarumqꝫ cõmiſſionum: mi-
nus bene gubernabantur moniales: volentes apponere remedium in hoc: cõmi-
ſerunt onus gubernationis earum ordini noſtro minorũ: ſeu prelatis eius in ge-

UVA. BHSC. IyR_230_1

nerali:et aliquorum monaſteriorum per cōmiſſiones: ſeu prouiſiones ſpeciales.
Taliter: ꝙ auctoritas quā ordo noſter habet nunc ſuper huiuſmodi moniales nō
dependet a protectore: ſed immediate a papa. Et ſic cū noſter ordo habeat hanc
ſpecialem cōmiſſionem a ſede apoſtolica: habent viſitatores: ⁊ fratres deputati
ſeruicio monialiū licentiam ſpecialem ad ingrediendū clauſurā in certis caſib⁹
conformiter ad regulam noſtrā: q̄uis prefata licentia Gregorij noni non preceſ-
ſiſſet. Ita ꝙ per vnā viam ⁊ aliam viſitatores ⁊ fratres deputati obſequijs hu-
iuſmodi monialium: poſſunt (abſqꝫ ſcrupulo) ingredi clauſuram ſuorum mona
ſteriorum in caſibus per Gregorium.9.ſpecificatis: vt ſupra patuit. ¶ Circa ſu-
pradicta tamen ⁊ inferius dicenda oportet aduertere: ꝙ poſt prefatam conceſſio
nem Gregorij.9.⁊ ſufficientem ſpecificationem caſuū in quibus fratres mino.
licite poſſunt ingredi clauſuram monaſteriorum huiuſmodi: aliqui ſummi ponti
fices ampliauerunt predicta concedendo ingreſſum in alijs caſibus: vt patet ſu
pra: in conceſſionibus Bonifacij.8.§.11.et Nicolai.5.§.19.et Alexandri.6.§.26.
Quas tamen conceſſiones: ⁊ quaſlibet cōſimiles: Leo.10.reuocauit ⁊ annulauit:
quia aliqui forte illis abutebantur: vt patet ſupra.§.28. Ita ꝙ ſolū manent in ſuo
vigore conceſſionis Gregorij.9.et Urbani.4.necnon ille que poſt datam breuis
prefati Leonis reperiuntur facte: prout ſunt tres quas idem Leo anno dñi.1517.
oraculo viue vocis fecit: que habentur etiam ſupra in tribus vltimis conceſſioni-
bus dictionis Ingredi ⁊c. ¶ Notandū eſt inſuper circa omnes caſus ſupradi-
ctos in quibus cōceditur poſſe ingredi clauſurā: ꝙ ſunt reſpectu monaſterioꝝ.s.
Clare: vltimo dūtaxat excepto.ſ.ſup.§.31. Quapropter ſi fratres mino. habuerint
gubernationem monaſteriorum monialiū aliorum ordinum: attendant ad aucto
ritatem que ipſis conceditur in regula ⁊ priuilegijs ipſarum. Nam licet ſit mini
ſter generalis: non poteſt ingredi clauſuram monaſterij religioſarum alterius or
dinis: abſqꝫ ſpeciali licētia pape. Idcirco opꝫ bene aſpicere regulā ⁊ ꝓuilegia ta-
lium monialiū: ne limites excedēdo quos ſācti patres poſuerūt: trāſgreſſores ſui
voti efficiātur. Qđ ne accidat alicui: aduertat ad reſolutionē ſequentem.
¶ Tandem reſolutio huius materie eſt: ꝙ nullus frater mi. poteſt ingredi (abſqꝫ Reſolutio
tranſgreſſione ſue regule) in monaſterijs monialium cuiuſcunqꝫ religionis: exce- notabilis.
ptis miniſtro generali: ac viſitatoribus: et fratribus deputatis ſeruicio monialiū
ſancte Clare: in caſibus ſupradictis: et eo modo quo in ipſis cōtinetur: atqꝫ in pre-
fatis tribus per Leonē conceſſis. Idcirco ingredi ad dandū velum: ſeu ad vidē
dum dare: aut ad profeſſionem monialium: vel ad viſitandum deſolatas: ſeu in-
firmas: aut confeſſor accipiens occaſionem intrandi ob renouationem ſacramē
ti: vt aliquem fratrem introducat ſecum: cum tū ſcđm veritatem tunc non ſit tem-
pus in quo deberet hoc fieri: vel ſub colore edificiorum: ſeu alicuius operis exer-
cendi: non habendo illud pro fine principali: aut carendo arte et induſtria ad dan
dum ordinem in hoc: vel quando non eſt neceſſe ꝙ fratres dent talem induſtriā
et ordinem: quia ſufficiunt artifices ſeculares: aut moniales: ſeu qñ abſqꝫ rationa
bili timore defectus poteſt a foris ſufficienter dari forma ⁊ induſtria: aut ſub qui
buſcunqꝫ alijs inuentionibus. fictionibus. fraudibus. cautelis. colorib⁹: ſeu excu-
ſationibus: q̄uis foret in caſibus alias cōceſſis: nullaten⁹ licet. Oia.n. hmōi ſunt
clare prohibita per regulā noſtrā: ⁊ ſummos pōtifices. Et qꝛ vt dicitur in Clemē
tina Exiui de paradiſo: de verborū ſigni. vbi aliquid alicui generaliter ꝓhibetur:
quod expreſſe non conceditur: intelligitur denegatum.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Pro ſcrupuloſis.

¶ Ultra omnia ſupradicta: ſunt duo notanda: ꝓpter ſcrupuloſos circa hmōi materiam. Primū eſt: ꝙ licet intrans clauſurā prefatā cū licētia ſufficiēti (ꝓut in caſibus conceſſis per regulā: ſuperi⁹ expreſſis: ſeu alias) debeat exire ſtatim finito negocio ꝓ quo ingreſſus eſt: q̄uis tñ aliquantulū demoretur vel ſe detineat: dum tamen non ſit corrupta intentione: ſed quadā curioſitate circueat officinas: aut loquatur cū aliquibus monialibus: nō ꝓpterea incurrit aliquā cenſurā: nec peccat mortaliter. Verū tñ: ſi corrupta intentione faceret ſupradicta: nō excuſaretur a peccato mortali: ⁊ ab incurſu cenſurarū. ¶ Alterū notandū eſt: ꝙ exceptis viſitatoribus ⁊ fratribus deputatis ad obſequiū monialiū: nullus frater ꝓpter aliquā cauſam poteſt ingredi clauſurā hmōi: niſi in caſu extreme neceſſitatis. Ut exēpli gratia. Si aliqua monialis eſſet ꝓpinqua morti: ⁊ non adeſſet confeſſor qui illā audiret in cōfeſſione: aut in defectū ſocij. Tunc. n. poſſet alius ſacerdos introire: vel cōfeſſor accipere alium ſocium: ceſſante tamen fraude.

Secundum notabile.

De monaſterijs tertij ordinis.

Collector. ¶ Aduertendum eſt circa hanc conceſſionem: q̃ multi abuſi ſunt illa credētes ꝙ facultas ⁊ poteſtas ſupradicta collata protectori nunq̃ fuerit reſtricta: propter ꝙ nonnulli prouinciales: ⁊ alij prelati ſuperiores dabant licentiam aliquibus perſonis ad ingrediendum monaſteria predictarum monialium: cum tamen hoc fuerit expreſſe prohibitum predicto protectori per Martinū. 5. Nota. ac etiam quibuſcunq̃ alijs prelatis: prout dictum eſt ſupra in dictione Ingredi monaſteria monialiū §. 10. Vide etiam ibi aliam declarationem circa predicta. Vide etiam in dictione Protector ordinis. §. 5.

9 **Leo.** 10. fecit multas conceſſiones pertinentes ad miniſtros: quarum alique cōtinētur in dictione Abſolutio ordinaria quo ad ffes. §. 21. et. 22.

10 Declarare. ¶ IDEM Leo conceſſit miniſtris: ⁊ eorum generalibus cōmiſſarijs auctoritatem determinandi q̃ dicantur res viles: aut parui valoris: vt poſſint dari a ffibus mino. intra ⁊ extra ordinē: ꝑut habetur in dictione Declarare. §. 1.

11 Declarare. ¶ IDEM Leo conceſſit prefatis miniſtris auctoritatē determinandi in ſcrupulis ſubditorum ſuorū: vt habetur late in dictione Declarare. §. 5.

12 Viſitatio. Indulgētia plenaria. ¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ omnes prouinciales obſeruantie: acta viſitatione ordinaria in cōuentibus ſue prouincie: habeant facultatē concedendi indulgentiaȝ plenariam omnibus fratribus cuiuſlibet conuētus ſic viſitati. Et idē de monialibus. s. Clare: ac tertiarijs in congregatione viuētibus. o. fffo. 93. conce. 285.

13 ¶ IDEM Leo ſtatuit: ꝙ miniſtri ꝓuinciales vltra triennium in ſuis nō poſſint continuari officijs. Et voluit: ꝙ triennio elapſo: pro abſolutis ab officio a cunctis fratribus habeantur. Ac etiam: ꝙ infra dictum triennium (ſi minus vtiles inuenti fuerint) poſſint in capitulis prouincialibus ab officijs abſolui. B. fffo. 30. conceſſione. 97. in fine.

## ¶ Miſſa.

¶ Diſtinctio conceſſionū apoſtolicarū que miſſas concernunt.

Collector. **A**Ttende: ꝙ omniū que in priuilegijs habentur circa miſſas: quedam pertinent ad locum celebrationis. Et hec ponūtur hic primo. ¶ Alia ſpectāt ad tempus: ſeu horam celebrādi. Et iſta ponuntur. 2. loco. ¶ Nonnulla vero attinent ad modū celebrandi. Et iſta ſunt multiplicia. Naȝ quedā ſunt quo ad hymnum angelicum. Et hec habentur in dictione Gloria in excelſis deo. Quedam quo ad ſymbolum. Et hec habentur in dictione Credo. Quedam quo ad prefationeȝ. Et hec habentur in dictione Prefatio. Quedam quo ad totam miſſam. Et hec habentur infra in hac dictione Miſſa tertio.

## ¶ Miſſa primo: quo ad locum.

UVA. BHSC. IyR_230_1

HOnorius. 3. conceſſit: ꝙ fratres mino. poſſint miſſas cele- 1
brare ſuper altare portatili: abſ q licentia prela- Altare.
torum eccleſie: ſeu ordinariorū. B. ſſſo. 83. cōce. 242. et. 243.

Alexander. 4. reuocauit decretū Innocentij. 4. quo ꝓ- 2
hibebatur ne fratres mi. aut alij quicūq re- Reuocatio.
ligioſi reciperent ad diuina parrochianos alienos in diebus do-
minicis ⁊ feſtiuis in ſuis eccleſijs ⁊ oratorijs. B. ffo. 102. conce. 214.

¶ Idem Alexander: quia nōnulli prelati eccleſiaſtici non curabant de ſupradi- 3
cta reuocatione per ipſum facta: dedit deſuper litteras executoriales. B. ffo. 102.
conceſſione. 115.

¶ Per ſupradictas duas prouiſiones nihil nobis noui conceſſum eſt: ſed ponti- Collectio.
fex reſtituit nos ad ius commune.

Clemens. 4. conceſſit: ꝙ in locis vbi fratres mino. degunt: poſſint habe- 4
re oratoria: in quibus cū altari portatili poſſint miſſarū ſolen-
nia: ⁊ alia diuina officia celebrare. B. fo. 56. et ffo. 140. conce. 313.

¶ Idem Clemēs ꝓhibuit ne quis in eccl'ijs fratrū mi. miſſarū ſolēnia: vel pro 5
animabus eorum qui ad loca ipſorum tumulandi deferuntur: ibidem exequias ce- Prohibitio
lebrare: ſine eorūdem fratrum aſſenſu ⁊ voluntate preſumat. B. fo. 58. et ffo. 141.
conceſſione. 336.

¶ Circa hoc vide infra diſpoſitum per conciliū Lateranēſe. §. 8. Collectio.

Sixtus. 4. conceſſit eiſdē fratribus mino. vt non ſolū in oratorijs ⁊ locis 6
quibus degunt: ſed etiam in quouis alio loco congruenti et hone-
ſto poſſint ſuper altare portatili: miſſas libere et licite celebrare. B. fo. 59. et ffo.
143. conceſſione. 344.

Alexander. 6. conceſſit fratres mino. poſſe celebrare miſſas in cameris 7
ſecularium: vel in plateis: dato ꝙ non videantur loca hone-
ſta: quia in cameris dormiunt coniugati: ⁊ in plateis fiunt multa profana. o. ffo.
70. conce. 173. et ffſo. 99. conce. 371.

Leo. 10. in cōcilio Lateranē ſi ſtatuit: ꝙ tā ꝑlati eccl'iaſtici: q̄ preſbyteri ſecu- 8
lares: q vinculo excōicationis ligati nō fuerint: miſſas in eccl'ijs quorū- Proclericis
libet frm deuotionis cauſa celebrare volētes: celebrare poſſint. Ipiq fres tales ce- ſecularibus.
lebrare volētes: libenter recipere debeant. B. ffſo. 25. conce. 70.

¶ Idem Leo declarauit ⁊ ſtatuit: oēs chriſti fideles vtriuſq ſexus: q (nō cōtē- 9
pto ꝓprio ſacerdote parrochiali) in eccl'ijs frm ordinū mendicātiū dñicis ⁊ feſti- Pro laicis
uis dieb3 miſſas audiūt: ſatiſfacere ꝑcepto eccl'ie de miſſa audienda. Nec in ali- ſecularibus.
quā labē peccati mortalis: aut penā ꝓpterea incurrere. In contrarium facien. nō
obſtantibus quibuſcunq. B. ffſo. 27. conceſſione. 90.

¶ Idem Leo ꝑfatas ſuas lr̄as cōfirmauit: ⁊ ampliauit: et ſuꝑ eas aduerſus 10
contradictores conſeruatores dedit. B. ffſo. 47. conce. 142.

## ¶ Miſſa ſecundo: quo ad tempus.

EUgenius. 4. conceſſit: ꝙ fratres mi. poſſint celebrare miſſa3 1
vſq ad nonam: ſine ſcrupulo conſcientie. o. ffſo.
102. conceſſione. 418.

Pius. 2. conceſſit: ꝙ generalis poſſit dare fratribus auctoritatē 2
celebrandi miſſas per vnam horā ante aurorā: eis quib⁹

UVA. BHSC. IyR_230_1

## Miſſa ſecundo: quo ad tempus.

ſibi videbitur: auctoritate apoſtolica. o. fffo. 97. conceſſione. 346.

3 **Sixtus.** 4. conceſſit: ꝙ fratres mino. obſer. ſacerdotes: cauſa neceſſitatis poſſint ante: et poſt horam ſtatutaꝫ ab eccleſia celebrare. o. fo. 63. et fffo. 67. conceſſione. 109. et fffo. 96. conceſſione. 324.

4 *Particularis ꝓ hiſpania.* **Innocentius.** 8. conceſſit fratribus ordinis predicatorum cõgregationis Hiſpanie reformatis: ꝙ poſſint celebrare miſſam per horã ante diẽ: ⁊ per horã poſt meridiẽ: preſertim qñ ꝑdicatur in cõuẽtibꝫ: vel ſunt ſolẽnia officiã. o. fo. 16. et ffo. 76. cõce. 194. et fffo. 101. conce. 393.

5 ¶ IDEM Innocentius conceſſit fratribus Auguſtinenſibus: ꝙ expleto matutinali officio: etiã ante lucis aurorã poſſint miſſas celebrare. b. fffo. 101. conce. 399.

6 **Leo.** 10. conceſſit frĩbus mi. obſer. vt de licẽtia ſuoꝝ ſuperiorum (quorum conſcientijs remittit quomodo fratres debeant vti hac gratia) poſſint celebrare illico poſt matutinum: ⁊ poſt meridiem: preſertim diebus quando eſt de audienda miſſa preceptum: quando fratres debent ambulare: ſeu quando de via veniunt: ⁊ non poſſunt ante meridiem applicare ad locũ vbi cõmode poſſint miſſam audire: vel honeſte celebrare. De eſtate vero quando noctes ſunt breuiores: etiam ante matutinum choꝛi: vel infra: dummodo celebraturus illud per ſe: aut cum ſocio dixerit: prout cõſuetũ eſt in ordine cũ prima. o. fffo. 92. cõce. 275.

¶ Ex priuilegijs monachorum ſancti Benedicti.

7 **Martinus.** 5. cõceſſit: ꝙ priores et ffes ordinis ſãcti Bñdicti poſſint ex deuotiõe vel alia iuſta cauſa ĩ ſuis monaſterijs celebrare miſſas ſtatim poſt expletum matutinum: vel ſaltem per horam ante aurorã: habito reſpectu ad horologium.

## ¶ Miſſa tertio: quo ad modum.

1 *Ex iure cõi.* **Honorius.** 3. mãdauit vniuerſis eccleſiarũ ꝑlatis quatenꝰ in eccleſijs collegiatis celebrẽt duas miſſas collegialiter: vnã ꝓ defũctis: ⁊ aliã ſm exigẽtiã diei: vt de feſto: ſi feſtũ occurrit: vel de feria: ſi feria. Hꝫ in. c. cũ creatura. extra de cele. miſ.

2 *Ex iure cõi. Credo. Prefatio.* **Innocentius.** 3. ſtatuit: vt in miſſis cõmemorationis: ſeu votiuis: licet dicatur propria prefatio: non tamen Hymnus angelicus: ſeu Gloria in excelſis: nec Symbolum dicantur: vt inter commemorationem ⁊ ſolennitatem differentia oſtendatur. Habetur in. c. Conſilium. extra de celebratione miſſarum.

3 *Ex iure cõi.* **Concilium** Triburinẽ. ſtatuit: ꝙ propter miſſam ſpecialem: ſeu votiuam: vt de ſancto Michaele: miſſa de eadem die non dimittatur: niſi aliquis velit propter reuerentiam Trinitatis miſſam illius audire. Habetur in. c. Quidã laicorum. de celebratione miſſarum.

4 *Gloria. Proſe.* **Alexãder.** 4. cõceſſit fratribus mi. vt in miſſis votiuis ſpiritus ſancti: et virginis Marie: Gloria in excelſis deo: necnon Sequentias cõpetentes: tã in ſolẽnitatibus cantare: ꝙ dicere poſſint in priuatis: nõ obſtãte ſtatuto generali. b. ffo. 257. tracta. 2.

5 *Indulgẽtie.* ¶ IDEM Alexander conceſſit accedentibus ad eccleſias fratrum mino. cauſa audiendi miſſas quocunqꝫ tempore: ꝓ qualibet vice indulgentiam centum dierũ. o. fffo. 108. conceſſione. 437.

6 *Pro domicellis.* **Eugenius.** 4. conceſſit: ꝙ puelle nobiles non audientes miſſam in die-

UVA. BHSC. IyR_230_1

bus dñicis: excuſantur ſi ſunt in poteſtate alterius.o.ffo.102.conceſſione.417.
¶Idem Eugenius conceſſit: ꝙ fratres qui noluerint dicere miſſam de dñica 7
infra octauas ſanctorum noſtri ordinis: non teneantur.o.ffo.101.conce.407. De ſanctis ordinis.
¶Attende: ꝙ ſupradictum videtur ſolum habere poſſe locum quando in hmõi Collector.
dominica poneretur hiſtoria dominice.

Alexander.6.ad remouēdū ſcrupulū cōceſſit ffib⁹ mi. ꝙ poſſint cele- 8
brare cū planellis de corio: ſine calcaneo.o.ffo.70.conce.
172.et ffo.99.conceſſione.370.
¶Sciendum: ꝙ tempore prefati Alexandri.6.videlicet anno domini.1502.cele- Collector.
bratum eſt Capitulum generale Albieſe: in quo facta eſt ſequens ordinatio: ſeu de
claratio vel publicatio conceſſionis per prefatum ſummum pontificē (vt pie cre
ditur) facte: aut eius auctoritate.

Quaſcunqꝫ miſſas in noſtris miſſalibus exiſtentes: poſſumus dicere: licet 9 Statutū generale.
non ſint ordinarij Romani.

Leo.10.informatus: ꝙ in conuentibus quos fratres mino.obſer.a fratri 10
bus conuentualibus eiuſdem ordinis (de mandato ⁊ licentia ſedis Pro cōuētibus nouiter reformatis.
apoſtolice) reformandos receperunt: tot ⁊ tanta onera: ac fundationes miſſarū:
et aliorum ſuffragiorum cōperiuntur: vt ſi omnibus ſatiſfacere deberent: in mul-
tis locis fratres non ſufficerent: quinimo opus eſſet quaſi vbiqꝫ ordinarium pre-
termittere officium ⁊ alia extraordinaria celebrare ⁊ perſoluere: ac in pleriſqꝫ lo-
cis prouentus ⁊ redditus ex quibus celebrationes miſſarum ⁊ ſuffragiorum hu
iuſmodi fundate ſubſiſterant: ſunt probati non ſubſiſtere: ſed penitus alienati:
necnon ⁊ paramenta eccleſiaſtica pro quibus etiam ſimilis obligatio excreuerat:
eſſe omnino conſumpta: decreuit ⁊ declarauit: ꝙ predicti fratres qui prouentus
et redditus propter quos talia onera impoſita ſunt non percipiunt: nec ex voto
profeſſionis ſue percipere poſſunt: non fuiſſe obligatos: nec eſſe: nec impoſterum
ſi contigerit ſimiles reformationes in conuentibus fieri: teneri ad ſimilia ſuffra-
gia perſoluenda: dūmodo tam in cōmunibus officijs que cotidie in dictis eccle-
ſijs celebrantur: qꝫ in priuatis orationibus: ⁊ in extraordinarijs miſſis: ⁊ ſuffra-
gijs que in dicto ordine pro ſingularibus benefactoribus fieri ſtatutum eſt: illoꝝ
qui predictos redditus: ſeu ornamenta reliquerunt: memoriam ſpecialiter faciāt.
¶Et ſimili modo conceſſit: ꝙ moniales ſancte Clare ſub cura dictorum fratrum Pro cōuētibus monialiū.s.Clare.
viuentes: vbi ſimiles obligationes in reformatis monaſterijs forte inuenerunt:
non teneantur ad huiuſmodi onera: dummodo etiam in communibus officijs:
⁊ orationibus priuatis: ⁊ alijs extraordinarijs miſſis: ⁊ ſuffragijs pro benefa-
ctoribus per eas ordinatis: ⁊ ordinandis eorum memoriam faciant ſpecialem.
B.ffo.18.conceſſione.58.
¶Idem Leo poſtea informatus: ꝙ ante reformationem aliquarum domorū 11
ordinis mi.fratres cōuentuales in illis exiſtentes: certa bona: ac annuos reddi- Pro cōuētibus nouiter reformatis.
tus cum onere celebrandi miſſas: ⁊ alia diuina officia: ⁊ ſuffragia illis relicta poſ
ſidebant: ⁊ ꝙ poſt reformationem huiuſmodi guardiani ⁊ fratres regularis ob-
ſer.in illis exiſtentes bona: ac annuos redditus huiuſmodi partim dimiſerunt: ⁊
partim vendiderunt: et precium illorum in reparationem dictarum domorum:
⁊ alias neceſſitates fratrum domorum earūdem conuerterunt: ac etiam ꝙ in ali-
quibus locis regularis obſer.dicti ordinis inueniuntur alique obligationes per-
petue ad miſſas continue celebrandas: per predeceſſores prelatos predictorū lo-

UVA. BHSC. IyR_230_1

De obligatio corum antea contractas: quas ſi ſeruare deberent fratres preſentes: ⁊ pro tempo
nibꝰ ꝑpetuis re dicta loca inhabitãtes (cũ ex cotidiana mendicatione: ac laboritio viuere ha-
miſſarum. beant) cotidiane neceſſitatis preſidio fraudarentur: declarauit ⁊ ordinauit: ꝙ cũ
predicti fratres iuxta regule ſue puram ⁊ debitam obſeruantiam ex cotidiano la
boritio: et humili mendicatione viuere habeant: nõ fuerunt: nec ſunt capaces one-
rum perpetuorum hmõi per que temporis progreſſu libertas ſpiritus in miſſis ⁊
alijs diuinis officijs: ac in acquirendis vite neceſſarijs cõmoditas a fratribꝰ pre
dictis tolleretur. Quare omnes ⁊ ſingulas huiuſmodi obligationes perpetuas:
tam per fratres conuentuales ꝗ per fratres obſeruantes cum quibuſcunq; perſo
nis contractas: caſſauit ⁊ annullauit. Et ne chriſti fideles (qui pro prefatis perpe
tuis ſeruitijs ſua bona ſunt elargiti) ſuo fraudentur deſiderio: omnia charitatis
opera: ⁊ diuina ſeruitia que in toto dicto ordine celebrãtur ⁊ fiunt: predictis chri-
ſti fidelibus: ⁊ defunctis: per viam ſuffragij: ꝗtum diuine placuerit bonitati com
municauit. B. ffo. 23. conceſſione. 65.

12 ¶ IDEM Leo inhibuit diſtricte miniſtris prouincialibus fratruꝫ mi, regularis
Prohibitio obſer. ac ſubditis eorũdem: ne hmõi miſſarum: aut aliorum ſeruitiorũ onera per-
petua: vllatenus de cetero acceptent: aut recipiant. B. ffo. 23. cõce. 65.

13 ¶ IDEM Leo conceſſit: vt quando fratribus mino. cõmendatur miſſe q̃ vul-
De miſſis ſu gariter appellantur de reuelatione: de ſancto Amatore: de ſancto Gregorio: ⁊ de
ꝑſticioſis. Conſolatione: cũ certis candelis: vel alie ſimiles: vel ꝙ non diſcontinuentur: ſatiſ-
faciant fratres predicti dicendo illas miſſas ad quas magis diſpoſiti fuerint: ma
xime de officio de quo illo die recitant: et ad predictas tali modo recommenda-
tas: nullatenus teneantur: precipue cum videatur hoc quandam ſuperſtitionem
ſonare. o. ffo. 93: conceſſione. 289.

Collector. ¶ Occaſione huius conceſſionis aliqui (illam minus bene intelligentes) arbitra
ti ſunt predictam facultatem extendi ad quaſcunq; miſſas eis recõmendatas: vt
de Epiphania: de Natiuitate: vel plagis: ſeu de paſſione ⁊c. quod tamen eſt om-
nino falſuꝫ propter multa. Primo q: expreſſe littera cõceſſionis loquitur de miſ-
ſis que habent aliquã ſuperſtitionem anexam: prout ibi exemplificatur. Nec ob-
ſtat illud qđ additur (vel alie conſimiles) q: refertur ad ſuperſtitioſas immediate
exẽplificatas. Nec adhuc pro omnibus in conceſſione exẽplificatis videtur tuta
diſpenſatio prefata: ſeu declaratio: quia inter illas ſunt multe nullã ſuperſtitionem
habentes: vt miſſe aliquarum feſtiuitatum domini noſtri: aut domine noſtre: ſeu
alie que in miſſali continentur: vt de tali dominica: vel tali apoſtolo ſeu apoſtolis:
vel alijs ſanctis. Secundo etiam: quia a ꝓmiſſione: et obligatione licita: cuiuſmo
Nota. di eſt de alijs miſſis non ſuperſtitioſis: non poteſt quis (poſtq; obligatꝰ eſt) libe-
rari: ſeu diſpenſari: abſq; conſenſu illius cui ſe obligauit: aut ſine alia legitima
cauſa. Et ideo indubie tenendum vr: ꝙ quandocunq; aliqua miſſa recommenda
tur ſine admixtione alicuius ſuperſtitionis: debet dici prout fuit recõmẽdata ⁊ ac
ceptata. ſ. tã reſpectu officij: ꝗ etiã loci: ⁊ temporis: ⁊ candelarum ⁊c.

14 ¶ IDEM Leo informatus: ꝙ in quibuſdam regionibus ꝓ celebratione vnius
De miſſis ꝓ miſſe: certa pecunie quantitas dari conſueuit in eleemoſinam fratribus mi. tam
quibꝰ datur valde parua: ⁊ tenuis: ꝙ dicti fratres ob eleemoſinam que ſingulariter a pluribꝰ
modica elee- elargitur: tot miſſas quot ſunt largientes pro ſingulis celebrare non valent: decla-
moſina. rauit ⁊ conceſſit predictis fratribus obſer. ꝙ celebrando vnam miſſam dũtaxat:
ſi eleemoſina equiualens vni Julio: id eſt decime parti ducati nõ elargitur: etiam

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſi duas: tres vel quattuor: aut plures miſſas celebraturi eſſent occaſione diuerſarū
et plurium eleemoſinarum hmōi: ⁊ in dicta celebranda miſſa ꝓ omnibus qui ꝓ
dictis miſſis in eleemoſinam vſqꝫ ad ſummā huiuſmodi contribuunt: cōmemo
rationem in genere faciendo: in hoc conſcientiarum puritati predictorum fratrū
ſatiſfactum ſit. G. ſſo. 20. conce. 62.

¶ Cauendum eſt omnino ne quis vtatur hmōi conceſſione: qꝛ reuera nullius eſt Collector.
valoris: prout multi viri famoſi theologi: et iuriſperiti: ſuper hoc cōſulti reſpōde- Nota.
runt. Nā vltra multa que cōtra hmōi conceſſionem dici poſſent: conſtat bene in-
tuenti relationem: ꝙ ſubreptitie obtenta eſt. Quapropter reuerendus pater frater
Joānes glapion dū inſtitutus eſſet procurator curie romane: ꝓmiſit procurare
reuocationem: ſeu potius declarationē nullitatis huius conceſſionis. Et credēdū
eſt ꝙ obtinuit: licet ad manus noſtras non peruenerit.

Clemens. 7. conceſſit fratribus mi. obſer. ꝙ cū aliquis petierit ab eis vt 15
celebrent miſſam de paſſione: liceat eis miſſam de cruce: vel de De miſſa paſſionis.
quinqꝫ plagis: ⁊ loco euangelij paſſionem ſm Joannē dicere. Siue in fine miſſe
hmōi: paſſionē prefatam dicere. Et ſic cenſeatur ſatiſfactū fuiſſe petitionibus illo
rum: qui petierunt celebrari miſſam de paſſione. o.

¶ Ex priuilegijs monachorum ſancti Benedicti.

Eugenius. 4. conceſſit monachis ſancti Bñdicti congregationis Hiſ 16
panie: ꝙ celebrans miſſas tricenarij ſancti Gregorij vel Lā
berti in ſuis monaſterijs ſatiſfaciat etiā ſi intra dictū tricenariū ſibi occurrat: ꝙ ce
lebret aliquā aliā miſſam: puta maiorē vel matutinalē: vel alias in cōuentu. o.

¶ Ex priuilegijs fratrum ſancti Hieronymi.

Martinus. 5. conceſſit: ꝙ in quattuor tēporibus: vel diebus quadrageſi 17
me: aut letanijs: ſufficiat in monaſterijs ſancti Hieronymi
celebrare miſſam de feria (ſi hoc velint) cū cōmemoratione feſti quod in ipſa die
celebratur: niſi eadē die ſit feſtū duplex: aut ſemiduplex. Super hoc tñ onerat con
ſcientiā prelati: ſi nō eſt tanta multitudo fratrū: ꝙ poſſint duas miſſas dicere. o.

¶ Audientibus miſſas in certis feſtiuitatibus: ⁊ alijs diebus: ſunt cōceſſe nonnul Collector.
le indulgentie: que habentur in dictione Indulgētie plenarie quo ad fratres. §. 19.
Et in dictione Indulgentie quo ad ſeculares. i. in multis. §.

## ¶ Monaſteria.

¶ Diſtinctio indultorū apoſtolice ſedis pertinentiū ad monaſteria.

Circa materiam monaſteriorū: preſertim monialiū: ſunt multa ſuperius in Collector.
varijs dictionibus poſita: que hic repetere ſuperfluum foret. Et ideo ſufficiet
remittere ad hmōi dictiones. ¶ Et primo quo ad edificationem monaſteriorꝫ:
habetur in dictione Edificare. ¶ Secundo quo ad exēptionem ipſorū monaſte-
riorum: dictum eſt in dictione Exemptio. ¶ Tertio quo ad bona monaſteriorum
hmōi: poſitū eſt in dictione Alienatio: ⁊ Bona. ¶ Quarto quo ad acceſſum ad
loca exteriora monaſteriorū monialium vbi cōmuniter accedunt ſeculares: dictū
eſt in dictione Accedere ad monaſteria. ¶ Quinto quo ad ingreſſum in clauſuraſ
predictorum monaſteriorum: habetur in dictione Ingredi monaſteria. ¶ Sexto
quo ad indulgentias conceſſas viſitantibus hmōi monaſteria: aut pro illis ma-
nus porrigentibꝰ adiutrices: dictū eſt in dictione Indulgētie quo ad ſeculares. i.
et. 2. et. 3. et. 4. ¶ Ultra ꝓdicta: ſūt nōnulla alia monaſterijs ꝑtinētia: ꝓut ſequūtur



UVA. BHSC. IyR_230_1

1 Ex iure cōi. **S**ynodus. 8. diffinivit: duplex monaſterium .ſ. virorum ⁊ mulierū minime fieri: ꝙ ſcandalū id ⁊ offendiculū multis efficitur. Que autē hactenus fuerunt dupla ſm regulam ſancti patris Baſilij: et ſecundū preceptionē eius: ita formentur. Nō habitent in vno monaſterio monachi ⁊ monache. Adulterium niſi intercipit cohabitatio: ſi habeat aditū monachus ad monachā: vel monacha ad monachū ſecreto ſingulariter ad collocutionē. Nō cubet monachus in muliebri monaſterio: nec ſingulariter cū monacha conuiuetur. Et qñ neceſſaria vite aperte virorum ad regulares deferuntur: extra portā hoc ſuſcipiat abbatiſſa in monaſterium feminarum cū quadā vetula monacha. Habetur. 18. q. 2. c. Diffinimus.

2 Ex iure cōi. **C**oncilium Agatenſe ſtatuit: ꝙ monaſteria puellarū: ſeu monialiū: longius a monaſterio monachorū: aut ꝓpter inſidias diaboli: aut ꝓpter oblocutiones hominum collocentur. Habetur. 8. q. 2. c. Monaſteria.

3 Ex iure cōi. **Innocentius.** 2. ſub pena anathematis interdixit ac prohibuit: ne ſancti moniales ſimul cū canonicis ⁊ monachis in vno choro conueniant ad pſalendū. Hr. 18. q. 2. c. Pernicioſam.

4 Ex iure cōi. **Gregorius.** prim⁹ ſtatuit: in nullo loco monachos ⁊ monachas in vno monaſterio habitare. Sed nec ea que duplicia vocantur. Et ſi quid tale eſt: religioſus epūs mulieres quidem in ſuo loco manere ſtudeat: monachos autē aliud monaſterium edificare cogat. Si autē plurima ſint talia monaſteria: ſeparentur in alijs monaſterijs monache: et in alijs monachi. Res autē quas habent cōmunes: ſecundum iura eis competentia diſtribuantur. Habetur 18. q. 2. c. In nullo loco.

5 **Innocentius.** 4. conceſſit fratribus minorib⁹: vt in monaſterijs monialium ſancte Clare in quibus tempore. Gregorij. 9. predicti fratres deputati non fuerunt pro illarum regimine: aut ſeruitio: non teneātur ibidem morari: nec ad id per litteras apoſtolicas arctari poſſint: niſi littere ipſe plenam fecerint de hmōi indulto mentionem. B. ffo. 201. cōce. 495.

6 ¶ IDEM Innocentius ſtatuit: ꝙ in monaſterijs monialiuz in quibus predicti fratres mino. deputati fuerint pro ſeruitio monialiuz: in ſpiritualibus dūtaxat deſeruiant: ⁊ iuriſdictioni: ⁊ correctioni miniſtrorum ſuorum: ſicut et alij fratres pareant: et obediant. B. ffo. 201. conceſſione. 495.

Correctio.

7 Excōicati. **Clemens.** quartus inhibuit: vt nullus: eccleſias: aut monaſteria: ſeu loca fratrum minorum auſu temerario preſumat infringere: aut in illis violentiam dānabilem exercere. Ac voluit: ꝙ illi qui ſecus facere preſumpſerint ſententiam excōmunicationis incurrant ipſo facto: a qua non poſſint abſolui: niſi per ſedem apoſtolicam; aut per conſeruatores eidem ordini deputatos. B. fo. 21. Et ffo. 105. conce. 226.

Collector. ¶ Circa hoc hoc poſtea Leo decim⁹ conceſſit: vt prefate perſone poſſint abſolui a prelatis ordinis: prout habetur ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares ſecundo in. §. decimo quarto.

8 Reformatio **Concilium.** Conſtantienſe ſtatuit: ꝙ generalis fratrum minorū poſſit monaſteria ſibi ſubdita reformare: atq; ab eis ſuperflua tollere: prout ſupra latius poſitum eſt in dictione Generalis miniſter. §. 3.

9 **Leo.** decim⁹ conceſſit miniſtris prouincialibus: vt loca eis minus cōmoda: ab ipſis non omnino derelicta poſt conſtitutionem Bonifacij

UVA. BHSC. IyR_230_1

pape.8.conſtructa: pro ſua deuotione poſſint illa tenere ſine fratribus illa inhabitantibus: ita q aliquando ea viſitent: cum tempus opportunum fuerit: et in eorum eccleſijs aliquando celebrent. Et q quicquid ab illis locis ad alia in quibus modo degunt tranſportarunt: licite poſſint: et ſine ſcrupulo conſcientie retinere: et illis deinceps vti. O.ſſfo.61.conce.189.

¶ Attende: q huiuſmodi conceſſio quo ad tranſportationem rerũ: non extẽditur niſi ad preterita ante datã preſentium.ſ.1520.die.10.martij. Collector.

## ¶ Moniales.

¶ Diſtinctio conceſſionum attinentium ad moniales.

Quo ad moniales: q̃ plura continentur in priuilegijs fratrum minorum: et aliorum mendicantium. ¶ Et primo ea que attinent in ſpeciali ad electionem abbatiſſarum: ꝛ auctoritatem officij ipſarum: dicta ſunt in dictione Abbatiſſa in.§.vbi eſt hec dictio Electio. ¶ Secundo illa que concernunt exemptionem earumdem monialium ab ordinarijs prelatis eccleſiarum: et a decimis: alijſq impoſitionibus: vt gabellarum ꝛc. poſita ſunt in dictione Decime.§.quarto et ſexto.et ſeptimo.et decimo.et vndecimo.et duodecimo.et tredecimo. Et in dictione Exemptio.§.12.et.17.et.20.et.29.et.30. ¶ Tertio de indulgentijs ꝛ abſolutionibus plenarijs eiſdem cõceſſis: habetur in dictionibus Abſolutio quo ad fratres et Indulgentie quo ad fratres. ¶ Quarto qualiter ſunt prefatis monialibus communicata priuilegia fratrum minorum: poſitum eſt in dictione Cõmunicatio priuilegiorum.§.2.et.3.et.4.et.5.et.6.et.19. ¶ Ultimo quomodo teneantur prefate moniales obſeruare clauſuram ſuorum monaſteriorum: habetur in dictione Clauſura monialium. Collector.

¶ Diſtinctio infraſcriptarum conceſſionum.

¶ Ultra predicta: ſunt nonnulla alia que moniales concernunt. Et iſtorum quedam pertinent directe ad prelatos ordinis: que continentur in.§.1.et.2.et.3.et.6.et 9.et.17.et.19.et.20.et.22.et.26.ac.27. ¶ Alia ſpectant directe ad moniales: quorũ quedam pertinent ad communicationem priuilegiorum eis factam. Iſta autem continentur in.§.3.et.12. ¶ Quedam vero tangunt diſpenſationem. Et hec habentur in.§.4.et.5.et.6.et.7.et.8.et.13.et.18.et.21.et.25. ¶ Quedam alia pertinent ad abſolutiones: prout habetur in.§.10.et.11. Collector.

¶ Alia diſtinctio conceſſionum ſequentium.

¶ Sciendum inſuper: q moniales ſancte Clare: quas infraſcripta tangunt: ſunt in duplici differentia. ¶ Quedam ſunt prime regule a ſancta Clara edite: que in nonnullis partibus collectanee nuncupantur: et antiquitus domine pauperes ſancti Damiani dicebantur. Et iſte ſunt proprie ac ac vere moniales ſancte Clare. ¶ Alie ſunt moniales ſecunde regule: non quidem a ſancta Clara ordinate: ſed ab Urbano papa.4.que a multis Urbaniſte appellantur: et in partibus vbi monaſteria earum vigent: moniales ſancte Clare abſolute dicũtur. Et ſic voluit Urbanus prefatus q vocarentur. ¶ Ad primas moniales que re ac nomine ſancte Clare ſunt: diriguntur priuilegia q̃ ante Urbanũ.4.reperiũtur conceſſa. Necnõ et alia per Eugenium.4.poſtea conceſſa. que habentur infra.§.6.et.7.et.8. Ac etiã per Sixtum quartum. vt habetur infra.§.duodecimo. ¶ Ad alias moniales: que nomine ſolum: ꝛ non re: ſunt ſancte Clare: pertinent precipue reliqua indulta apoſtolica: quia pro ipſis impetrata ſunt a fratribus curam illarum gerentibus. Collector.



UVA. BHSC. IyR_230_1

Sed nihilominus eiſdem priuilegijs gaudere poſſunt prefate moniales prime re-
gule: qꝛ generaliter ac indiſtincte monialibus ſancte Clare ſub cura fratrū minoꝝ
degentium conceſſa reperiuntur. Et qꝛ nouiſſime Clemens. 7. conceſſa quibuſuis
congregationibus fratrum aut monialium: extendit: ſeu cōmunicauit omnibus:
vt habetur ſupra Cōmunicatio priuilegiorum. §. 19. gaudent ſimiliter omnibus
conceſſis fratribus mino. vt habetur infra. §. 4.

1 Alexander. 4. conceſſit fratribꝰ mi. ꝙ nō teneātur ſuſcipe-
re curā quarūcūqꝫ monialiū: preterꝫ quarūcū
qꝫ litterarum apoſtolicarum que de p̄ſentibus plenam: ⁊ expreſ
ſam mentionem non fecerint: niſi Romane eccleſie immediate
eſſent ſubiecte. b. fo. 23.

2 Viſitatio. Clemens. 4. conceſſit fratribus mino. vt ad viſitandū
aliqua monaſteria monialiū cuiuſcunqꝫ ordinis: vel ad audiendū confeſſiones ea
rum compelli aliquatenus non poſſint: etiam per litteras apoſtolice ſedis: in qui-
bus non fuerit facta mentio ſpecialis de hmōi indulto: nec minꝰ per legatos: vel
delegatos eiuſdē ſedis: aut ꝑ quoſcūqꝫ alios. B. fo. 57. Et ffo. 140. conce. 322.

3 Bonifacius. 8. innouauit litteras Innocentij. 4. quibus ſtatuit et decla-
rauit: ꝙ quecūqꝫ moniales cōmiſſe fuerint gubernationi
fratrū mino. virtute alicuius indulti apoſtolici: non ꝓpterea intelligātur eſſe ordi-
nis predictorū fratrum: ſed ꝙ hmōi cōmiſſio ad hoc extendatur vt moniales ſic
Cōicatio priuilegiorum. cōmiſſe: gaudeant priuilegijs conceſſis: ⁊ concedendis predictis fratribꝰ. Quodqꝫ
prelati ordinis exhibeant eiſdem monialibus de conſtitutionibus predicti ordi-
nis mino. ea que illis cōpetere poſſint. Ac etiā ꝙ miniſtri per ſe: vel fratres ſuos:
Viſitatio. quos ad hoc idoneos viderint: viſitationis officiū eis impendāt. corrigēdo: ⁊ re-
formando tā in capite: q̄ in mēbris: que correctione ⁊ reformatione nouerint indi-
gere: inſtituendo: ⁊ deſtituendo. mutando: ⁊ ordinando: ꝓut ſecūdum deum vide
rint expedire. Ita tamen ꝙ electio abbatiſſe libere pertineat ad cōuentū. Et ꝙ cō-
feſſiones earūdem monialiū audiant: ⁊ eis eccleſiaſtica ſacramēta adminiſtrent.
Ac inſuper ꝙ poſſint aſſignare: ⁊ deputare aliquē capellanū ſecularē: diſcretū tn̄
⁊ prouidū: qui in neceſſitatis articulo predictarū monialiū cōfeſſiones audiat: ⁊
alia ſacramēta miniſtret: necnō ⁊ diuina officia celebret. b. ffo. 32. Et ffo. 33. cō. 35.

4 Cōicatio priuilegiorum. ¶ IDEM Bonifacius cōfirmauit litteras Innocētij. 4. qui ſtatuit: vt quecūqꝫ
moniales cōmiſſe fuerint gubernationi fratrū mino. virtute alicuius indulti apo-
ſtolici: moniales ſic cōmiſſe gaudeant priuilegijs conceſſis ⁊ cōcedendis predi-
ctis fratribus. b. fo. 32. et ffo. 33. conce. 35.

5 Ieiunium. Diſpēſatio. Eugenius. 4. conceſſit: ꝙ moniales ſancte Clare: ac tertiarie: necnon ⁊
aliorum ordinū. ſ. ſub gubernatione fratrū minorū exiſtētes:
ſolum modo teneantur ad illa ieiunia ad que fratres mino. obſeruantie obligati
ſunt. Et ꝙ eodē modo ſeruent in cibis quadrageſimali tēpore: exceptis debilibꝰ:
et infirmis. Sed in alijs ieiunijs: vt ſunt quattuor tempora: ⁊ vigilie apoſtolorū:
et ſimilia: ſeruent conſuetudinem regionis. Secundū quā liceat eis etiam oua: ⁊
lacticinia comedere. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

6 Diſpenſatio ¶ IDEM Eugenius conceſſit monialibus: prime regule ſancte Clare: vt nō te-
neantur incedere nudis pedibus diſcalciate: ſed poſſint deferre illa q̄ nomine cal-
ciamentorū nō cēſentur. vt puta cuquos ligneos: ſeu calepodia: ⁊ ſandalia: atqꝫ
etiā cum opportunū fuerit calciamenta. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

UVA. BHSC. IyR_230_1

¶ Idem Eugenius conceſſit: ꝙ generalis: et prouinciales fratrum minorum 7
obſeruantie habeant (cum diſcretorū conſilio) facultatem diſpenſandi cū prefa- Diſpēſatio.
tis monialibus: tam in cibis: ꝙ̄ in ſilentio: ⁊ quibuſcunqꝫ alijs perpetuis q̄ in ea-
rum regula continentur. b. fo.47. Et ffo.42. conce.47.

¶ Idem Eugenius declarauit: ac voluit: ꝙ in nullius preceptorum prime regu 8
le ſancte Clare tranſgreſſione (preterꝙ̄ eorū quattuor que concernunt principalia Pro monia
vota ſcilicet obedientie. paupertatis. caſtitatis: ⁊ clauſure: ac ſuper electione abba lib⁹ p̄me r̄le
tiſſe: et eius depoſitione) peccatum mortale prefate moniales incurrāt. b. fo.47. ſancte Clare
Et ffo.42. conceſſione.47. Diſpēſatio.

¶ Idem Eugenius conceſſit poſtea: ꝙ diſpenſatio per ipſum facta ſuper pri- 9
mam regulā ſancte Clare: videlicet ꝙ non teneantur niſi ad quattuor vota: et ſu- Pro monia
per electione: ac depoſitione Abbatiſſe (prout ſupra poſitum eſt) extenderetur ad lib⁹ ſecunde
moniales ſecunde regule ſancte Clare: ſcilicet ꝙ non teneātur: niſi ad ſupradicta r̄le.s. Clare.
ſub pena peccati mortalis. o. ffo.261. conceſſione.674. Diſpēſatio.

Nicolaus. 5. ſtatuit: ꝙ moniales ſancte Clare: niſi de generalis: vel viſita 10
toris earum expreſſa licentia: aliquam ad religionem: vel pro De receptiōe
feſſionem recipere valeant. Et ꝙ nullum (niſi qui a prefato generali: ſeu viſitatore nouitiarum:
pro idoneo reputatus fuerit) in earum capellanum recipere: ſeu receptum retine- et capellani.
re preſumant. b. fo.48. Et ffo.43. conceſſione.48.

¶ Idem Nicolaus conceſſit eiſdem monialibus: ac earum ſeruitricibus co- 11
pioſam facultatem: qua vti poſſint confeſſores ipſarum: prout habetur in dictiōe Abſolutio.
Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §.8.

Sixtus. 4. conceſſit: ꝙ dicte moniales collectanee (ſcꝫ prime regule ſancte 12
Clare) poſſint abſolui a miniſtris: ſeu viſitatoribus: ⁊ earum cō- Pro monia
feſſoribus ab omnibus criminibus. penis: ⁊ cenſuris: etiā ſedi apoſtolice reſer- lib⁹ collecta
uatis: quoties opus fuerit. Et ꝙ ipſe: ⁊ earum nouitie poſſint ꝓmereri omnes in- neis.
dulgentias alme vrbis viſitando ſuas eccl'ias. o. ffo.261. conce.678.

¶ Idem Sixtus conceſſit: vt ſorores ſancte Clare ſub cura fratrum minorum 13
obſer. viuentes: gaudeāt omnibus priuilegijs. gratijs: ⁊ exemptionibus in gene- Cōicatio pri
re ſororibus collectaneis factis. o. ffo.261. conce.677. Et ffo.96. conce.338. uilegiorum.

¶ Idem Sixtus conceſſit omnibus monialibus ſancte Clare: ac ſororibus 14
tertij ordinis cure fratrum minorum cōmiſſis: ꝙ poſſint tangere et lauare ſacros Pro monia
pannos: exceptis corporalibus. ¶ Et poſtmodum conceſſit idem: vt omnes ſoro lib⁹.s. Clare
res ſuprascripte ſub clauſura: et congregatione viuentes: etiam corporalia: ⁊ puri ac tertiarijs.
ficatoria tangere poſſint: dummodo ſteterint lota a fratribus. o. fo.62. Et ffo.66. Corporalia.
conceſſione.97. Et ffo.95. conceſſione.318.

¶ Idem Sixtus cōmunicauit ſororibus ſancte Clare viuentibus ſub obediē 15
tia fratrum ciſmontanorum declarationes prime regule ſancte Clare: quarū prin
cipium eſt: Quam admiranda virginis ⁊c. quas quondā magiſter Gullelmus
de Caſſali miniſter ordinis mino. auctoritate apoſtolica compoſuit. Citra tamē
obligationis vinculum: ſed ſicut fuerit viſum generali: cum conſilio aliquorū pro
borum patrum. o. fo.63. Et ffo.67. conceſſione.124.

Innocentius. 8. declarauit: ꝙ moniales (quia neſciunt diſcernere inter- 16
intentionem primariam que cauſat ſimoniam: et ſecun- Simonia.
dam) nunꝙ̄ incurrant ſimoniam: niſi in duobus caſibus: ſcilicet quando paciſ
cuntur de aliquo dando: vel ſoluendo pro ingreſſu: ⁊ quando recipiunt inhabiles



UVA. BHSC. IyR_230_1

ob ſpem habendi aliquid: quia tunc illa eſt principalis intentio. o,ffo.69, conce.
151, Et ffo.99.conceſſione.363.
¶ IDEM Innocentius conceſſit predictis monialibus: ꝙ ſine ſcrupulo con-
17 Simonia. ſcientie poſſint petere que ſibi promiſſa fuerunt ante ingreſſum. o,ffo.69. conce,
152, Et ffo.99.conceſſione.364.
Collector. ¶ De contentis in duabus conceſſionibus immediate precedentibus: habetur
latior conceſſio infra.§.vltimo.

18 Gñalis miniſter. Viſitatio. **Alexander.** 6, declarauit: ꝙ licet aliquarũ monialiũ gubernatio: ⁊ viſi
tatio ſit cõmiſſa ꝓuincialibus: vel cuſtodibus: ſeu viſitato
ribus: aut guardianis: nõ ꝓpterea ſint exẽpte a iuriſditione gñalis: ſed ꝙ hmõi
gñalis eandẽ auctoritatẽ habeat in premiſſis quã ꝓuinciales. cuſtodes, viſitato-
res: ſeu guardiani: vel alij fratres ei ſubditi habẽt. b, fo.59. Et ffo.55.conce,63.
¶ IDEM Alexander declarauit: ꝙ moniales ſancte Clare nõ ſunt obligate ad
19 Clauſura. habendum oſtiũ in ſublimi parte monaſteriorũ ſuorũ cum ſcala leuatoria: et tenẽ
Diſpẽſatio. dum oſtiũ inferius muro a parte exteriori clauſum: prout in earũ regula contine-
tur. Sʒ ꝙ liceat eis loco hmõi oſtij ſuperioris: habere oſtiũ in aliquo loco inferio-
ri cõmodo: ⁊ conuenienti: et preter illud etiã aliud oſtiũ maius muratũ a parte ex
teriori nõ clauſum. Et voluit: ꝙ ne illud oſtiũ totũ pro cuiuſlibet rei: ⁊ perſone in-
tromiſſione aperire oporteat: in eo oſtiolũ paruũ habere poſſint. Que quidẽ am-
bo oſtia ſint clauibus. ſeris: ⁊ repagulis (iuxta ipſius ordinis inſtituta) munita.
B. fo,52. Et ffo.135, conce.301.

20 Regimẽ monialium. **Julius.** 2. ſtatuit: ꝙ fratres mino. obſeruantie cõpelli nequeant ad recipiẽ
dum curam monialium: etiaʒ per litteras apoſtolicas: ⁊ adhuc
de huiuſmodi facientes mentionem: niſi impetrate fuerint per protectorẽ: et gene
ralem predicti ordinis. Et voluit: ꝙ aliter recipientes huiuſmodi curam: ipſo fa-
Excõicatio. cto excõmunicationis late ſententie, penam incurrant, B. ffo, 207. conceſſione.
509. Et ffo.70. conceſſione. 216.
Collector. ¶ Aduertendũ valde eſſet circa prefatam conſtitutionem: quia ſepe recipitur cu-
ra monialium abſq; ſufficienti derogatione huius: et non aduertitur ad excõmu-
nicationem ſupra poſitam.
¶ IDEM Julius conceſſit prouincialibus ordinis minorum illã auctoritatẽ
21 Miniſtri ꝓuinciales. ſuper moniales ſancte Clare eis cõmiſſas: quam regula ipſarum per Vrbanuʒ
ordinata concedit protectoribus eiuſdem ordinis, B. ffo.112, conceſſione, 517. Et
ffo.72, conceſſione. 220.
Collector. ¶ Que aũt ſit ꝑfata poteſtas ſeu auctoritas: habetur in dictione Protector. §.3
¶ Predicta vero auctoritas protectoribus per Vrbanum cõceſſa: fuit poſtea re-
ſtricta per Martinum. 5. vt patet in dictione Ingredi monaſteria. §.13. Et ideo
prouinciales non debent vti prefata auctoritate eo modo quo prius fuit data: ſed
ſicut poſtea inuenitur reſtricta.

22 Eucharistia Diſpẽſatio. **Leo.** 10. conceſſit monialibus ſancte Clare: ac Conceptionis beate Ma-
rie: ⁊ tertij ordinis ſancti Franciſci: vt precepto regule de percipiẽdo
ſanctiſſimum ſacramentũ ſatiſfaciant per aliquos dies anteponendo: vel poſtpo-
nendo: dum tñ illud in fraudem non faciant. O, ffo.61. conce, 191.
23 Excõicatio. ¶ IDEM Leo motu proprio: ⁊ ex certa ſciẽtia: ⁊ poteſtatis plenitudine: ac ſub
excõmunicationis ſententia precepit monialib⁹ ſancte Clare: ac vniuerſis ⁊ ſin-
gulis alijs ſub cura fratrum minorum pro tempore degentibus: quatenus ipſe

UVA. BHSC. IyR_230_1

iuxta regulares (in hactenus celebratis: ⁊ imposterum celebrandis capitulis ge- Statuta
neralibus: ſeu ꝓuincialibus editas: ⁊ factas cōſtitutiones: ac deſuper ab earū pro
uinciali: ſeu alijs ſuperioribus traditā formā) obedire teneantur: ⁊ in earū aſſum
pta ꝓfeſſione altiſſimo famulatū impendere debeant. B. ffo. 40. conce. 128.

¶ IDEM Leo declarauit: moniales ſancte Clare ſub cura fratrū mino. viuētes: 24
non teneri ad officiū defunctorum: niſi prout tenentur predicti fratres minores: Officiū diuī
quorum ritui in diuinorum perſolutione: regula ipſarum precipit eas conforma-
ri. B. ffo. 41. conceſſione. 129.

¶ IDEM Leo quo ad obligationē perſoluendi officium diuinum in choro de- 25
creuit: etiam ſanas moniales prefatas non teneri ſemper officiū hmōi in choro Officiū diuī
perſoluere. Ac exonerādo conſciētiam ipſarum monialiū: diſcretioni abbatiſſarū Diſpēſatio.
pro tēpore exiſtentiū cōmiſit: vt quādo ⁊ quomodo: ſiue cū quibus ſit hec remiſ
ſio: ſiue exēptio tollerāda: ſolerter inuigilēt: ⁊ diligēter aduertāt: ⁊ prudēter cōce
dant: ne ſub colore pietatis (ex nimia indulgētia) permittāt in aliqua ſororū: ſeu
monialiū habitum generari diuine offenſionis. B. ffo. 41. conce. 130.

¶ IDEM Leo mādauit monialibus ſancte Clare: ⁊ ſororibus tertie regule in 26
virtute ſancte obediētie: ⁊ ſub excōicationis late ſentētie pena: quatenus miniſtrū Excōicatio.
generalē frm mino. p tpe exiſtentē: ad officiū viſitationis admittāt: ſeq; ⁊ earum Generalis
domos: ac monaſteria: ⁊ loca viſitari in capite: ⁊ in mēbris: ac corrigi: ⁊ puniri miniſter.
permittāt. Ac etiā vt ſalubria monita: ⁊ correctiōes p hmōi miniſtrū gnalē faciē-
da: omī cū humilitate ſuſcipiāt. Et ſub ſimilibꝰ penis: ⁊ cēſuris pcepit fribꝰ vni- De fribꝰ ha-
uerſis eiuſdē ordinis: ⁊ pſertim cōfeſſoribꝰ: ⁊ viſitatoribꝰ earūdē monialiū: ⁊ ſo- bētibus curā
rorum: ne aliquē actū confeſſionis: ſeu viſitationis exercere audeāt: vel pſumant: monialium.
niſi moniales ⁊ ſorores ipſe mādatis hmōi generalis miniſtri realiter: ⁊ cū effec-
tu paruerint. B. ffo. 34. conce. 118. Et ffo. 17. conce. 56.

¶ IDEM Leo confirmauit ⁊ approbauit ſtatutum factum in capitulo genera 27
li Lugdunenſi: quo cauetur: q̄ de cetero moniales ſancte Clare: tam de prima q̄
de ſecunda regula: que Urbaniſte appellantur: q̄ quecunq; alie religioſe que per
fratres ordinis minorum reguntur: nullos habeant viſitatores: nec confeſſores Uiſitatores.
per eas electos: ſed a miniſtris prouincialibus in ſuis prouincijs reſpectiue: cum Cōfeſſores.
ſuis capitulis prouincialibus eis in viſitatores et confeſſores datos ⁊ aſſigna-
tos. Ipſiq; viſitatores ⁊ confeſſores a ſuis miniſtris prouincialibus ſic dati: a
prouinciali adiunctis ſecum aliquibus diſcretis capituli precedentis: etiam ex-
tra tempus capituli: exigentibus legitimis cauſis iudicari: ⁊ ab officijs predic-
tis abſolui poſſint. Debeantq; ipſi viſitatores. confeſſores: ac alij fratres dictis
monialibus ſeruientes: prelatis ordinis: ſicut ⁊ ceteri fratres: per omnia eſſe ſub-
iecti. Ita tamen q̄ moniales ipſe cum eis placuerit: in viſitatorem ſeu confeſſorē
nominare poſſint aliquem fratrem: quem miniſter prouincialis cum ſuo capitu-
lo (ſi eis placuerit) inſtituere poſſint. Non obſtātibus quibuſuis indultis ⁊ pri-
uilegijs apoſtolicis in contrarium dictis monialibus. viſitatoribus: ⁊ confeſſo-
ribus a ſede apoſtolica: preſertim monaſterio de Tordeſillas ⁊ Palentie cōceſ
ſis. Mādauit etiā in virtute ſancte obediētie ſub excōicationis late ſentētie pena: Excōicatio.
a qua nō niſi a Romano pōtifice: preterq; in mortis articulo cōſtituti: abſolui po
ſint: ac iniunxit oībus ⁊ ſingulis fribus ⁊ religioſis: ac monialibus ſub cura fra
trum dicti ordinis degentibus: tā qui ante ſtatutū hmōi erāt ſub obīa miniſtroꝝ
ꝓuincialiū q̄ viſitatorū: ſeu cuiuſuis alterius: etiam ſedi apoſtolice mediate: ſeu



UVA. BHSC. IyR_230_1

immediate ſubiectis:quatenus premiſſa oīa in dicto ſtatuto contenta: firmiter ⁊ inuiolabiliter obſeruent. Decreuit inſuper irritum ⁊ inane quicquid ſecus a quoq̄ quauis auctoritate fieri:ſeu attēptari cōtigerit. B.ſſſo.37.conce.123.

28 De viſitatoribus. ¶ IDEM Leo ex certa ſcientia:⁊ de plenitudine ſue poteſtatis ſtatuit:⁊ ordinauit:ꝙ illi fratres minores qui antea vocabantur viſitatores monialium: de cetero nuncupentur cōmiſſarij prouincialiū. Ac ꝙ cōmiſſarij huiuſmodi : ⁊ confeſſores predictarum monialiū:vltra trienniū officia ſua exercere nullatenus poſſint. Illoq̄ finito:vel antea ( ſi expediens videbitur )talis cōmiſſari⁹ ab officio abſoluatur. Et voluit:vt ad cognoſcendū defectus prefatorum cōmiſſariorum: poſſit quilibet prouincialis in prouincia ſibi deputata reſpectiue:monaſteria.domos: ⁊ loca monialium predictarū:⁊ religioſarum ingredi : ⁊ ꝙ de viſitationis modo: ac commiſſarij:⁊ cōfeſſorū meritis:ac vite integritate in eiſdē monaſterijs:ſiue domibus:libere inquirere valeat. Ac inſuper:vniuerſis ⁊ ſingulis monaſteriorum:⁊

Excōicatio. domorū predictarū abbatiſſis:⁊ monialibus:ſub excōmunicationis ſententia:ac officiorum ſuorū priuationis:⁊ ad illa inhabilitationis:⁊ alia imposterū obtinenda ſi cōtra fecerint:ſine alia declaratione incurrēdis penis:ac ſub obteſtatione diuini iudicij:⁊ interminatione maledictionis eterne diſtricte precipiēdo mādauit: quatenus infra vnius diei ſpaciū poſtq̄ ad hmōi inquiſitionē ꝓceſſum fuerit:de viſitationis modo:ac meritis:⁊ idoneitate cōmiſſarioꝝ: ⁊ cōfeſſoꝝ predictoruꝫ:

Appellatio. omni exceptione:⁊ cōtradictione ceſſante:ac appellationis:⁊ alijs defenſionis remedijs( tanq̄ cōtra verā correctionē:⁊ debitā obediētiā interpoſitis )ſublatis:⁊ quibuſuis in contrariū:ſub quibuſcunq̄ verboꝝ formis eiſdē abbatiſſis.monialib⁹:⁊ religioſis:earūq̄ monaſterijs cōceſſis ꝓuilegijs. indultis: ac lr̄is apl̄icis: ſua vota deponere:⁊ in publicū:aut al's( ꝓut ꝑ hmōi ꝓuinciales deſuꝑ ordinatū fuerit )redigere teneantur:⁊ aſtricte exiſtant. Et circa hoc dat iudices:⁊ conſeruatores cum magnis non obſtantijs. B.ſſſo.49.conce.145.

29 Euchariſtia Clemēs. 7.conceſſit:ꝙ moniales:ſeu religioſe exiſtentes ſub obedientia miniſtri generalis ordinis mino. poſſint in eccleſia interiori in loco decenti habere euchariſtie ſacramentū ſicut habent in exteriori.o.

30 Officiū dinū ¶ IDEM Clemēs:q: ſunt nōnulle ex ſororibus predictis ſub cura fratruꝫ mi. degentes:q̄ propter imperitiā neſciunt recitare officiū perfecte : conceſſit ꝙ tales iudicate a prelatis vel confeſſoribus earū:ſeu etiam earū abbatiſſis:recitando officium ſororum laicarū cēſeantur ſatiſfeciſſe obligationi de dicēdo officiū quod dicere tenebantur. Et idē de fratribus imperitis.o.

31 Simonia. ¶ IDEM Clemens cōceſſit:ꝙ prefate religioſe nullā incurrant ſimoniā ex pactionibus et conuentionibus quas faciunt in receptione intrantium ordinē ipſarū ſuper dotibus recipiendarū ꝓ cōgruenti ⁊ ſufficienti ſuſtētatione earuꝫ.o.

# ¶ Mulieres.

¶ Diſtinctio cōceſſionū concernentiū mulieres que non ſunt moniales.

Collector. CIrca mulieres que nō ſunt moniales:ſunt pleraq̄ ordinata: ⁊ conceſſa in priuilegijs fratrū mendicantiū. ¶ Et primo que ⁊ qualiter poſſunt ingredi monaſteria monialiū:poſitū eſt in dictione Ingredi monaſteria.§.28.et.30.et.31. ¶ Secundo qualiter poſſint abſolui mulieres:etiam mala intētione predicta monaſteria intrantes:habetur in dictione Abſolutio quo ad ſeculares.2.in.§.9. ¶ Tertio in particulari de mulieribus ſeruitricibus monialiū : habetur in dictiōe

UVA. BHSC. IyR_230_1

Ingredi monaſteria.§.19. Et qualiter huiuſmodi mulieres ſeruitrices poſſūt abſolui a fratribus mino. eiſq; eccleſiaſtica ſacramenta conferri: habetur in dictiōe Abſolutio ordinaria quo ad fratres.§.11.prope finē. Et in dictione Seruitrices monialium. ¶ Ultra predicta: ſequuntur nonnulla pertinentia ad mulieres q̄ ſub religionibus mendicantibus militant: licet non ſint moniales.

Eugenius 4.et Martinus.5. confirmauerunt litteras Bo- 1 Ex priui. frē Auguſtineū
nifacij.9.inſerendo illas de verbo ad verbū: in
quibus cōceditur ꝙ generali: et cuilibet officiali prioribus ordinis
eremitarum ſancti Auguſtini: in quibuſcunq; prouincijs conſtitu-
tis ſit licitū quaſcunq; mulieres idoneas: aliquod canonicum ob-
ſtaculum non habentes: que habitum regulare dicti ordinis (ad
inſtar mantellatarum. ſeu pinzochearum ordinum fratrum minorum: et predica
torum) habere: ac geſtare voluerint: tam virgines q̄ matronas: ac viduas: in mā
tellatas: ſeu pinzocheras predicti ordinis eremitarum recipere: ⁊ admittere. Ac
earum ſingulis habitum regularem: ⁊ regulam eiuſdem ordinis eremitarū exhi
bere: ad inſtar hm̄oi mantellatarum: ſeu pinzochearum ordinum fratrum mino
rum: et predicatorum prefatorum: prout ſecundum deum ſaluti animarum earū-
dem ſalubrius viſum fuerit expedire. Et voluit: ꝙ huiuſmodi mulieres gaudeant:
et gaudere poſſint: ⁊ debeant: tam exemptionis priuilegio: q̄ omnibus immuni Cōicatio pri
tatibus. libertatibus. indulgentijs: ac alijs priuilegijs quibuſcunq; prefato ordi- uilegiorum.
ni eremitarum eiuſq; fratribus: et perſonis per ſedem apoſtolicam conceſſis: ac
in poſterum concedendis. B. ffo.177. conce.412. ac etiam.246.cōce.596.et.597.

¶ In libris monumentorum ordinis: non habetur quicq̄ conceſſum fratribus Collector.
minoribus: aut predicatoribus in huiuſmodi materia. Et ideo vix poterit ꝓdeſſe
aliquid hec conceſſio: cum referatur ad priuilegia que non apparent.

Sixtus. 4. confirmauit ſupraſcriptam conceſſionem Eugenij ⁊c. et cōceſ 2
ſit prefatis mulieribus: ꝙ omnibus: et ſingulis priuilegijs immu Cōicatio pri
nitatibus. fauoribus. gratijs: et indultis ſpiritualibus: et temporalibus: ordini et uilegiorum.
fratribus predictis conceſſis: et concedendis: et quibus illi in genere quomodoli
bet potiuntur et gaudent: tam in vita: q̄ in mortis articulo: etiam circa peccatorū
remiſſionem: et iniunctarum penitentiarum relaxationem: vti. potiri: et gaudere:
ac participes eſſe poſſint: ac debeant. Et ꝙ liceat fratribus prefatis eiſdem pinzo Adminiſtra
cheris ⁊ mantellatis perſonis (in earum etiam domibus quoties opus fuerit) tio ſacramē-
euchariſtie: ⁊ extreme vnctionis ſacramenta miniſtrare: ac illarum cadauera tu torum.
mulanda deferre: etiam parrochialium eccleſiarum perſonarum earumdem re- Sepultura.
ctorum licentia deſuper minime requiſita: et contradictione qualibet non obſtan-
te. B. ffo.249. conceſſione.622.

¶ Circa vltimam clauſulam ſupraſcriptam: ordinatum eſt aliter in concilio La- Collector.
teranenſi: prout ponitur infra.§.6.

¶ IDEM Sixtus fecit conſimilem conceſſionem ordini fratrum Carmelitarū 3
quaſi ad litteram vt ſupra. Additur tamē in fine: ꝙ prefati fratres Carmelite poſ Ex priuile.
ſint ſuis pinzocheris: et mantellatis perſonis: etiam in earum domibus: quoties Carmelitaꝝ
opus fuerit (confeſſionibus diligenter auditis) de abſolutionis beneficio proui- Abſolutio.
dere ⁊c. vt ſupra. Et ꝙ dum huiuſmodi perſonas decedere contigerit: poſſint ea- Sepultura.
rum cadauera ad eorūdem fratrum eccleſias tumulanda deferre. Non obſtante
contradictione rectorum parrochialium ⁊c. B. fo.96. Et ffo.180. conce.426.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Collector. ¶ Circa predicta vide infra.§.ſexto.

4 ¶ IDEM Sixtus conceſſit generali: ⁊ prouincialibus prioribus ordinis Carmelitarum eandem auctoritatem recipiendi prefatas pinzocheras: ⁊ mantellatas: ſicut conceſſerat ordini eremitarum ſancti Auguſtini: ſub ſimili tenore ſicut ſupra poſitum eſt.B.fo.101.Et ffo.184.conce.462.

5 Ex priuilegijs auguſtinenſiū. Leo. 10.declarauit prefatas mantellatas ordinis ſancti Auguſtini: omnibus ⁊ ſingulis priuilegijs,gratijs: et indultis que in mari magno: ſeu alijs conceſſionibus (tam per ipſum: ꝗ per alios Romanos pontifices predeceſſores: ordini antedicto conceſſis) continētur: plene ac largiter perfrui poſſe et debere.b.ffo.122,conceſſione.556.

6 ¶ IDEM Leo in concilio Lateranenſi ſtatuit: ꝙ prefate mantellate: ⁊ pinzochere quorumlibet ordinum in proprijs domibus habitantes: eligere valeant ſepulturam vbi voluerint. Et ꝙ die Paſchatis tantum eucharistiam: necnon extremam vnctionem: ceteraꝗ eccleſiaſtica ſacramenta (penitentie ſacramento dumtaxat excepto) a proprio ſacerdote recipere: ⁊ ad onera que laicis incūbunt perferenda teneantur. Ac decreuit: ꝙ in foro ſeculari coram iudicibus ſecularibus cōueniri poſſint.B.ffo.26.conce.86.

Sepultura. Sacramēta.

Collector. ¶ Prefata conſtitutio non intelligitur de vouentibus caſtitatem virginalem: vel vidualem. Nam tales gaudent omnibus priuilegijs: ſicut fratres: prout habetur infra.§.7. Ubi predictum decretum declaratur: ac limitatur.

7 De mulieribus vouentibus ſolā caſtitatē. ¶ IDEM Leo poſtea referendo prefatum ſtatutum per eum in concilio factū: quia occaſione illius alique dubitationes exorte fuerant: ad tollendum omne dubium: motu proprio: ⁊ ex certa ſcientia: ⁊ de apoſtolice poteſtatis plenitudine decreuit: ⁊ declarauit: ꝙ prefatum ſtatutum minime intelligi debeat de facientibus votum caſtitatis. Ita vt mulieres virginalem vitam: aut celibem ſolēniter vouentes: etiam in conſanguineorum: vel affinium ſuorum: vel proprijs domibus: aut ſeorſum habitantes: priuilegijs: et immunitatibus predictis: in omnibus: ⁊ per omnia frui: et gaudere debeant.B.ffo.28.conceſſione.91.

## ¶ Nouicius.

12 Cōicatio priuilegiorum. **Clemēs.** 7. conceſſit vni ſyndico et pcuratori cum illius vxore et liberis preſenti et futuro ſingule domus et monaſterij fratrū mino; regularis obſeruātie: ac monialiū ſancte Clare. Cōceptionis: et Annūciationis ordinum: et ſoro; tertij ordinis ſancti Franciſci p tpe ſeruienti: q perpetuis futuris tēporibus ipi et eo; quilibet omnib⁹ et ſingulis indulgētijs: et pctō; remiſſionibus. fauoribus et gratijs quibus ffes ordinis et obſeruātie predicto; vtūtur. potiuntur et gaudēt: ſeu vti. potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurū: vti. potiri: et gaudere poſſint et valeant. B.

13 Exēptio. ¶ IDEM Clemēs cōceſſit prefatis ſyndicis et pcuratoribus: q ſuper quibuſuis cauſis et rebus ipos ſyndicos et pcuratores concernentibus: ciuilibus et criminalibus: et mixtis: non niſi corā iudicibus cōſeruatoribus domo; illa; qua; ipſi ſyndici et pcuratores fuerint: de iuſticia reſpōdere teneātur. Inhibuitq; ſub

Excōicatio. excōicationis late ſententie pena vniuerſis et ſingulis iudicib⁹ et cōmiſſarijs eccleſiaſticis et ſecularibus: quacūq; auctoritate fungentibus ne de cauſis cōtra dictos ſyndicos et procuratores motis et mouendis: directe: vel indirecte: quouis qſito colore: ſeu ptextu ſe itromittere āquomodo decetero audeāt vel pſumāt. B.

## ¶ Profeſſio fratrum mendicantium.

UVA. BHSC. IyR_230_1

CIrca profeſſionis emiſſionem in ordinibus fratrum mendicantium factã: Collector.
vel fiendam: ſunt multa ⁊ varia conceſſa per multos ſummos pontifices:
que poſita ſunt in dictione Nouicius: vbi in magine hꝫ hec dictio Profeſſio.

## ¶ Promotio ad ordines.

QUo ad ꝓmotionẽ ad ordines ſacros: preſertim ad ſacerdotiũ: fecerunt ali Collector.
qui ſummi põtifices aliquas cõceſſiones: et diſpẽſationes in fauorẽ fratrũ
minoꝝ: ac nõnulla alia pertinẽtia ad ꝓmotiones cõceſſerũt: q̃ poſita ſunt in dic-
tionibus Ordines ſacri: et Diſpenſatio. §. 11. et. 12. et. 13. ac. 22.

## ¶ Protector ordinis.

GRegorius. 9. diſtricte inhibuit: ne cardinalis ꝓtector ordi 1
nis frm mi. ſe intromittat in rebꝰ pertinẽtibus Officia ordĩs
ad officia ⁊ gubernationẽ ſeu correctionẽ frm dicti ordinis: niſi
quãdo predicti ffes: aut aliqui ipoꝝ aliquid cõmitterẽt cõtra tres Correctio.
articulos in regula predictoꝝ fratrũ contẽtos: vcꝫ qñ deuiarẽt ab
vnitate fidei: vel ab obediẽtia romane eccl'ie: aut ab obſeruantia
ſue regule. Ita ꝙ dictus ordo: et fratres eiuſdẽ ordinis in nullo ſint ſubiecti pro-
tectori hmõi: niſi dũtaxat in caſu quo ipoꝝ fratrum cõmunitas: vel gñale capl'm
(ꝙ abſit) a predictis articulis: vel eoꝝ aliquo deuiarẽt. Decreuit etiã irritum et
inane quicquid ſecus factum fuerit. ¶ Statuit inſuper: ꝙ fratres predicti ordinis Nota.
recurrentes ad ꝓtectorem tanq̃ ad prelatum pro licentijs: vel alijs cõſimilibus:
puniãtur grauiter: et actibus legitimis: et officijs ordinis ſint ſuſpenſi ipo facto.
B. ffo. 137. conceſſione. 304.

SIxtus. 4. approbauit litteras ſupradictas Gregorij. 9. inſerẽdo illas de 2
verbo ad verbũ: ⁊ robur perpetue firmitatis obtinere decreuit. Declaratio
Ac etiã declarauit: ꝙ nec adhuc in prefatis tribus caſibus habeat auctoritatem ꝓcedẽtis cõ-
prefatus ꝓtector: quãdo nõ vniuerſi ſed ſolũ aliqui predicti ordinis ꝓfeſſores: in ceſſionis.
quouis numero: a fidei vnitate: ac ſacroſancte Romane eccl'ie obedientia deuia-
rent: vel regulã prefatã non obſeruarent. B. ffo. 138. conce. 304.

URbanus. 4. ſtatuit: ꝙ moniales. s. Clare ſint ſubdite cardinali qui ꝓ 3
tẽpore fuerit ꝓtector ordinis fratrũ mi. ⁊ illi teneantur firmi Promonia
ter obedire. Et ꝙ hmõi ꝓtector habeat curã ⁊ regimẽ dicti ordinis. s. Clare: nec libꝰ. s. Clare
non ⁊ perſonarũ inſiſtentiũ ſeruitijs monaſterioꝝ hmõi ordinis. ſ. capellanorũ.
oblatorũ: et familiariuꝫ. Et ꝙ tam per ſe q̃ per viros idoneos quoties expedire
viderit: viſitationis offm impẽdere ſtudeat: corrigẽdo ⁊ reformando tã in capite
q̃ in mẽbris: q̃ correctionis ⁊ reformationis officio nouerit indigere. Inſtituen
do etiã ac deſtituẽdo: ⁊ ſtatuẽdo ac diſponẽdo: ꝓut ſm deũ viderit expedire. b.
fo. 291. tractatu. 3. et ffo. 319. tractatu. 2.

MArtinus. 5. ſtatuit: ꝙ ꝓfatus ꝓtector nõ poſſit vllo mõ dare licẽtiã ali 4
quibus ꝑſonis: ad ingrediẽdũ monaſteria. s. Clare: incõſul De ingreſſu
to romano põtifice: ſeu abſq; ſedis ap'lice licentia ſpeciali. b. ffo. 36. conce. 41. mõaſterioꝝ
IUlius. 2. cõceſſit: vt ꝓuinciales fratrũ mi. habeãt eãdẽ poteſtatẽ: ⁊ facul- ſancte Clare
tatẽ circa moniales. s. Clare illoꝝ cure cõmiſſas quã Urbanꝰ. 4. 5 Pro monia
in regula ꝓdictarũ monialiũ cõmiſit ꝓtectori dicti ordinis. B. ffo. 72. cõ. 220. libꝰ. s. clare.
¶ Aduertẽdũ eſt: ꝙ hmõi poteſtas ꝓtectoris: dꝫ intelligi ſicut poſtea fuit reſtricta Collector.



UVA. BHSC. IyR_230_1

per Martinū.5.vt dictum est supra immediate: q̄uis aliqui minus docti: aliter
Nota. opinati fuerint. Et adhuc posset non immerito dici: q̄ prefata concessio Julij fuit
subrepticia:et per consequens nullius valoris: q2 in relatione non fuit expressum
qualiter predicta potestas ꝓtectoris ab Urbano concessa: fuerat postea restricta
per Martinum.5. forsitā enim si hoc fuisset expressum:non concessisset ille gene-
raliter ⁊ absolute:prout concessit.
6 ¶ Idem Julius suprascriptas litteras Gregorij.9.et Sixti.4. approbauit et
confirmauit.b.ffo.88.conce.253.

## ¶ Prouincialis.

Collector. ¶ De multis attinentib⁹ ad prouinciales fratrū:dictū est in dictione Ministri.

## ¶ Prouincia.

1 Prohibitio multiplicationis ꝓuīciaꝝ. Nicolaus.4.statuit ⁊ ordinauit: ac districte inhibuit:ne in ordine fratrum mi. fiat diuisi o alicuius ꝓuincie: vel
nouarū ꝓuinciarum multiplicatio absq3 romani pontificis licen-
tia speciali:per eius patentes litteras concedēda: faciente plenam
et expressam de huiusmodi statuto: ⁊ ordinatione: ac inhibitione
mentionem. Decreuitq3 irritum et inane si secus in hac parte con
tigerit attentari. G.fo.53. Et ffo.136.concessione.303.
2 Julius.2.fecit duo statuta circa edificationē domoꝝ ordinis frꝫ mi. in alie-
nis ꝓuincijs:q̄ habētur in dictione Edificare.§.11.et.12.

## ¶ Quarta portio.

Collector. Circa quartā portionē:qualiter nō teneantur frēs mi. ad illius solutionē: fa-
cte sunt multe cōcessiones predictis fratribus: ac etiā alijs mendicantibus:
inter quas potior videtur illa que facta est fratribus Carmelitanis:vt habetur in
dictione Canonica portio.§.5.et.9. Et ibidē habentur omnia q̄ circa quartā re-
periūtur concessa in omnibus.§. vbi in margine est apposita hec dictio Quarta.

## ¶ Questuare.

1 Predicatores. Gregorius.9.precepit vniuersis ecclesiarū prelatis: quate-
nus si in suis iurisdictionibus inuenti fuerint
aliqui predicantes: ⁊ questum pecuniarum querentes: de ordine
fratrum minorum se esse dicentes:capiant illos: ⁊ tanq̄ falsarios
condēnent eosdem: ne religio predictorum fratrum (qui pauper-
tatem ꝓfessi sunt) per hoc infamari contingat. G.fo.25. Et ffo.
109.concessione.234.
2 De frib⁹ mi. obs. ⁊ cōue. Calixtus.3.prohibuit stricte sub excōmunicationis pena: ne fratres mi.
conuentuales sub nomine fratrum mi. obser. nec econtra: aut
sub noīe locoꝝ alioꝝ q̄stuare aliq̄ mō ꝓsumāt. G.fo.6. Et ffo.90.cō.197. ꝓpe fine.
Collector. ¶ Prefata cōstitutio reuocata est per bullā Pij.2. G.fo.8. Et ffo.92.cōce.200.

## ¶ Recipere.

¶ Distinctio materie infrascripte.

Collector. Licet ad hanc dictionē Recipere possint reduci multa priuilegia: tn̄ q2 iā
superius in varijs dictionib⁹ posita sunt:sufficiet hic illa distinguere: ⁊ ad

UVA. BHSC. IyR_230_1

ꝓpria loca remittere. De multiplici nãq̧ receptione fit mẽtio in predictis priuilegijs. ¶ Et primo de receptione fratrũ ad habitũ: ⁊ ad ꝓfeſſionẽ. De hoc aũt habetur in dictione Nouicius: in multis. §. Et in dictione Simonia. §. ꝑmo. Et in dictione Abbatiſſa. §. 8. ¶ Secũdo quo ad bona nouicioꝝ: ⁊ apoſtatarũ redeuntium ad obedientiã: quid poſſint de hmõi bonis recipere fr̃es p̃dicti: cõtinetur in dictione Nouicius. §. 12. et. 21. Et in dictione Bona. §. 13. Et in dictione Hereditas. §. 2. et. 3. et. 4. ¶ Tertio qualiter fr̃es in ordine mi. ꝓfeſſi nequeãt recipi a fratribus alioꝝ ordinũ: dictũ eſt in dictione Apoſtate: in multis. §. Et alia pertinẽtia ad idẽ ponuntur hic infra. §. 3. et ſequẽtibus vſq̧ ad. 11. ¶ Quarto circa receptionem ſacramentoꝝ: qui. quãdo: et quomodo poſſint ea recipere a fratribus prefatis: habetur in dictione Cõmunicare. §. 3. et. 4. ac fere in reliquis. §. ibi contentis. Et in dictione Sacramenta. ¶ Quinto qualiter prelati eccleſiarum teneãtur recipere predictos fratres: ponuntur aliqua infra. §. 1. et. 2.

Honorius. 3. precepit in principio ordinis p̃latis eccl'iarũ: quatenus fratres minores cum ad eos declinare contigerit: recipiant eos ſicut catholicos ⁊ fideles: ac eis ob reuerentiam diuinam: ⁊ ipſius pontificis: ſe exhibeant fauorabiles et benignos. b. fo. 18. Et ffo. 22. conceſſione. 1. Et ffo. 87. conceſſione. 241. 1

Gregorius. 9. precepit ſimiliter eccl'iarũ prelatis: quatenus fr̃es mi. ad eos accedẽtes reciperẽt benigne: ac charitatiue (vt pote catholicos et fideles: ac circa lucrũ animarũ: ⁊ euãgelizationẽ verbi dei inſiſtẽtes) tractarent: eiſq̧ in ſuis neceſſitatibus fauorabiles ⁊ propicij exiſterent: credẽdo firmiter: ac de ipſis certam habendo fiduciã: q̧ cum ſpiritu viuant: ſpiritu ⁊ ambulant. b. fo. 20. Et ffo. 22. conceſſione. 5. 2

Innocentius. 4. precepit abbatib⁹ ⁊ cõuentibus ordinis Ciſterciẽſis: quatenus oẽs fratres quos de ordine fratrũ mi. receperãt: remitterent ſine aliqua difficultate adminiſtros ꝓuinciales: ⁊ q̧ a taliũ receptione decetero abſtinerent. b. fo. 21. et ffo. 23. conce. 8. 3 Prohibitio

Alexander. 4. inhibuit diſtricte vniuerſis abbatibus. prioribus. prepoſitis ⁊ cõuentibus monaſterioꝝ ſancti Benedicti. Ciſterciẽſis. ſancti Auguſtini. Premõſtrateñ. Camalduleñ. Vallis vmbroſe ordinũ: ne pretextu quarũcũq̧ litterarũ a ſede ap̃lica generaliter vel ſpecialiter obtẽtarũ: ſeu obtinendarũ: q̄ de preſentibus litteris plenã et expreſſam non facerent mẽtionem: nõ recipiant fratres ꝓfeſſos ordinis minoꝝ: ſub pena excõicationis ipo facto incurrenda: a qua nequeant abſolui: niſi perſonaliter cõpareant ante romanũ pontificem: vel ſedẽ apoſtolicã. Et decreuit irritũ fore et inane quicquid in cõtrariũ factum fuerit vel atẽptatum. b. fo. 28. et ffo. 28. cccc. 20. 4 Prohibitio Excõicatio.

Benedictus. 11. decreuit ne aliqs fr̃ cuiuſuis ordis mẽdicãtiũ poſſit trãſire ad ordines monachoꝝ nigroꝝ: vel Ciſtertienſiũ: vel ab eoꝝ abbatib⁹ recipi ſine romani põtificis licẽtia ſpeciali: faciẽte plenam ⁊ expreſſam de conſtitutione: hmõi mentionem. B. ffo. 171. conceſſione. 399. 5 Prohibitio

Martinus. 5. fecit circa p̃dicta quãdam ampliſſimam ꝓuiſionem: que habetur in dictione Apoſtate. §. 15. 6

Pius. 2. ſimiliter fecit aliam eximiam ꝓuiſionem in prefata materia: ꝓut habetur in dictione Apoſtate. §. 17 7



UVA. BHSC. IyR_230_1

6 **Paulus.** 2. circa receptionē fratrū mi. obſer. a frībus cōuentualib⁹ eiuſdē ordinis: et econtra: fecit quodā ſtatutum rigidum: ſicut poſitum eſt in dictione Apoſtate. §. 20.

9 **Innocētius.** 8. contra recipiētes fres mi. apoſtatas ꝓmulgauit ſentētiā excōicationis: vt habetur in dictiōe Apoſtate. §. 21.

10 Excōicatio. **Iulius.** 2. diſtricte precepit vniuerſis fratribus ordinis minimoꝝ ſub excōmunicationis late ſententie pena: ne aliquē fratrū ordinis minorum de obſeruantia: aliquo modo vel cauſa recipere vel retinere preſumant: ſine expreſſa et ſpeciali licentia ſedis apoſtolice: a volente tranſire ad illos ſpecialiter obtenta. Non obſtantibus quibuſcunq; in fauorem dictorū minimorū cōceſſis. G. ffo. 12. conceſſione. 48.

11 Excōicatio. Licentia. **Leo.** 10. inhibuit ſub excōicationis late ſentētie pena oibus ⁊ ſingulis conuentualium ſecundū priuilegia viuentiū: prelatis ac frībus ne aliquē ex fratribus reformatis: niſi prehabita licētia capři ꝓuincialis reformatoꝝ: recipere audeant: ꝑut late habetur in dictione Cōuentuales fratres. §. 2. Et in dictione Licentiare fratres. §. 1. Et originaliter. G. ffo. 30. conce. 100.

## Reformatio.

Diſtinctio materie infraſcripte.

Collector. Circa reformationem fratrum conuentualiū ⁊ ſuorū conuentuum: ac etiam monialium ⁊ monaſteriorum ſue cure cōmiſſorum: fuerunt multa ⁊ varia diuerſis temporibus per multos ſummos pontifices ordinata. Sed qꝛ modernis tēporibus aliqua ſunt ſtatuta q̄ ſolum quātum ad hmōi reformationē obſeruari debent: ideo hec tm̄ ponentur infra: reliquis omiſſis.

1 **Concilium** Conſtantienſe ſtatuit: ꝙ generalis fratrū mi. poſſit ⁊ debeat conuentus ſibi ſubditos ad ſtatum ſtricte obſeruantie conſonū reducere ⁊c. ꝑut habetur in dictione Generalis ordinis. §. 3.

2 De frib⁹ cōuentualib⁹: ⁊ monialibus. **Sixtus.** 4. ſtatuit: ꝙ prelati fratrū conuentualiū ordinum mendicantiū: teneantur debite reformare monaſteria ſibi ſubdita: tam fratrum q̄ȝ monialium: infra annum poſtq̄ȝ requiſiti fuerint. G. ffo. 149. conceſſione. 487.

3 **Leo.** 10. in bulla vnionis ſtatuit: ⁊ in virtute ſancte obediētie ꝑcepit: ꝙ de cetero nulle noue reformationes in ordine fratrū mi. introducātur: aut fiant: abſq; miniſtri gn̄alis: aut ꝓuincialiū miniſtroꝝ reformatoꝝ in ſuis ꝓuincijs reſpectiue expreſſo aſſenſu. Ita tn̄: ꝙ dicte reformationes: miniſtro gn̄ali: ⁊ ꝓuincialibus reformatis: ꝑ oia iuxta regulā ſubijciantur. G. ffo. 30. cōce. 101.

4 IDEM Leo in bulla concordie ſtatuit multa circa reformationē domorum et fratrum mi. conuentualium: que poſita ſunt ſupra in dictione in dictione Conuentuales fratres. §. 2. et. 3. et. 4. et. 5. et. 6. et. 7. ac. 10.

## Reuocatio.

Collector. Que ad reuocationem priuilegiorū dicta ſunt in aliqua: ⁊ nō parui momēti: ſupra in dictione Priuilegia. §. 8. et. 12. et. 17. ac. 25. et. 27. Vide ibi: et attende ad queſtiones poſitas in fine.

## Sacerdotium.

UVA. BHSC. IyR_230_1

DE attinentibus ad ſacerdotiū habetur in dictione Ordines ſacri in. §.4.et. 5.et.8. Ac etiam in dictione Diſpenſatio.§.12.et.14.et.15.et.22. Collector.

## ¶ Sacramenta.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

QUantū ad adminiſtrationē: ⁊ receptionē ſacramētoꝝ eccl̄ie: ſunt plura in priuilegiis fratrū mi.cōtenta: q̄ ſubſequēti ordine diſtinguntur. ¶ Primo enī ſunt aliqua pertinētia ſolū ad fr̄es inter ſe: preſertim ꝓ tempore interdicti. Et hec poſita ſunt in dictiōe Interdictū.1.et in dictiōe Cōmunicare.§.8. Ac quo ad moniales ibidē.§.11. ¶ Secūdo ſunt aliqua pertinētia ad ſuos tertiarios: ⁊ famulos: ſeu oblatos: ⁊ familiares. Et hec habētur etiā in dictione Interdictū.3. Et in hac dictione Sacramēta.§.2. ¶ Tertio ſunt plura concernentia perſonas ſeculares. Iſta autem continentur in dictione Cōmunicare.§.1.et.2.et.3.et.4.et.6.et.8. in fine: ac.10. Et in hac dictione Sacramenta.§.1. Collector.

BEnedictus. 11. ſtatuit: ꝙ ſacerdotes: ſeu rectores eccl̄iarum parrochialiū: ſint aſtricti miniſtrare euchariſtie: ⁊ extreme vnctionis ſacramenta illis perſonis q̄ a fratribus fuerint abſolute. Et ſuper confeſſione ⁊ abſolutione hmōi voluit ꝙ in foro penitētiali ſtetur ſimplici verbo illius qui petit ſacramenta predicta: et aſſerit ſe cōfeſſum fratrib⁹: cū hic de cōſitētis ſoli⁹ preiudicio: ſi falſum dicat agatur. Duos tn̄ caſus excepit. ſ. ſi ſacerdos aſſerat eū excōmunicatum: aut notorie peccatorem. B.fo.126. Et ffo.203.conce.502. 1 Euchariſtia. Unctio extrema. Abſolutio.

¶ Supraſcripta conſtitutio iam non ligat: q2 fuit reuocata: et in contēptis hic nō reualidata per Sixtum. Collector.

LEo. 10. ſtatuit in concilio Lateranenſi: ꝙ fratres et ſorores tertii ordinis: necnon mantellati: et corrigiati: ac cordellati in propriis domib⁹ habitantes: teneantur in die paſchatis tantū: euchariſtiā: necnō extremā vnctionē: ceteraq3 eccleſiaſtica ſacramenta (penitentie ſacramento dūtaxat excepto) a proprio ſacerdote recipere. B.ffo.26.conce.86. 2 De tertiariis ⁊c. in ꝓpriis domib⁹ viuentibus.

¶ Aduerte: ꝙ hic nō includuntur femine ꝓmittentes virginalē: ſeu vidualē caſtitatem ſub prefato modo viuēdi: q2 tales gaudent oībus priuilegiis fratrum: prout ſupra ſepe dictū eſt: preſertim in dictione Mulieres.§.vltimo. Collector.

¶ Ex priuilegiis fratrum Auguſtinenſium.

INnocentius. 4. fecit quandā copioſam cōceſſionē ffib⁹ Auguſtinēſibus circa hmōi materiam ſacramētoꝝ: put habetur in dictione Eccleſie fratrum.§.2. 3

EUgenius. 4. cōceſſit fratribus Auguſtinēſib⁹: ꝙ ſi ſedes dioceſanoꝝ epōꝝ forte vacauerint: interim oīa eccl̄iaſtica ſacramēta a vicinis epīs accipere libere ⁊ abſq3 contradictione poſſint. Sic tn̄ vt ex hoc in poſterum ꝓpriis epīs nullū preiudiciū generetur. B.ffo.247.conce.606. 4

## ¶ Scrupuloſi fratres.

CIrca fratres ſcrupuloſos ſunt nōnulla cōceſſa. ¶ Et ex iis qdā ſunt generalia quo ad oēs. ſ. qualiter ꝑlati poſſint in ſcrupulis tāgētib⁹ cōſciētias hmōi fratrū declarare ⁊ determinare ac ſubditi declarationi et determinationi hmōi ſecura cōſcientia ſtare. Hec aūt poſita ſunt in dictione Declarare.§.4.et.5. ¶ Alia Collector.

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſunt ſpecialia circa officiũ diuinũ. Et iſta habẽtur i dictiõe Officiũ diuinũ ꝑmo. §.8.et.9.et.10.ac.12.et.14. Et in dictione Infirmi fratres. §.8.et.9.et.11.ac.12.et.13.

# ¶ Sepelitio: et Sepultura.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

Collector. Statuta ⁊ cõceſſa quo ad ſepulturas ⁊ ſepelitionẽ: quedã concernunt oẽs ſeculares perſonas. Alia vero pertinẽt ad familiares fratrũ: vel germanos ordinis. Reliqua reſpiciunt preciſe eoſdẽ fratres. ¶ Ea q̃ cõcernunt ſeculares: ſub diuidũtur: q2 aliqua tãgunt libertatẽ ſepulture in eccl'ijs fratrũ: et delationẽ defunctorum ad eaſdẽ. Hec aũt ponũtur in.§.1.et.3.et.4.et.5.et.10.et.11.et.17. Alia reſpiciunt ſepelitionẽ cũ habitu fratrũ. Et iſta continẽtur in.§.12.et.13.et.14.et.15. ¶ Illa vero q̃ ſpectãt ad familiares fratrũ: habentur in.§.2.et.21. ¶ Qđ aũt tãgit perſonas ffm: habetur in.§.16. Et in dictione Interdictus ꝑmo.§.13.et.25.

1 Pro oibus ſecularibus.



Innocentius.4.cõceſſit: vt in eccl'ijs ffm mi. ſit libera ſepultura: ita ꝙ nullus valeat impedimẽtum preſtare quominus poſſint oẽs volẽtes ibidẽ libere ſepeliri Salua tñ iuſticia eccl'iarũ parrochialiũ. b.fo.22. Et ffo.23.

Collector. ¶ Qualiter intelligantur predicta libertas ⁊ iuſticia eccleſiarum: declaratur infra a Sixto.4.in.§.11.

2 Pro familiarib⁹ frm. Clemens.4.cõceſſit fratrib⁹ mi. vt eos qui in ſuis imoratur obſequijs: poſſint (cum deceſſerint) in cemiterijs ſuarũ eccleſiarũ ſepeliri. B.fo.56. Et ffo.140.conceſſione.315.

3 Pro oibus ſecularibus. ¶ Idem Clemens cõceſſit: ꝙ in eccleſijs fratrum mi. ſit oibus libera ſepultura: vt eorum deuotioni: et extreme voluntati illoꝝ qui ſe illic ſepelire deliberauerint nullus obſiſtere valeat: niſi excõmunicati: aut interdicti: vel publici vſurarij fuerint. Salua tamen iuſticia eccleſiarum illarum a quibus corpora defunctorum aſſumuntur. B.fo.58. Et ffo.141.conceſſione.336.

Collector. ¶ Aduerte infra quomõ Sixtus declarauit p̄dictã iuſticiã eccl'iarũ in.§.7.

4 Prohibitio. ¶ Idem Clemẽs diſtricte inhibuit: vt nulli religioſi: vel ſeculares preſumant ſine aſſenſu ⁊ voluntate fratrum mi. aliquorum defunctorum corpora in ſuis cemiterijs ſepelire. Nec etiã in eccleſijs predictoꝝ fratrũ (ipſis inuitis) audeãt miſ- Miſſa. ſarum ſolẽnia: vel exequias ꝓ animabus eoꝝ qui ad hmõi loca tumulandi deferuntur celebrare. B.fo.58. Et ffo.141.conce.336.

5 Indulgẽtia. Martinus.4.cõceſſit oib⁹ ſepeliẽdis in eccl'ijs: ſeu clauſtris: ⁊ cemiterijs ffm mi. indulgentiã.40.annoꝝ. b.ffo.260.conce.664.

6 Ex iure cõi. Prohibitio. Bonifacius.8.vniuerſis religioſis ⁊ ſecularib⁹ clericis cuiuſcũꝙ ſtat⁹ vel cõditionis exiſtant in virtute ſancte obediẽtie: ac ſub interminatione maledictionis eterne diſtrictiſſime ꝓhibuit ne aliquos ad vouẽdũ, iurandũ: vel fide interpoſita: ſeu alias ꝓmittendũ inducãt vt apud eoꝝ eccl'ias ſepulturã eligant: vel iã electã vlterius nõ immutent. Et ſi ſecus actũ fuerit: electionem talẽ decreuit nullius penitus exiſtere firmitatis. ¶ Statuit etiã: vt ij qui ſic elegerint: nec apud ſic electas eccleſias vllatenus ſepeliri: nec alibi: nec contra votum, iuramentũ: aut ꝓmiſſum hmõi a ſe factũ materiã habeant veniendi: poſſint eligere ſepulturã: ſed cõtradictione quacũꝙ ceſſante: ſepeliantur omnino apud illas eccl'ias apud quas ſepeliendi de iure fuiſſent: ſi alias ſepultura non electa forſitan deceſſiſſent. ¶ Statuit inſuper: ꝙ ſi ijdẽ religioſi vel clerici predictos in ſuis

UVA. BHSC. IyR_230_1

eccleſijs vel cemiterijs preſumpſerint ſepelire: ad reſtitutionē tam ſepultorū corpo
rum: ſi petantur: ꝗ etiā oīm ꝗ occaſione ſepulture illoꝝ peruenerint quomodoli-
bet ad eoſdem infra decedētium integraliter faciendam ſint obligati. Quā niſi fe
cerint: eccleſie ipē apud quas ſepulti fuerint: necnon et cemiteria earūdem: extunc
eo ipo ſint: ⁊ tam diu maneant eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto: donec ab eis fa-
cta fuerit reſtitutio plenaria omnium predictorum. Habetur in. c. Animarum pe-
riculis. de ſepulturis libro. 6.

¶ IDEM Bonifacius ſtatuit: ꝙ religioſi niſi a proprijs monaſterijs a deo for 7
ſitan ſint remoti: ꝙ ad ea cum moriantur cōmode portari non poſſint: nequeāt Ex iure cō.
ſibi eligere ſepulturam: cum velle vel nolle non habeant: ſed ſint apud ſua mona- Prohibitio
ſteria tumulādi. Habetur in. c. Religioſi. de ſepulturis libro. 6.

¶ IDEM Bonifacius ⁊ Clemens quintus ſtatuerunt: vt fratres predicatorū 8
et minorum ordinum in eccleſijs vel locis ſuis vbilibet conſtitutis: liberam vt ſe- Ex iure cō.
quitur habeant ſepulturam: videlicet ꝙ omnes eam recipere valeant qui ſepeliri
elegerint in locis ⁊ eccleſijs memoratis. Habetur in Clementina Dudum. de ſe
pulturis. §. huiuſmodi quoqꝫ.

Bonifacius 9. conceſſit fratribus ordinis predicatorum: vt ad domos 9
quorumcunqꝫ decedentium qui apud predictorum fratrū De ingreſſu
eccleſias ſepulturas elegerint: vel habere debuerint: cum cruce, thuribulo: et lumi parrochiaꝝ.
narijs, aqua benedicta ⁊ alijs cerimonijs conſuetis: etiam per aliorum parro-
chias perſonaliter accedere: et funera decedentium huiuſmodi qui tempore vite
ſue libere elegerint: vel alias debuerint: vt prefertur ad eorum eccleſias portare: et
inibi facere ſepeliri. b. ffo. 118. conceſſione. 525.

Sixtus. 4. declarauit ſupraſcriptā conceſſionē Clementis. 4. §. 3. ſ. ꝙ fr̄es 10
mi. habeant in eccleſijs ſuis liberam ſepulturā: ſic debere intelli- De ingreſſu
gi: ꝙ fratres predicti nullius ſuper hoc petita licentia: poſſint cū cruce ꝓceſſiona- parrochiaꝝ
liter ingredi parrochias in quibus fuerint corpora defunctoꝝ: ac corpora ipa ad
eoꝝ eccl̄ias ſepeliēda deferre: vbi hoc fieri conſuetū foret: vel quando preſbyteri
parrochiales requiſiti id facere recuſauerint. Et voluit: ꝙ nec predicti fratres: nec
conſanguinei defunctoꝝ: poſſint cogi (etiam pretextu cuiuſuis cōſuetudinis) ad
deferendum prius hmōi corpora ad eccleſias parrochiales: aut alia loca: et inibi
ante: vel poſt ſepulturā aliqua diuina officia ꝓ eiſdem defunctis celebrare: aut ce-
lebrari facere. B. fo. 60. Et ffo. 143. conceſſione. 346.

¶ Circa hoc facta eſt q̄dā moderatio in cōcilio Lateranēſi: ꝓut infra ponit̄. §. 18. Collector.

¶ IDEM Sixtus declarauit: ꝙ iuſticia parrochialium eccleſiarum de qua in 11
litteris Clementis facta eſt mentio ſupra. §. 3. id eſt canonica portio: tunc habet De iuſticia
locum duntaxat reſpectu dictorum fratrum minorū quando in eorum eccleſijs: eccl̄iaꝝ par-
ſeu cemiterijs corpora defunctorum ſepeliuntur. Sed ſi non apud hmōi loca fra rochialium.
trum: ſed apud aliorum ordinum mendicantium profeſſores ſepeliātur: decreuit
ꝙ ex ijs que ad fratres mi. predictos: apud quos tunc corpora defunctorum nō Canonica
ſepeliuntur: de bonis defunctoꝝ quomodolibet obuenientibꝯ quouis particulari portio.
vel vniuerſali titulo directe: vel ꝑ obliquum: nullā canonicam portionem dare te-
neantur. B. fo. 60. Et ffo. 143. conceſſione. 346.

¶ IDEM Sixtus decreuit: ꝙ illi qui cū habitu fratrū mi. aut ſoroꝝ tertij ordi- 12
nis elegerint ſepeliri: tales in eccl̄ijs vel cemiterijs predictoꝝ fratrū vel ſoroꝝ ſe- Habitꝰ frm.
peliātur: etiā ſi alibi suā elegiſſent ſepulturā: niſi de licentia expreſſa ⁊ aſſenſu frm

UVA. BHSC. IyR_230_1

dom⁹: ſeu conuētus illi⁹ loci: vbi tales deceſſerint. B. fo. 60. Et ffo. 144. cōce. 350.

Collector. ¶ Uide infra qualiter Leo. 10. in concilio Lateranenſi aliter ſtatuit. §. 18.

13 Excōicatio. ¶ IDEM Sixtus fecit conſimilem conceſſionem ſicut immediate ſuprapoſitam fratribus Carmelitanis: ⁊ excōmunicauit contradictores eiuſdem conceſſionis. B. fo. 99. Et ffo. 182. conceſſione. 444.

Collector. ¶ Huiuſmodi excommunicatio iam non ligat propter decretum concilij Lateranenſis poſitum infra. §. 18.

14 Habit⁹ frm. ¶ IDEM Sixtus ſtatuit: ꝙ nullus valeat dare predictū habitū fratrū ad ſepeliendū aliquā perſonā: niſi guardianus dom⁹ loci in quo talis decedere cōtigerit: aut alij prelati ſuperiores: vel illi cui ipſi duxerint cōmittendū dūtaxat: ⁊ nō alius quauis auctoritate: vel prelatione fungatur. Et ſimiliter ſtatuit: ꝙ prefati (quibus cōmittit auctoritatē dādi p̄dictū habitū) teneātur declarare recipiētib⁹: ꝙ apud eorūdem frm eccl'ias debēt cū obierint ſepeliri. B. fo. 65. Et ffo. 149. conce. 364.

Collector. ¶ Ut colligit̄ ex lr̄is predicti Sixti: vbi ſupra: poſſunt p̄fati quibus cōmittit auctoritatem dādi predictū habitū: dare illū non ſolū ijs qui moriuntur in locis vbi morātur fratres: ſed etiā alijs qui intra illoꝝ guardianias deceſſerint.

15 Habit⁹ frm. ¶ IDEM Sixtus ſtatuit: ꝙ corpora volentiū cum predicto habitu ſepeliri: deferantur ad ſepulturā ſine alio pallio: vel tegumēto ſuper impoſito. Nonobſtāte quacunq̧ ordinatione: vel prohibitione ordinarioꝝ locorum: etiā ſub cenſuris facta. B. fo. 65. Et ffo. 149. conce. 364. in fine.

16 Pro frībus tantum. **Iulius.** 2. conceſſit frībus mi. ꝙ tēpore interdicti ordinaria auctoritate appoſiti: poſſint corpora fratrū decedentiū eiuſdē ordinis publice ſepelire: ꝑut late poſitū eſt in dictione Interdictū. 1. in. §. 13. Uide ēt ibidē. §. 25.

17 Pro familiarib⁹ frm. ¶ IDEM Iulius. 2. fecit aliā conceſſionem pro familiaribus fratrum minimorum qui eligunt ſepeliri in eccleſijs predictorum fratrū: prout habetur in dictione Familiares. §. ſeptimo.

18 Prohibitio ingreſſus fratrum in parrochijs. **Leo.** 10. in cōcilio Lateranēſi ſtatuit: ꝙ frēs quorūlibet ordinū nō poſſint intrare parrochias cū cruce ad leuāda corpora defunctorū qui apud eccl'ias domoꝝ eorūdem frm ſuā elegerint ſepulturā: niſi prius premonito: ⁊ requiſito: ac recuſante parrochiali preſbytero. Et tunc ſine illius: ac ordinarij preiudicio: niſi eiſdē fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo: q̄ ſit in viridi obſeruantia: ⁊ cū pacifica poſſeſſione ſuffragetur. B. fffo. 26. conce. 76.

19 Habit⁹. frm. ¶ IDEM Leo vbi ſupra ſtatuit: ꝙ volentes ſepeliri cum habitu fratrum: ſi nō ſint perſone in clauſtro eorūdem fratrum degentes: ſed in proprijs domibus habitantes: poſſint in eorum vltima voluntate: ſeu teſtamentis ſepulturam ſibi libere eligere. B. fffo. 26. conceſſione. 77.

20 Exhumare. ¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ prelati ordinis mi. poſſint in ſuis eccl'ijs: ⁊ capellis exhumare corpora defunctorum: ⁊ ad alias ſepulturas in eiſdē eccl'ijs ſuis transferre. De conſenſu tamē illorum quorum intereſt. O. fffo. 58. conce. 162.

¶ Ex priuilegijs fratrum predicatorum.

21 Pro germanis ordinis. **Ioannes.** 23. conceſſit fratribus ordinis predicatorum de gratia ſpeciali ꝙ confratres: ⁊ germani prefati ordinis poſſint ſepeliri tempore interdicti in eccleſia: vel cemiterio predictorum fratrum: niſi fuerint excōmunicati publice: vel nominatim. b. fffo. 95. conce. 306.

Collector. ¶ Qualiter predicta conceſſio ſit intelligenda: dictum eſt in dictione Indulgentie q̄ ad ſeculares. 4. i fine. Et in dictiōe Interdictū. 3. poſt. §. 5. Uide ibi: ⁊ nota bñ.

UVA. BHSC. IyR_230_1

Leo. 10. ꝛ Adrianus. 6. omnibus ꝛ ſingulis chriſti fidelibus in regnis Ca- 22
ſtelle legionis ꝛ Granate exiſtentibus: qui deuotionis feruore ducti:
in habitu ordinis ſanctiſſime trinitatis deceſſerint: aut eorū corpora ſeu cadaue- Habitus.
ra poſt̄ ab hoc ſeculo migrauerint: in eccl'ijs monaſterioꝝ ordinis predicti ſepeliri Sepultura
ordinauerint: cōceſſerunt oēs ꝛ ſingulas indulgentias ꝛ peccatoꝝ remiſſiones
fratribus predicti ordinis conceſſas. B.
De hoc habetur latius in dictione Cōicatio priuilegioꝝ. §. vltimo. Collector.

# Seruitores frm: et ſeruitrices monialium.

Diſtinctio materie infraſcripte.

RESpectu ſeruitoꝝ fratrum ſunt nōnulla conceſſa ꝛ ſtatuta: q̄ poſita ſunt in di Collector.
ctione Familiares fratrū. Quo ad ſeruitrices vero monialiū: qualiter ſcꝫ
poſſint ingredi monaſteria monialiū quibus ſeruiunt: habetur in dictione Ingre
di monaſteria monialium. §. 19. Sed quo ad illa que concernunt eorum abſolu-
tiones: habetur in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 11. Nonnulla
alia ad huiuſmodi perſonas ſpectantia: ponuntur hic infra.

Sixtus 4. ſtatuit: ꝙ ſeruitrices monialiū ſancte Clare portent ve 1
ſtimenta honeſta: iuxta diſpoſitionē: ꝛ ordinationem ge Habitus.
neralis fratrū minoꝝ. o. ffo. 67. conce. 105.
IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ illi qui ſunt in ſeruitio fratrum mi- 2
norum: et ſororum ſancte Clare: habeant indulgentiam plenariam Indulgētie.
in morte: ac ſemel in vita de reſeruatis. o. ffo. 66. conce. 96.
IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ ſeruitores fratrum: et ſeruitrices monialium. s. 3
Clare: poſſint promereri omnes indulgentias ſtationum Rome: ꝛ portiuncule Stationes.
conceſſas fratribus mino. dicendo quinqꝫ Pater noſter: ꝛ totidem Aue maria
cum Gloria patri in eccl'ijs predictoꝝ fratrū ꝛ monialiū. o. ffo. 67. cōce. 114.

# Simonia.

Diſtinctio materie ſimonie.

CIrca ſimoniā continentur aliqua in priuilegijs fratrum mi. ꝓut ſequuntur. Collector.
Et primo qualiter poſſint fratres minores abſoluere a ſimonia: habet̄ in di
ctione Abſolutio quo ad ſeculares. 2. in. §. 5. Item quomodo predicti fratres
poſſint vti caſibus eiſdem conceſſis ab ep̄is ſimoniacis: habetur in dictiōe Ab
ſolutio quo ad ſeculares. 1. in. §. 6. Secundo qualiter moniales q̄ neſciūt diſcer
nere inter intentionem primariā q̄ cauſat ſimoniam: et ſecundam: nō incurrant
eam: cōtinetur in dictione Moniales. §. 16. et. 17. et vltimo.

VRbanus. 5. et Gregorius. 11. fecerunt ſtatutū: ſeu ꝓhibitionē 1
modo ſubſequēti. Vniuerſis ꝛ ſingulis abbatibꝰ. Prohibitio
prioribꝰ. decanis. prepoſitis: et magiſtris. abbatiſſis: et prioriſſis:
alijſqꝫ prelatis quouis nomine nuncupentur: ꝛ eoꝝ officialibus
quarūcunqꝫ eccl'iarum. monaſterioꝝ. prioratuum. domorum: ꝛ
locorū quorūlibet ordinū et religionū: etiā militarioꝝ: tā exēptoꝝ
q̄ non exēptoꝝ: quocunqꝫ nomine cenſeantur: et capitulis et cōuentibus: ac ſin-
gularibus eoꝝ perſonis: tā maribus q̄ mulieribus volentibus ingredi eorū reli- Nouicius.
giones. eccleſias. monaſteria. prioratus. domos: ſeu loca: in earū perſonarū recep
tione: ſeu ante vel poſt illam: quecunqꝫ prandia: ſeu paſtus ſiue cenas, pecunias.

UVA. BHSC. IyR_230_1

ſocalia: aut res alias: etiam ad eccleſiaſticū ſeu quēuis pium vſum aliū deputata ſeu deputāda: decetero directe vel indirecte petere: ſeu exigere quoquomodo preſumant: ſed eas cū omnimoda puritate recipiant: ac in victu ꝛ veſtitu: ſicut alias perſonas ſuarū eccleſiarū, monaſterioꝝ, prioratuū, domoꝝ: ꝛ locoꝝ ſyncera charitate pertractēt: illa q̄ perſone ille ingrediētes: plene ac ſponte: ꝛ plena liberalitate: omniq; pactione ceſſante quocūq; dare vel offerre eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, domibus: ac locis hmōi voluerint: cū gratiarū actione dūtaxat recipiāt. Nos. n. in eos qui ſecus egerit: ſi ſingulares ſint perſone: tā dātes q̄ recipiētes hmōi: excōicationis ſnīe: ſi vero capl'a vel cōuētus fuerint: ſuſpēſionis ſnīe: eo ipo decernimus ſubiacere: a quibus (preterq̄ in mortis articulo) abſolui nequeant: abſq; ſedis apoſtolice licentia ſpeciali. b. ffo. 125. conce. 563.

Recipere.

Excōicatio. Suſpēſio.

## ¶ Sorores tertij ordinis.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

Collector.

Quo ad ſorores tertij ordinis ſanctiſſimi patris franciſci: ſunt multa conceſſa: ꝛ ſtatuta in priuilegijs fratrū minoꝝ. ¶ Iſtoꝝ autē aliqua q̄ pertinēt ad ingreſſum ſuoꝝ monaſterioꝝ: habētur in dictione Ingredi monaſteria monialiū. §. 17. et. 29. ¶ Alia multa q̄ ſunt eis cōmunia cū monialibus ſancte Clare: poſita ſunt in dictione Moniales. ¶ Reliqua vero que pertinent ad eas particulariter: reperientur in dictione Tertiarij.

## ¶ Stationes.

Collector.

Quia ſtationes pertinent proprie: vel reducūtur ad materiā indulgentiarū: ideo omnia que ſuper ſtationes ꝑmerendas a fratribus mi. ꝛ alijs perſonis quibus ſunt cōmunia eoꝝ priuilegia conceſſa ſunt: viſum fuit ea ponere in dictione Indulgentie ſtationum quo ad fratres.

## ¶ Statuta ordinis.

Relaxatio cenſurarū: et ſtatutoꝝ ordinis.

Sixtus. 4. ſtatuit et decreuit: q̄ miniſtri ꝛ cuſtodes: ac guardiani: et fratres ordinis mino. qui ꝓ tēpore fuerint: nulla eccleſiaſtica cenſura: nulloq; mortalis peccati vinculo ligari valeant ex ſtatutis: et cōſuetudinibus: vel declarationib' dicti ordinis (preter regulā) quomodolibet: et a quibuſcunq; editis: etiam cōfirmatione aplica: vel quauis firmitate alia roboratis: illis cōtrafaciendo: niſi tales eſſent caſus: vel exceſſus qui diuina lege: aut ꝑcepto Romane eccl'ie: merito inducerent ad mortale. Ac etiā cenſuras ꝛ penas aliter latas reuocauit: ꝛ annullauit: illaſq; ad vim cōminationis penarum cōminatoriarum: ꝛ inferendarum: ſeu ad corporales: et temporales penas per prelatos ſupradictos ferendas: ꝛ infligendas reduxit. Voluitq; ſimiliter: q̄ miniſtri, cuſtodes, guardiani: ꝛ alij predicti ordinis plati: poſſint ferre: et ꝓmulgare corporales: et tēporales: ſeu alias penas ꝓ non obſeruatione dictoꝝ ſtatutorum: ſecundum qualitatem perſonarū, locorum: et temporū: ac alias ſecundū q̄ videbitur ſaluti animarum fratrum eorūdem in domino expedire: ac etiam delinquentes ab illis abſoluere. B. fo. 22. et ffo. 106. conceſſione. 229.

Collector.

¶ Circa ſupraſcriptā ordinationē Sixti eſt aduertendū et notādū primo: q̄ illud quod ait de declarationib': intelligitur de factis per fratres: et per papā approbatis: non autē de declarationibus regule a ſummis pontificibus factis; preſertim

UVA. BHSC. IyR_230_1

Nicolai.3.et Clemētis.5.q̄ exiſtunt in corpore iuris:licet aliqui ꝛ male aliter ſen-
ſerint. ¶ Notandū etiā: ꝙ non obſtante prefata ordinatione ſeu cōceſſione:tenen-
tur fr̄es minores ad ſtatuta q̄ poſtea auctoritate ap̄lica facta reperiuntur:ac dece
tero fient:qꝛ pontifices precedētes nequeunt ligare manus ſuccedentiū. Preſer
tim vero tenētur ad ſtatuta gn̄alia virtute ſequētis precepti Leonis.10.facta. Et
ſicut dictū eſt de prefata ordinatione Sixti: ſimiliter dicendū eſt de duabus con-
ceſſionibus Eugenij.4.q̄ habētur.o.fo.61.et ffo.64.conce.76.Et.B.fo.28.et ffo.
112.cōce.242.Que etiā qꝛ particulares: ac tēporales fuerunt: nō ponuntur hic: ſꝫ
per inaduertentiā in prima editione Cōpendij poſite ſunt.

Leo 10.ſtatuit:ꝙ cap̄lm generaliſſimū celebratū Rome(quando. ſ.facta 2
eſt vnio fratrum minoꝝ obſer.ꝛ omniū aliorum reformatorum eiuſ De ſtatut. or
dem ordinis)teneretur deputare nōnullos fratres ex diuerſis regionibus:ſeu na dis faciēdis.
tionibus aſſumptos:ex ꝓbatioribus:et doctioribus:ac magis expertis fratrib⁹:
qui omnia ꝛ ſingula(q̄ pro manutenentia reformatiōis: et vera regule obſeruā-
tia acōmoda iudicarent)in vnū recolligerent: ac poſtea per totū cap̄lm generale:
aut maiorē partem eiuſdem approbarentur:et tandem apoſtolice cōfirmationis
patrocinio munirentur.B.ffo.30.conceſſione.107.

¶ IDEM Leo ſtatuit:ꝙ moniales ſancte Clare:ꝛ alie quecūqꝫ ſub obediētia et 3
regimine fratrū mi.obſer.exiſtentes:teneātur ſeruare ſtatuta: ſeu cōſtitutiones reſ Pro monia
pectu illarū facta in cap̄lis generalibus:aut ꝓuincialibus factis: ꝛ fiendis: put lib⁹.s.Clare
late poſitum eſt in dictione Moniales.§.23.

## ¶ Stigmata.

GRegorius.9.edidit quādam bullā ad perpetuā rei memo 1
riam in cōmendationē:ꝛ laudē ſacrorum ſtig-
matum ſeraphici patris Frāciſci:vbi acriter increpat quēdā ep̄m
dubitantē de hm̄oi ſtigmatib⁹.B.fo.11.Et ffo.96.conce.209.

¶ IDEM Gregorius diſtricte precepit prioribus ꝓuincialib⁹ 2
ordinis fratrum predicatorū: quatenus inquirerent an quidā fra-
ter predicti ordinis prediceſſet contra ſtigmata beati Franciſci: ac contra fratres
mi.prout ſibi fuerat denūciatum:ꝙ ſi ita feciſſe inuenirent:ſuſpenderent illum ab
officio predicationis:ꝛ mitterent ad preſentiam eiuſdem ſummi pontificis: vt
iuxta ſua demerita reciperet.b.fo.21.Et ffo.23.conce.6.

Alexander.4.edidit quādā ſolēniſſimam bullā ad perpetuam rei me 3
moriam in exaltationem:ꝛ laudem ſtigmatū beati patris
Franciſci:proferens multa teſtimonia fidelium perſonarum:qui viderunt:ꝛ pal-
pauerunt huiuſmodi ſacra ſtigmata:ꝛ inſuper addens proprium teſtimonium.
B.fo.12.Et ffo.96.conceſſione.207.

¶ IDEM Alexander cōmendauit:et eximijs laudibus exaltauit mōtem Aluer 4
ne:vbi prefata ſtigmata fuerunt diuinitus impreſſa beato Franciſco:ac in virtute De monte
ſancte obedientie mandauit prelatis fratrum mi. ne conuentum illic edificatum Aluerne.
derelinquerent:vel deſtrui permitterent: ſed ꝙ ibi aliquos fratres ſtatuant qui de-
bitum dn̄o reddant famulatum.b.fo.22.Et ffo.24.conce.10.

¶ IDEM Alexander ſcripſit vniuerſis chriſti fidelibus litteras patentes in cō- 5
mendationē ſtigmatū predictorū: vbi poſuit ſequētia verba. Grande ac ſingula Teſtimoniū
re miraculū quo beatum Franciſcū ipſe ſanctorum ſplendor ꝛ gloria dn̄s Jeſus ſtigmatū.s. pris Frāciſci

UVA. BHSC. IyR_230_1

chriſtus mirabiliter decorauit:vobis ſe.re. Gregori⁹ papa.9. predeceſſor noſter:
clara ſua inſinuatione litterarū expreſſit:vez:ꝙ idem ſanctus cū adhuc ſpaciū pre
ſentis vite percurreret:⁊ poſtq̄ illud feliciter cōſumauit:in manibus.latere:ac pe-
dibus:ſpecie ſtigmatū diuinitus extitit inſignitus. Cum igitur tā inſigne diuini
amoris ſignū:qđ vtiq̄ ante obitū eius patuit:et nobis etiā tunc notū fuit:cū eo-
dem predeceſſore in minori adhuc officio conſtituto: ab oibus chriſticolis credi
firmiter cupiamus:deuotionē veſtrā rogamus:et hortamur in dn̄o Jeſu chriſto:
in remiſſionē vobis peccaminū iniungēdo: quatenus ab aſſertione contrarij (q̄
non niſi ex cordis malignitate ꝓcederet) aurē et mentē penitus auertatis:reddē-
tes vobis eūdē ſanctū digna veneratiōe ꝓpitiū apud deū:vt adiuti p̄cib⁹ eius:⁊
meritis:felicitatis eterne poſſitis participiū obtinere.b.fo.26. Et ffo.29.cōce.23.
6 Excōicatio. ¶ IDEM Alexander ꝓmulgauit ſententiā excōicationis:a qua null⁹ poſſet ab
ſolui niſi perſonaliter adiret ſedē aplicā:cōtra eos q in regis Caſtelle: ⁊ Legiōis
de imagine beati Frāciſci ſtigmata ſacra aboleuerint:ſeu abolere fecerint: et qui
Pene cōtra aduerſantes ſtigmatibus ſancti patris Franciſci. predicauerint predictū ſanctū p̄fata ſtigmata nullaten⁹ habuiſſe:cuiuſcunq̄ ordi-
nis:vel cōditionis exiſtant. Et decreuit inſuper: ꝙ ſi forte tales fuerint doctores:
ſeu lectores in theologia:ſeu in quacūq̄ alia facultate:aut poteſtatē audiendi con
feſſiones habentes:incurrant priuationē p̄dictoꝝ officiorū. Et inſuper p̄cepit ec-
cleſiarum p̄latis p̄dictorū regnorū quaten⁹ hmōi lr̄as notificēt chriſti fidelibus:
et predicta oia faciāt firmiter obſeruari: cōtradictores per cenſurā eccl'iaſticam
(appellatione poſtpoſita) cōpeſcendo.b.fo.26.Et ffo.27.conce.18.
7 Excōicatio. ¶ IDEM Alexāder excōicauit detractores.cōtēptores: et irriſores ſacrorum
ſtigmatū beati Frāciſci:maiori excōicatione:a qua abſolui nequeāt niſi per ſedē
apoſtolicam.b.fffo.109.conceſſione.460.
8 Nicolaus.3.approbauit: et cōfirmauit quādā bullā Gregorij.9.in fa-
uorem ſtigmatum beati Franciſci editā:illāq̄ ſuis litteris in-
ſeruit: que eſt quaſi de verbo ad verbū ſicut ſuprapoſita Alexandri.4.§.5. Habe
tur autem.B.fo.11. Et ffo.95.conce.205.
9 De.s.Catherina de ſenis Sixtus.4.informatus:ꝙ nōnulli religioſi quaſdā ſanctas:et maxime ſan
ctam Catherinā de ſenis:in diuerſis partibus ſine conſenſu: ⁊
approbatione ſedis aplice:ac vt creditur ſine rei veritate: cū ſtigmatibus chriſti
ad inſtar beati Franciſci depingebant:ac ꝙ in publicis predicationibus aſſere-
bant predictā ſanctā Catherinā recepiſſe a Chriſto ſtigmata verius q̄.s. Fran-
ciſcus:attendens hoc eſſe in preiudiciū veritatis: et honoris predicte ſedis apo-
ſtolice:fecit ꝓuiſionem infra ſcriptā dicens ſic. Nos igitur de premiſſis plena-
Nota. riam habentes noticiā:et ꝙ ſi dicta ſancta Catherina ſtigmata hmōi habuiſſet:
felicis recordationis Pius papa.2.predeceſſor noſter qui eandē ſanctā catholo-
go ſanctorū aſcripſit:et ſuarū virtutū prerogatiuas in ſua canonizatione luculen-
tiſſime declarauit:ſpecialē de hoc ſingulari priuilegio feciſſet memoriā:hmōi ſup
plicationibus inclinati:vniuerſis et ſingulis quorūcūq̄ ordinum ꝓfeſſoribus:et
alijs perſonis vtriuſq̄ ſexus:cuiuſcunq̄ dignitatis.ſtatus.gradus: et conditiōis
fuerint auctoritate aplica tenore preſentiū in virtute obediētie: et ſub excōmunica
Excōicatio. tionis pena (quā contra facientes ipſo facto incurrant:et a qua per aliū q̄ Ro-
manum pontificē niſi in mortis articulo dūtaxat abſolui non poſſint) diſtricti⁹
Prohibitio inhibemus predicatoribus vt a predicationibus: et aſſertionib⁹ hmōi deinceps
deſiſtant:ac premiſſis: et alijs quibuſcunq̄ vt picturas cum hmōi ſtigmatibus

UVA. BHSC. IyR_230_1

auferant: ⁊ auferri vbilibet faciant: atqꝫ procurēt infra ſpaciū vnius anni a publi
catione preſentiū: nec liceat alicui eandē ſanctā Catherinā depingi facere cū ipſis
ſtigmatibus: donec eadē ſedes apoſtolica hoc approbauerit: et per ſpeciale priui
legium ſanctā ipſam cum ipſis ſtigmatibus depingi conceſſerit. b. fo. 53. Et ffo. 50.
conceſſione. 54.

¶ IDEM Sixtus q; poſt litteras immediate ſuprapoſitas fuit informatus: ꝙ 10
nōnulli ꝓprijs inherētes affectibus: mādatis predictis nō obediebant: prehabi-
tis conſilio ⁊ aſſenſu ⁊ matura deliberatione cū ſancte Romane eccl'ie cardinali-
bus ſtatuit ⁊ ordinauit: ꝙ nullius ſancti aut ſancte: beati aut beate figura aliqua
cum dictis ſtigmatibus depingi poſſit quouis modo quo extimari poſſit: vel cre
di illū vel illā hmōi ſtigmata habuiſſe: excepta imagine beati Franciſci: quē mul-
tipliciter conſtat ſtigmata a chriſto recepiſſe. Ac etiā prohibuit: ne aliquis in pre-
dicationibus ad populū: vel alias ſcriptura: aut verbo aſſerere: aut affirmare pre
ſumat aliquē ſanctū vel ſanctā: beatū aut beatā ſtigmata hmōi habuiſſe. Et ſup
ijs imponit grauiſſimas cenſuras ⁊ penas quas incurrant diuerſimode facien-
tes contra premiſſa. Super quibus etiā dat cōſeruatores oēs eccl'iarū prelatos:
et alios in eccl'iaſtica dignitate conſtitutos. B. ffo. 217. conceſſione. 520.

Prohibitio in fauorē. s. Franciſci.

Cenſure.

¶ IDEM Sixtus q; poſt oīa ſupradicta: per quaſdā ſuas litteras ſuſpenderat 11
ad tēpus cēſuras: ⁊ penas per eū impoſitas cōtra depingentes ſanctā Catheri-
nam de ſenis cū ſtigmatibus: declarauit dictā ſuſpenſionē de cetero nō valere: ⁊
decreuit: ꝙ littere predicte ſuper ſtigmatibus edite: ob ſuſpenſionē prefatā nullate-
nus reuocate cenſeri debere: ſed in ſuo robore: ac vigore permanere: ac ſi hmōi
ſuſpenſio nō emanaſſet. Ac inſuper mādauit de nouo ſub cēſuris in predicta bul-
la contentis: ne prefata imago beate Catherine de Senis amplius cum ſtigma-
tibus depingatur: ⁊ ꝙ imagines ſic depicte aboleantur: nō obſtantibus quibuſ-
cunqꝫ. B. fo. 40. Et ffo. 124. conce. 271.

De ſācta Catherina de ſenis.

Cenſure.

## ¶ Studentes fratres.

Clemens. 4. in mari magno ſtatuit: ꝙ fratres ordinis mi- 1
norum quos prelati eiuſdem ordinis ſm̄ conſti
tutiones ipſius ordinis in conuentibus deputauerint in lecto-
res: ſine cuiuſcunqꝫ alterius licētia: libere in domib⁹ predicti or-
dinis legere ac docere valeant in theologica facultate: illis locis
exceptis in quibus vigēt ſtudiū generale: ac etiā quibus in facul
tate ipſa docturus ſolēniter incipere conſueuit. B. ffo. 39. conce. 310.

Eugenius. 4. conceſſit auctoritatē miniſtro generali fratrū mi. reducen 2
di fratres ſtudētes cuiuſcunqꝫ gradus ⁊ cōditionis exiſtēt
ad ſuā ⁊ alioꝝ prelatoꝝ dicti ordinis regularē obedientiā: ⁊ cōmunē viuēdi mo-
dum: iuxta formā regule et ꝓfeſſionis: ſtatutorūqꝫ eiuſdē ordinis. Non obſtanti-
bus quibuſcunqꝫ in contrariū facientibus. Et inſuper voluit: ꝙ prefatus gn̄alis
miniſter: ⁊ alij per eum deputandi habeant facultatem ⁊ poteſtatem plenariam
oēs et ſingulos ſupradictos fratres obedire recuſantes: ⁊ cōtradictores quoſcū
qꝫ per cenſuras eccleſiaſticas: ⁊ alia iuris remedia (appellatione poſtpoſita) cō-
peſcendi: inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. b. ffo.
84. conceſſione. 246.

Generalis miniſter.

De reductione fratrū ſtudentium.

Appellatio.

¶ IDEM Eugenius fecit aliā conceſſionē que non modicū deſeruit huic mate- 3

rie ſtudẽtiũ fratrũ: etiã cõuentualiũ: que poſita eſt in dictione Elemoſina. §. 5.

4 Pro oĩbus generalibus mendicãtiũ.

**Pius.** 2. precepit gñalibus quattuor ordinũ mendicantiũ: quatenus oẽs et ſingulos ſuorũ ordinũ ꝓfeſſores: qui ſpiritu rebellionis aſſumpto prelatis ſuis obtẽperare: eorũq; ſalutares correctiones: ⁊ diſciplinã effugere: aut deſpicere preſumpſerint: ⁊ vt impune hoc efficiãt: rectorũ ſeu gubernatorũ: ⁊ cõſeruatorum ſtudiorũ preſidia: et patrocinia implorauerint pretendentes ſe exẽptos ab ipſorum ordinũ iuriſdictione ⁊ poteſtate: ac correctione: cuiuſcũq; gradus vel cõditionis exiſtant: niſi (canonica monitione premiſſa) ab hmõi reſipuerint: ⁊ debitam a predictis generalibus pro cõmiſſis penitentiã humiliter ſuſceperint: ac mandatis eorũdem generaliũ efficaciter obtẽperare ſtuduerint: auctoritate apoſtolica denuncient: et ab alijs vbi et qñ et quoties expedierit denunciari faciant predictos fratres excõmunicatos eſſe: ⁊ ab omnibus magiſterij, bachalariat⁹, lectoratus, biblijſtatus, officijs: alijſq; dignitatibus ⁊ honoribus dictorum ordinum exutos fore. Et inſuper ſi eorũ contumacia, ꝓteruitas: vel rebellio id exegerit: carceribus ad penitentiã peragendã intrudi faciant: donec ad cor reuerſi ſalutaribus monitis ⁊ mandatis ſe ſubiecerint: ⁊ a predicta excõicationis ſententia abſolutionis beneficiũ meruerint obtinere. h. ffo. 86. conce. 249.

Excõicatio. Gradus ſcolaſtici. Correctio.

5 De correctione ſtudẽtiũ.

**Innocentius.** 8. fecit quãdam cõceſſionem notabilẽ circa modũ quo prelati obſeruãtes poſſunt corrigere ffes ſtudẽtes in quibuſlibet vniuerſitatibus Hiſpanie. Uide in dictione Correctio fratrũ. §. 14.

6 De habitatiõe extra cõuentus.

**Iulij.** 2. ſtatuit ⁊ ordinauit: ꝙ fratres ordinis predicatorũ: aut minorũ non poſſint cõmorari extra domos ſuorũ ordinuꝫ cauſa vel reſpectu ſtudij ſiue in Salmantina: ſiue in alijs ciuitatibus ⁊ locis quibus litteraria ſtudia vigeant: preter et abſq; licentia prouincialium priorum: ſeu miniſtrorum: vel eorum vicariorum reſpectiue: ac illa durante dũtaxat: etiam de licentia ſedis apoſtolice: aut pretextu quarũcunq; facultatum: ac indultorum: ⁊ litterarum apoſtolicarum Salmantineñ. ⁊ alijs vniuerſitatibus predictis pro tempore conceſſorum. Et ſuper hoc ponit penas ⁊ cenſuras: ac dat conſeruatores. B. ffo. 209. conceſſione 512. Et ffo. 70. conceſſione. 217.

## Succedere.

Collector.

Circa ſucceſſionẽ hereditatũ: ſunt multa ⁊ varia cõceſſa: ⁊ ſtatuta per multos ſummos põtifices: q̃ poſita ſunt in dictione Heredes: ⁊ Hereditas.

## Superfluitates.

Collector.

Qualiter ſuperflua que in conuentibus fratrũ mi. obſer. reperta fuerint poſſint: ⁊ debeant tolli per generalem dicti ordinis: habetur in dictione Generalis ordinis. §. 3. et. 5. Et in dictione Ornamenta. §. 1.

## Suſpenſiones.

Diſtinctio materie ſuſpenſionis.

Collector.

In priuilegijs fratrum mi. ⁊ aliorũ mendicantium reperiuntur nõnulla pertinentia ad hanc dictionem ſuſpenſio. Et primo ea que concernunt abſolutionem: ſeu diſpenſationẽ a ſuſpenſionibus incurſis per fratres: habẽtur in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 4. et. 7. et. 10. Secũdo de illis que tangunt ſuſpenſionem priuilegiorum: et indulgentiarum: dictum eſt in dictione

UVA. BHSC. IyR_230_1

Priuilegia in multis. §. vbi in margine poſita eſt hec dictio Suſpenſio.

## ¶ Syndicus.

